


No 1
9-205



Ed. Alf. Seruatius, Ruzozino del
HISTORIAE EC
Licentia
CLESIASTICAE PARS
Frey
TERTIA, QVA CON-
R/826
TINENTVR

Hermiae Sozomeni Salaminij lib. 9.
Euagrij Scholaftici Epiphaniensis lib. 6.

Ioanne Christophersono interprete.



LOVANII,

Excudebat Seruatius Sassenus, sumptibus hæredum Arnoldi Birckmanni,

Anno 1569.


Cum Priuilegio Caf. M. ad decennium, & Christianiffimi Galliarum Regis ad septennium.



Et Alq. Seruatijs Sozomino del
HISTORIAE EC
Licentia
CLESIASTICAE PARS
Fori
TERTIA, QVA CON-
TINENTVR *R/1826*

Hermiae Sozomeni Salaminij lib. 9.
Euagrii Scholaftici Epiphanenfis lib. 6.

Ioanne Christophorsono interprete.




LOVANII,

Excudebat Seruatijs Saffenus, sumptibus hæredum Arnoldi Birckmanni.

Anno 1569.

Cum Priuilegio Caf. M. ad decennium, & Chriftianiffimi Galliarum Regis ad feptennium.



118261

INDEX IN SO-

SOMENI ET EVAGRII

HISTORIAM ECCLESIASTICAM:

in quo a. prioris cuiuslibet paginae partem superiorem: b. inferiorem: c. paginae posterioris itidem superiorem: d. inferiorem designat.

In Someno numerum 80. mox sequitur 88. atque ita deinceps continuatur in folijs.

IN EVAGRIO duo folia, puta Nn, & Oo. eosdem habeant numeros: itaque lector si quid fortè in vno non inuenerit, quærat in altero: at tamen in folio Nn, pro 283. substituat 291. & pro 285. substituat 293.

	A	3.c.
A Bacuc prophetae reliquæ ipso reuelante inueniuntur, 189. b, c	Abulius monachus, 65. a	
A bari qui sint, 296. a. mittunt legatos ad Iustinianum, ibid.	Acaciani propria decreta damnant, 106. a. mutant suam fidei formulam, ibidem. non possunt ferri, 106. b	
A bari aliquot Imperij loca expugnat, 311. a	Acacius Berreus episcopus, 188. d. omni tempore eius pater habitaculum, ibidem.	
A basgi amplectuntur Christianismum, 292. d. eis prohibetur eunuchismus ibidem.	Acacius succedit Eusebio Cæsariensi, 54. d. eius eruditio & scripta, ibid.	
A bedchalaas presbyter martyr, 34. c	Acacius Cæsariensi episcopus cum suis quæ egerit in Concilio Seleucia, 99.	
A braham vidit filium Dei,	† 2 & 100.	

I N D E X.

& 100. a. & c. ite apud cō
 stantiū pro errore suo tu-
 endo, 101. a. approbat cū
 suis formulam fidei Ari-
 mineñ. 101. c. diaconatu
 abdicat Aëtium, ibid. sed
 non ex animo, ibid. quos
 episcopos abdicarit cum
 suis, 101. d. 102. d. niūtur
 magnoperè abolere de-
 creta Nicena, 104. a.
 Acacius episcopus Constā-
 tinop. 248. d. monachos
 & populū Constanti-
 nop. cōcit in Basiliscū
 Impe. hereticum, 264. c.
 libelli cōtra eū oblati Fe-
 lici Papæ, 269. d. graui-
 simè taxatur, 271. a. mori
 tur, ibidem, c.
 Acepūmas episcopus à ma-
 gis dirè cruciatur, 35. c. d.
 perimatur, ibid. d.
 Acesius Nouatianus episco-
 pus à Cōstantino accersi-
 tur ad Nicenam Sinodū,
 ei que assentit, 23. b. c. que
 ei dixerit Constantinus,
 ibid. c.
 Adarmanes Persa ditio-
 nes Romanas populatur,
 300. c. d. 301. a. Apa-
 meam contra fidem da-
 tam diripit & inflammar,
 301. a.
 Addæus Senator necatur.
 296. c.
 Aedefius, pincerna regis In-
 dorum, 44. fit presbyter,
 ibi. b.
 Aegyptij indignè ferunt,
 non licere ipsis sub The-
 odosio sacrificare Nilo,
 182. d. multi ab ethnicif
 mo ad Christum conuer-
 tuntur, 183. a.
 Aegyptij quidam sub vespe
 rum sabato iam pransi cō-
 municant, 182. a.
 Aegyptus quando Roma-
 no subdita Imperio,
 281. d.
 Aetherius senator trucidat-
 tur, 296. c.
 Aëtiani cur dicti Eunomia-
 ni, 151. c.
 Aëtius sectatur pugnas ver-
 borum, 67. a. est cha-
 rus Gallo Cæsari, ibi-
 dem, a, b.
 Aëtius palam suum prodit
 virus, 88. sentit cū Ario,
 ibidem. 106. a. ab Aria-
 nis eijcitur, eos que cur vi-
 tarit, ibidem. Constanti-
 us & magistratus eius bla-
 sphemijs grauiter cōmo-
 nentur, 101. a.
 Aëtius diaconatu abdicat-
 tur, 101. c. librei eius con-
 tentiosi, blasphemij, sedi-
 tiosi, & c. ibidem. cur di-
 ctus ²⁰²⁰⁹ 67. a. 106. a.
 à Iuliano ab exilio reuo-
 catur, 112. d.
 Aëtius Romæ præfectus ca-
 ditur,

I N D E X.

ditur, 245. a.
 Agelius episcopus Nouatia-
 nus, 157. c. à Valente re-
 legatur, ibidem. breui re-
 uocatur, ibidem, b. obit,
 175. d.
 Ajax in matrimonio conti-
 nentissimus, & cætera,
 189. a. fit monachus, item
 que Bitolij episcopus, i-
 bidem.
 Aithalas presbyter dirè tor-
 quetur, & cum eo etiam
 alij, 35. d. & c.
 Alamundarus dux Sceni-
 tarū affligit fines Roma-
 norum, 289. a.
 Prodit Mauritium, 306. a.
 relegatur ab eo in Sicilia-
 am, 308. b.
 Alaphius monachus.
 65. a.
 Alarichus Gotthorum dux
 oppugnat Romam. 216.
 d. dicit se nolentē vigeri,
 vt urbem euertat, 217. a.
 soluit ad tempus obsidio-
 nem, ibidem, b. rursus
 Romam contendit, sed
 pœnitentia ductus,
 quid ab Honorio petie-
 rit, ibid. c.
 Alarichus cogit Romanos,
 vt Attalum creent Impe-
 ratorem, 217. d. fit dux v-
 triusque exercitus, ibid.
 Romam prodicione ca-
 ptam diripit, sed San. Pe-
 tri templum vult asylum
 esse, in quo plurimi ser-
 uati sunt, 219. a. abit è vi-
 ta, 220. a.
 Alas monachus, 159. b.
 Alexander Constantinopo-
 episcopus Philosophum
 iubet obmutescere, 21. c.
 non vult recipere Ari-
 um, 49. c. ei minantur
 Ariani, ibidem. precibus
 Arium extinguit, ibid.
 c. d. abit è vita. 55. a. eius
 ætas, ibid.
 Alexander magnus aquam
 oblatam in loco arido, in
 terram effundit, 2. c.
 Alexander episcopus Alex-
 andrinus cur permiserit
 cum Ario disputationem
 suscipi, 18. c. Arium cum
 suis eijcit ecclesia, ibi-
 dem, c. d. scribit omnibus
 episcopis contra Aria-
 nos, 19. a. moriturus suc-
 cessorem designat Atha-
 nasium, 38. a.
 Alexandrini gentiles non fe-
 runt haberi ludibrio sua
 mysteria, & simulachra
 proferri in publicum,
 176. c. d. Christianos pro-
 pterea immaniter cruci-
 ant, ibidem. eis veniam
 dari iubet Theodosius, vt
 facilius credant in Chri-
 stum, 176. d.
 Alexandrini proni in sediti-
 ones, 245. c. d.
 † 3. Ale-

I N D E X.

Alexio monachus, 65. a.
 Alleluia semel duntaxat Ro
 mæ cantatur, 181. d.
 Amalafuntha Theodorichi
 coniunx imperat Vanda
 lis, 292. a.
 Amantius Eunuchus tollit
 e medio, 285. a.
 Ambrosius adhuc catechu
 menus deligitur episcopus
 Mediolanensis, 148
 b. at ille renuit, ibidem,
 iubente Valentiniano cogit
 ur consentire, ibidem
 c. baptizatur & eam eccle
 siam ad pacem catholice
 cam reducit, ibid. ei Iusti
 na infesta est, 174. d. The
 odosium non finit templum
 ingredi, 185. d. non patitur
 Imperatorem consistere
 intra sacrarium, 186. c.
 quendam capite damnatum
 liberat, 186. d.
 Ammon monachus, & eius
 præclare facta, 16. d. 17. a.
 b. 152. a. eius multi discipuli,
 17. a. 152. a. eius animam
 Antonius videt ferri in
 cælum, ibid. c.
 Ammonius monachus. 155
 d. cur dicitur *πατριάρχης*,
 156. a.
 Ammonius monachus ex pa
 go Gazensi, 158. b.
 Amphilocheus Side episcopus
 Synodum Chalcedonen
 sis improbat. 248. a.

Ananias presbyter martyr,
 34. c.
 Anastasia templum in sine
 Constantinopoli, 169. b.
 crebra illic miracula e
 duntur a virgine Maria,
 ibid. cur ita sit appellatū,
 ibid. b. c.
 Anastasius Antiochie episco
 pus, 294. c. eius eruditio
 & integritas vitæ, ibi
 dem. c. d. eum conatur
 Iustinus euerte, ibid. d. at
 ille liberè ei resistit, con
 firmatque omnes in recta
 fide, 295. a. cur sit Iustino
 eiectus, 288. b. Turcæ af
 fligunt abaros, 296. a.
 Anastasius fit Imperator, 273
 d. est pacis studiosus, 274
 b. Concilium Chalcedo
 nense nec prædicari nec
 damnari sustinet. ibid. c.
 quos episcopos ea causa
 expulerit, ibid. quid ab
 eo exegerit Euphemius,
 antequam susciperet im
 perium, 276. a. per insi
 dias eiecit Macedonium,
 276. b. quis sub eo fuerit
 ecclesiarum status. 274.
 275. 276. 278. a. extruit
 mirum longum; opus exi
 miū. 279. a. b. tollit chry
 targiensis tributum, ibi. b.
 c. d. quæ fecerit reprehensi
 one digna, 283. a. addens
 inslagio hymno quædam
 grauissimam Cōstantinopo
 li sedio

I N D E X.

li seditione excitat, 283. d.
 eam sopit & abit e vita,
 284. a.
 Anastasius presbyter palam
 dicit, Mariam non vocan
 dam Deiparam, 224. b. eū
 Nestorius tuetur, ibid. c.
 Anatolius militū præfectus
 234. b.
 Anatholius vir scelestus. 304
 b. cum socijs quibusdam
 sacrificat dæmonibus, ibi
 d. e. c. ab eo se auertit ima
 go Mariæ virginis, ibid.
 Cōstantinopolim ductus
 verberatur, ibi. d. eius hor
 renda supplicia & mors.
 305. a.
 Anomiani hæretici. 90. c.
 cur sic dicti. 106. a.
 150. b.
 Antiocheni per tumultū cō
 tumelijs afficiunt statuas
 Theodosij & coniugis e
 ius. 184. d. gemetes & plo
 rantes veniam impetrant
 ibid. ante eum tumultum
 quale spectrū illic visum
 185. a. quàm fuerint stu
 diosi Chrysofomi, 192. c.
 Antiochia, post dicta Theo
 polis, 224. d. quantū di
 ster ab Epheso, ibi. 225. a.
 quibus concussa terræ mo
 tibus, 248. d. 249. a.
 Antiochus episcopus Prole
 maidis, egregius concio
 nator, 198. b. collectis cō
 stantinopoli pecunijs, re
 dit ad suos, ibid.
 Antonius quam visione de
 sacrarijs euertendis, &c.
 viderit, 134. d.
 Antonius vitæ monasticæ
 propagator, 15. a. quæ ad
 eum Cōstantinus scrip
 serit. ibi. eius genus, &c.
 ibid. a. b. &c. eius per mul
 ti discipuli. 16. b. sapè
 scribit Cōstantino pro
 Athanasio, &c. 50. d.
 Anthemius fit Romanorum
 Imperator. 250. a. occidi
 tur, ibid. b.
 Anthimus episcopus Con
 stantinop. 288. a. vnam in
 Christo naturam asserit;
 ibid. eiecitur, 288. c.
 Anthiopomochiani hæreti
 ci. 198. d.
 Anub monachus. 64. b.
 Aones monachus primus a
 pud Syros 158. d.
 Apelles monachus. 152. b.
 Apollinarius palam suū pro
 fitetur dogma, 149. a. mul
 tos euertit, eius cætilenas
 cantillat vulgus. ibid. b.
 eius hæresis damnatur in
 Concilio Romano, 149.
 c. quæ illi causa fuerit hæ
 resis fingenda, 149. c. fuit
 e clero, & patrem habuit
 presbyterū, ibi. d. eius er
 rores exprimitur. 153. a. b.
 Apollinarius Syrus do
 ctissimus, 123. d. eius scri
 pta, 124. a. b. eius quædam
 librum

I N D E X.

librum vt irriserit Iulianus, ibid. b.
Apollo obmutescit ad Baby læ reliquias, 125. c. eius delubrum ignis cælitus lapsus vastat. 126. c.
Apollo monachus, 152. d.
Apollonius monachus, & eius res gestæ, 64. b. 153. c. d.
Aquilinus à medicis desperatus, vt miraculo curatus sit, 28. a. b.
Arbor insignis apud Her mopolim inclinat se chri sto infanti, 127. c. curat morbos, ibid.
Arcadius Imper. obit 112. d. quas proles reliquerit, i- bidem.
Argo nauis, 8. d.
Argonautæ, 8. d.
Armenia maior, postea di- cta, Perfarmenia. 299. b. à Philippo vt prodita Persis. ibid. vt eius regio nis Christiani se Iustino subiecerint, 299. b.
Armenia minor paret Ro- manis, 299. b.
Armeni vt in Christum cre- diderint, 32. c.
Arius res nouas molitur, 18. a. fauet Meletio, ibidem. fit diaconus, ibidem. eij- citur Ecclesia à Petro epi- scopo ibid. b. fit presby- ter, ibidem. eius absurda dogmata, 18. b. eius fau- tores & symmystæ. ibid. d. excommunicatur ab Alexandro cum suis, ibi- dem. c. è populo multi eis assentiuntur. ibidem. d. episcoporum captant fauores, ibidem. damna- tur Arius à Concilio Niceno, & eius liber, 22. d.
Arius mittit legatos ad quos- dam episcopos, 19. b. ab ijs congregatis permitti- tur ei cõuentus agere cū suis, ibid. vocatur ad Syn- odum Nicenam. 20. c. profcibitur à Cõstãtino 23. a. eius libri iubentur exuri, ibid. reuocatur ab exilio. 36. b. 47. b. qua- lem fidei formulam Con- stantino obtulerit, 47. b. c. ab Arianis episcopis re- cipitur, & Cõstantino cõ- mēdatur. 48. a. itē episco- pis & ecclesijs Aegypti, & c. ibid. cum reuerso nõ vult cõmunicare ecclesia Alexandrina, 49. b. abit Cõstãtinopolim, ibi. im- piam animam exhalat in cloacã, ibi. d. de eius mor- te variæ sententiæ. 49. b. quæ de eius apud Cõstã- tinum periurio & subita morte scripserit Athana- sius, 50. a. b. latrine, in qui- bus perijt, sunt detestabi- les, 50. c. mutantur in aedes à

I N D E X.

aedes à quodam Ariano. Auentius Mediolanensis episcopus, sruic in fidijs Martino, 66. a.
Auxētius episcopus Medio- lanensis quid de Dei filio & spiritu sancto senserit, 147. a. moritur, 148. a.
Athanasius in Synodo An- tiochena ab Arianis ex- authoratur, 56. intruso Gregorio abit Romã, 57. c. excipitur beneuolē ab episcopis. ibid. d. resitui- tur à Iulio Ro. pon. 58. d. fugit, minas Cõstantij ve- ritus, 59. d. mittitur Ro- mam tres contra eum epi- scopi, sed nihil impetrant 60. b. reuocatus à Con- stantio, cū literis Iulij Pa- pæ venit ad Cõstãtium 71. a. b. non vult cõmuni- care Leontio Ariano An- tiochiæ episcopo. ibi. b. Constantio petēti vnam Alexandria pro Arianis ecclesiam quid responde- rit. ibi. deponit Arianos, substituit catholicos epi- scopis, 72. a. ab episcopis humaniter accipitur, 72. b.
Athanasius cogit Synodum Alexandria. 74. b. iterũ se fugæ mādāt. 75. a. Ariani episcopi circiter 30. An- tiochiæ contra eũ cõueni- unt, & quæ cõtra eum scri- pserit, 78. a. dñatur in sy- nodo Mediolanensi, à
† 5 multis
Athanasius iussu Valentis iterum cogitur exulare. 139. c. sed id Alexandri- ni nõ permittunt. ibid. d. at ille in patris sui mo- numento latitat, 140. a. à Valente iubetur ad suam redire sedem, ibid. b. eum Ariani metuunt, ibid. b. c. eo viuente per- secutionem Valentis Ae- gyptus euasit, 140. c. mi- grat ad Dominũ, 144. a.
Attalus occupat tyranni- dem, 217. d. quæ Sena- tui Romano promiserit, ibid. quid de Africa obti- nenda falsò sibi persuase- rit, 218. a. vt Honorij ne consortem quidem Impe- rij habere voluerit. ibid. d. deponit Imperij insi- gnia. 218. c.
Atticus succedit Arsacio Constantinopoli, 211. b. qualis is fuerit, ibi- dem. b. c.
Attila rex Scytharum quæ gesserit. 233. c. d. eius res scripsit Priscus rhe- tor, ibidem. c.
Augustulus, postremus Ro- mæ Imperator. 250. b.
Auitus octo mensibus im- perans, peste perit, 245. b.
Auxētius Adde Perse filius vir insignis. 183. d.

I N D E X.

multis, ibi. b. episcopos 5 & 3. presbyteros mittit ad Constantium, ibi. c. d. accitus à Cōstatio, nō venit, 78. d. effugit militū manus, 79. a. habuit prophetiæ gratiā, ibi. b. latitat ī terra. 79. b. proditus ab ancilla, fugit. ibi. in fluminē navigās eludit se insequentes, 78. c.

Athanasius ab Arianiis dicitur magus, 79. c. quæ ethnicis ipsum irridētibus prædixerit, ibid. d. diu latitat apud pudicam & valde formosam virginē, 113. a. apparet Alexandria præter omniū expectatiōē, ibi. a. c. reddūtur ei ecclesiæ, ibid. c. cogit concilium, & quæ ibi decreta sint. 118. b. iterū iubetur exulare. 119. c. it ad Louianū Imper. 134. b. restituitur ab illo, ibid. c.

Athalarichus (alij legūt Athanarichus) Gotthorū rex dirē persequitur suæ gētis christianos. 162. c. d.

Athanasius alter episcopus Alexandria, 271. d.

Athanasius celebris est ī Cōcilio Niceno. 20. d. fugit ne creetur episcopus, 38. a. succedit Alexandro, ibi. puerulus puerorum episcopus aliquot pueros baptizat, 38. d. fit scriba Alexandri. ibi. ab Antonio monacho præclara accipitur fragia, 39. a. ab Anianis & alijs falso insimulatur apud constantinum, 41. d. 42. b. c. d. à constantino, eius comperta innocētia, egregiē commendatur, 42. b. 43. a. b.

Athanasius nouis appetitur calumnijs, 44. c. cur non accefferit Synodum eesareæ. ibid. ac Tyri concilium venit, ibi. quæ illie crimina ei illata, ib. d. 45. a. b. vt se purgarit, ibid. b. q̄ iniquē in illū gesta, 44. & c. orat Cōstātinum, vt eius acta concilij examinētur, 48. a. relegatur Treuirim, 39. b. quæ de Arii morte scripserit, 50. a. b. repetitur instanter ab Alexandrinis, ibi. d. cū literis Cōstantini iunioris redit è Gallijs Alexandria, 54. b. infestus apud Cōstātium habet Eusebianos, 54. d.

Ariani quæ de Ariminensi Synodo, & de Eusebio Nicomediēsis, & c. cōscripserint 70. b. c. d.

Ariani sub Valente atrociter vexant à sua secta alienos 141. a. 144. b.

Arsacius creatur episcopus constantinop. 207. b. nō diu post moritur, 211. b.

Arsacius Persa, confessor sub Licinio, monasticam colit vi-

I N D E X.

colit vitam, 91. d. prædicat terræ motum Nicomedia. ibidem. extinctus inuenitur, 92. a. eius miracula, ibid. b.

Arsenius lapsus in graue crimen, ne puniatur ab Athanasio, latitat, 42. c. eum Athanasius fingitur occidisse, ibidem. interim mirē occultatur ab Athanasij calumniatoribus, ibid. d. 43. a. ab Athanasio viuus ostenditur, 45. b.

Arison monachus, 155. d.

Arissius monachus, 155. d.

Asclepas Gazæ episcopus fugit Romam, 58. à Iulio restituitur, ibid.

Asphalius presbyter, fautor Aëtij. 89. d.

Asterius sophista scribit Arianiis cōsentanea, 52. c. in tereft concilij, ibid.

Ariani cogunt in Bithynia cōcilium ante Synodum Nicenam, 19. a.

Ariani Constantinopoli ante mœnia cōuēntus vt egerint, 197. a. quæ alternatim cantarint, ibid. verfi in pugnam, deinceps iubetur suos ommittere cōuēntus, ibid. b.

Ariani Constantinopoli de Theodosio capto vanos spargunt rumores, 176. a. incendunt Nectarij domum. ibidem.

Ariani Constantinopoli in duas factiones abeūt, Pflathyrianorum & Gotthiorum. 179. c.

Ariani cū Meletianis communiter Clerum insectantur, licet alioqui inter se discordes, 41. a. Ariani, Meletianis illis accedentibus, de integro sua dogmata instaurant, 41. b.

Ariani & Eunomiani dum inter se disident, multis dāt occasionem ad Ecclesiam se recipiendi, 190. c.

Ariani mortuo Cōstātino, rursus fidem Nicenā exagitant, 53. c. d. 54. a. cogunt Antiochiæ concilium, 55. d. vt Synodū Nicenam abrogent, 56. a. occupant primarias orientis ecclesias, 57. d. scribūt Iulio Ro. pont. mordaciter, 59. a.

Ariani omnes secum sentire nolentes, atrociter diuexant. 104. d.

B

Babylos episcopus Antiochiæ, 125. c. martyr, ibid. eius reliquiæ transferuntur in Daphnem, ibidem. inde rursus Antiochiam iubente Iuliano, 125. d.

Bacchus quàm scelestus, 230. b.

Baptismū nō in trinitatem, sed in

J N D E X.

sed in Christi morte dan-
dū qui docuerint, 150. c.
quid de tali baptismo fen-
serit Sozomenus, 150. d.
Bardesanes, author sectæ,
67. d.
Barfanuphius insignis mo-
nachus, eiusque vita ad-
miranda, 290. d.
Barfes monachus, creatur e-
piscopus solum honoris
causa, 159. a.
Basilias, pauperum domici-
lium à Basilio magno ex-
tractum, 159. d.
Basiliscus cum exercitu mit-
titur cōtra Genferichum
250. b.
Basiliscus pulso Zenone, ar-
ripit Imperium, 261. d. e-
ius literæ circulares ad o-
mnes episcopos, quibus
damnat Leonis Pape epi-
stolam & synodum Chal-
cedonen. 262. a. b. & c. ijs
literis iubet episcopos o-
mnes subscribere, 263. a.
qui episcopi illis subscri-
pserint, ibi. c. rursus alias
scribit literas pro Conci-
lio Chalcedonen. earūq;
exemplar, 264. c. d. cum
uxore & liberis trucidat-
ur, 265. a.
Basiliscus quidam ex Cæsa-
re fit episcopus, 262. b.
Basilius Antyranus exauto-
ratur, 101. d. quæ illi obie-
cta crimina, 101. d. 102. a. b.

Basilius Magnus in Ponto
vitam vivit cum mona-
chis seueram, 141. c. eius à
Cæsarea discessum indi-
gnè fert populus, nec vult
suo communicare episc.
Eusebio, ibid. d. redit Ba-
silium Cæsaream, & inanes
fiunt conatus Valentis &
Arianorum, ibid. obtinet
sedem Cæsareæ, 142. c.
ingenti constantia con-
tēnit minas Valētis, 142.
a. b. eum Valēs alloquitur
& laudat, ibid. c. non diu
pōst iubet exulare, sed fru-
stra. ibidem.

Basilius Magnus Gregorij
Theologi sodalis est, 142
d. quibus disciplinam ado-
lescens se tradiderit, ibi.
propugnat Nicenam fi-
dem, 143. a. multa consti-
tuit monasteria in Ponto,
ibidem.

Basilium presbyter & martyr
117. c. d.
Bathæus monachus, 159. b.
Belissarius dux Romanorū
pugnat contra Persas, 289.
a. item cōtra Scenitas, ib.
b. it contra Vandalos, &
capit Carthaginem, 290.
d. 291. a. quæ spolia ex A-
frica reportarit, 291. b. oc-
cupat sine pugna Romam,
292. b. eandē à Totila oc-
cupatā recuperat, 292. d.

Beniuolus scribarum præfe-
ctus non

I N D E X.

sect^o nō potest vllis pro-
missis persuaderi à Iusti-
na, vt legem iniquam con-
dat. 175. a.

Beniamin monachus, 153. b.
Benus monachus, 152. a.
Bitus episcopus, 158. d. quæ
d^o illo visio fuerit oblata
Constantino Magno, ibi.

Britanio episcopus Scythar-
um, 145. d. non vult Va-
lentis subscribere errori,
ibid. eum populus sequi-
tur, ibid. à Valente solum
vertere iubetur, 146. a. re-
ducitur inde, ibidem.

Britanio à militibus declara-
tur Imperator, 74. a. pro-
ditur ab exercitu, & sup-
plex à Constantio veniam
impetrat, 75. a. b. vivit pri-
uatus. ibidem.

Busris Eucratita horrenda
fert supplicia, 117. b. redit
in viam. ibid. c.

Byzantium à Constantino
Romæ æquatur, 27. a. mi-
rificè amplificatur, ibi. b.

C

Abades Rex Persarum
289. a.
Cabaones præfectus
Maurusiorum, licet infi-
delis, vt vicerit Vandalos,
289. d. 290. a. b.

Celestus Papa, 225. b. eius
diuina epistola ad Nesto-
rium recitatur in Synodo
Ephesina, ibid. ab episco-
pis Synodi Ephesini vo-
catur pater ipsorum san-
ctissimus, 225. c.

Cæsarea prius dicta Maza,
111. b.

Calandio fit episcopus An-
tiochiæ, 265. d. relegatur
in exilium, 268. b.

Calixtus vir spectabilis, 234.
a. b.

Callinicus effectus Cili-
ciæ iniquè in crucem a-
ctus. 290. b. c.

Caluarie locus ab ethnici-
cis obrutus, 25. b. Vene-
ris sanum illic conditum,
ibidem. vt fit à Christia-
nis repertus, ibid. c.

Canones Niceni seruandi,
210. d. ab hæreticis illis
contrarij cōpositi respu-
endi, ibid. imò condem-
nandi. ibid.

Cataphryges vt puniti, 41. d.
quibus in locis frequen-
tes extiterint, ibid. itemq;
impunè vixerint, ibid.

Catholici quidam linguis
excisis æquè vt autē lo-
quuntur, 289. d. duobus
cur ea gratia ablata, ibid.

Cellia à cellis monachorum
sic dicta, 136. d. eius loci
monachi quo viuunt ri-
tu. ibidem.

Chalcedon accipit ius me-
tropolitanum, 260. b.

Chosroës Persarū Rex bel-
lum gerit contra Iustinia-
num,

I N D E X.

num, 293. c. d. quæ loca
 vastauerit, ibid. perstrin-
 gitur ob sua scelera, 294.
 c. frustra oppugnat Edef-
 sam, ibidem. c. d. 287. a. b.
 a. b. cum ignominia, ibid.
 c. frustra item Sergiopo-
 litim tentat, ibid. d. fertur
 tandem baptizatus, 288.
 a. eius superbia, 302. d.
Chosroës expugnat Daras,
 302. d. inuadit Armeniã,
 ibidem. profligatur, ibid.
 Melitinam urbem inflam-
 mat, multifq; è suis desi-
 deratis aufugit, 303. a. b. e.
 ius thesaurus diripitur,
 ibid. miserè perit, legè que
 scribit de non inferendo
 Romanis bello, 303. c.
Chosroës iunior fugit ad
 Mauritium, 313. c. d. ab eo
 humanissimè tractatur cū
 suis, ibi. d. in regnū suum
 eius ope restituitur, 314. a.
 b. mittit crucè admodum
 preciosam Gregorio epi-
 scopo, ib. b. itè aliã, quam
 Sergio martyri vouerat,
 ibid. c. quæ alia dona mi-
 serit eidem martyri grati-
 tudinis ergò, 314. d. quãti
 illum martyre fecerit, 315.
 a. b. vt idem martyr illi ap-
 paruerit, ibid. b.
Chrysaſpius aurum petit à
 Flauiano pro episcopatu,
 238. b. quid ab eo accepe-
 rit, ibi. eius fraude Flauia-
 nus deponitur iniquè, ibi.
Chrysaſpyrum, cuiusmodi
 tributum fuerit, 279. b. c.
Christiani Alexandriæ dum
 gentilium statuas, &c. pa-
 lam irrident, ab ijs crude-
 liter necantur, &c. 114. a. b.
Christiani sub Sapore diè
 vexati, excruciat, cæsi, 32.
 d. 34. a. b. 35. a. c. 36. a. c.
Christus epistolam scripsit
 Abgario, 294. c. ea quid
 Edessa contulerit, ibi-
 dem. c. d.
Circesium vrbs, 300. a.
Claudianus Poëta, 234. b.
Clauis crucis Christi vt à Cō-
 stantino vsurpati, 26. b.
Clerici à constantio & con-
 stante eximios honores &
 immunitatem adepti,
 69. c.
clerici immunes, 11. d.
clerus, lege lata à constanti-
 no, ex vectigalibus ciuita-
 tum sustentatur, 112. b.
cœlesyria tardius in chri-
 stum credidit, 159. b. eius
 regionis monachi inuisi
 incolis, & dira perpeſsi,
 ibidem.
cœlibes & puniti olim a-
 pud Romanos, 11. b. vt à
 cōstantino Magno etiam
 priuilegijs aucti, ibidem.
cometa maximus constanti-
 nopoli, 194. b.
commentiolus dux cædic
 Perſas, 313. b. capit Oc-
 bas ar-

I N D E X.

bas arcem munifissimam
 ibidem. c. Concilium caesareæ Paleſti-
 næ. 44. c.
concilia multa habita in
 aegypto propter Arium,
 19. c.
concilium Antiochenum ab
 Eusebianis habitum, 55.
 d. in excidium Nicenæ
 Synodi, 56. a. quæ illic fi-
 dei formula edita, ibi-
 dem. b. rursus alia, ibidem
 et Synodo nec Roman.
 Pontifex, nec Italiae epi-
 scopi, &c. interſuerunt,
 ibidem. nec Maximus
 Ierolymæ Episcopus,
 ibidem.
concilium Antiochenū sub
 Iouiano, 133. d. confir-
 mat Synodi Nicenæ de-
 creta, ibidem. eius con-
 cilij epistola ad Iouia-
 num. ibidem.
concilium Arimini, 170. d.
 93. a. quæ illic gesta sint,
 93. a. b. eius concilij lite-
 ræ ad constantium, 94. c.
 item qui secundo scripse-
 rint Episcopi ad constan-
 tium ipsos differentem,
 96. a. episcopi nõ respon-
 dente cōstantio domum
 abeunt, ibidem. b. vt pri-
 mò quidè suffragati sint
 decretis concilij Niceni,
 ibidem deinde fraude cir-
 cūuenti formulæ fidei
 diuersæ subscriperint, vt
 quidam aiebant, 96. c. d.
concilium chalcedonenſi. in-
 dicitur, 238. c. habetur in-
 templo Euphemie marty-
 ris, 240. a. quæ ibi sunt ge-
 sta, ibid. &c. propter eius
 cōcilij decreta & acta qui
 tumultus excitati, 243. c.
 d. 244. a. b. in eo conci-
 lio actorum & decisorum
 epitome, 250. d. &c.
concilium constantinopol.
 150. episcoporum, 170. c.
 approbantur ibi decreta
 Nicena, ibid. d. Nestarius
 declaratur constantino-
 pol. Episc. 171. d. eius Sy-
 nodi decreta, 172. a.
concilium Ephesinum pri-
 mum, 225. a. b. quæ illic
 acta. ibidem. &c.
concilium Gangres. 65. c.
concilium Hierosolymita-
 num, 72. b. eius pro Atha-
 nasio epistola ad Aegy-
 ptios. ibidem.
concilium Lampſacenum,
 136. b. quæ ibi decreta, ib.
concilium Mediolanenſ. 78
 b. Athanasius ibi condem-
 natur, sed quidam episco-
 pi contradicunt, ibidem.
 iubentur exulare, ibid. c.
concilium Melitinenſ. 103.
 a. b.
concilium Nicenum, & qui
 interſuerunt, 20. a. b. eius
 Episcopi quidã inuicem
 se accu-

se accusant apud Cōstan-
tinum, & vt ab eo tractati
sint, ibid. b. c. vt episcopi
quidam inter se dissense-
rint, ibid. c. d. etiam Phi-
losophi ethnici cur eō ac-
cesserint, 20. d. vt episco-
pos irriserint, &c. 21. a. vt
episcopi admodum matu-
rē Arij dicta excusserint,
21. d. consilij definitio, 22
b. c. d. item canones, 23. d
Concilij V. œcumenicum
indicitur Constantinopo-
li, 29. d. qua de causa in-
dictum sit, ibid. &c. quæ
in eo actitata, 29. a. &c.
Concilij provinciale Con-
stantinop. contra Eury-
chetem. 228. d.
Concilium Romanum sub
Damaso. 147. a. quæ illic
gesta. ibid. eius concilij
exempla ad Illyrij episco-
pos, 147. b. item aliud sub
eodem, 149. c.
Concilium Sardicē. 60. d.
ad id nolūt accedere oriē-
tales, nisi excludatur A-
thanasius, &c. ibid. episco-
pi orientis Iulium Papam
& alios occidentis episco-
pos abdicant, 61. a. b. oc-
cidentales contra episco-
pi Athanasium, &c. defen-
dunt, & oriētis episcopos
multo s abdicant, 61. c. d.
fidei formulam qualem
ediderint, eiusq; facti ra-

tionē scribunt ad Iulium
Papā, 61. d. quot episco-
pi ei Synodo interfue-
rint. 62. a.

Concilium secundum Ephe-
sinū, 229. a. ei præest Dio-
scorus, 229. a. qui episco-
pi interfuerint, ibi. b. quæ
illic gesta, ibid.

Concilium Seleucia, 70. d.
98. c. episcopi in duas
partes distrahuntur, ibid.
d. & reliqua eius concilij
gesta, 98. c. d. 99. a. &c.
Acaciani quæ illic moliti
sint non reced. 99. & 100.
a. b. aliquot episcopi ab-
dicati, 100. b.

Concilium Sirmij coactum,
76. a. tres discrepantes fi-
dei formulæ illic conscri-
ptæ. 76. b.

Concilium Tarsi ab episco-
pis Synodi Tyaneæ indi-
citur, 139. b. illud Valens
hortatu Eudoxij Ariani
minis dirimit. ibid. c.

Concilium Tyaneum, 139.
a. recitantur ibi literæ Li-
berij, &c. ibid. b.

Concilium Tyri, 44. d. quæ
ibi contra Athanasij ini-
quæ gesta, 44. d. 45. a. b.
&c. 46. a.

Confessio, quæ fit sacerdoti,
minuit peccata, 178. b.

Conscientia bona, firmum
in aduersis præsidium,
209. d.

Confue-

Confuetudines diuersæ a-
pud diuersas ecclesias,
181. c. d, &c.

Constās à Constantio epif-
copos. vult mitti, qui re-
spondeant de Athanasij,
&c. abdicacione, 60. b.
veniunt tres, & qua versu
tia sint vsi, vacuq; re-
missi. ibid. eius in fide ca-
tholica constantia, 69. d
erga ecclesias instauran-
das, & amplificandas, ex-
truendas studium, ibid.
c. d. minatur bellum
Constantio, ni restituat
Athanasium, 71. a. oc-
ciditur à Magnentio.

74. a
Constantia Constantini fo-
ror, 46. d. apud eam pre-
sbyter Arianus Ariū de-
fendit, ibidem. quid mo-
riens ipsa Constantino
dixerit. 47. a

Constantinopolis à Con-
stantino vt extructa, &
miris modis illustrata,
27. a, b. & cætera, excel-
lit Romam, ibidem, c. fi-
dei incrementa in ea, ibi-
dem, d

Constantinopolis quatridu-
ano incendio immanissi-
mè vastatur, 249. b, c

Constantinus iunior scribit
Alexandrinis pro Atha-
nasio, 45. b. quo in ho-

nore Athanasium habuē-
rit, ibid. c. perit in bello,
ibid. d

Constantinus quidam in Bri-
tania tyrannus inaugura-
tur, 219. c. occupat ali-
quot Gallia loca, ibi-
dem, Constantē filium cre-
at Cæsarem, & is Hispa-
niam obtinet, ibidem d.
eum Constantinus Au-
gustum facit, 220. a. am-
bo fugiunt. ibidem, b.
Constantinus Francos &
Alemannos vocat in au-
xilij, 220. c. abdicat se im-
perio & fit presbyter, 221.
c. cæditur, ibid.

Constantinus videt in celo
crucis signum, 6. c. iu-
betur à Christo eiusmodi
signo ceu præsidio in pre-
lijs vsi, ibidem, discit fi-
dem Christi à sacerdoti-
bus, ibid. d. signum cru-
cis, dictum labarum, i-
psam in bellis antecedit
& ab exercitu adoratur,
7. a, b. qua occasione fal-
sò dicatur factus Chri-
stianus, 7. c, d. vbi pri-
mum in Christum credi-
derit, 8. a

Constantinus vincit Maxé-
tium, 8. d. item Licini-
um, 9. c. solus imperat.
ibid. c. eius edictū de co-
lendo Deo, ibi. restituit
Christianos à tyrānis dā

† a natos,

I N D E X.

matos, ibid. d. 10. a. Christianos præficit officijs publicis, 10. b. flagitia quædam nefaria tollit, ibid. b. c. domat Saurobatas & Gorthos, ibid. c. ecclesijs & clero certū vestigal distribuit, ibidem. c. arma militum vult crucis effigie signari, ibidem. d.

Constantinus etiam in bellis secum fert ædem portatili, 10. d. item sacerdotibus & diaconos, ibid. iubet feriari die dominico & sexta feria, 11. a. veneratur crucem, & eius signo suam imaginem vbi que inscribi iubet. ibid. libidinosos concubitus vetat, ibidem, b. cælibes & virgines vt priuilegijs honestari, clericos vult esse immunes, 11. d. permittit iudicibus ad episcopos prouocare, ibidem. vult Conciliorū decreta esse firma, ibi. ciues Romanos quos habēdos decreuerit, 12. a. scribit Antonio monacho, 15. a.

Constantinus per literas obiurgat Alexandrū & Ariū, 19. c. mittit ad eos Osiū, 20. a. indicit Synodum Nicenā, ibid. non vult iudex esse sacerdotum, ibi. c. interest Synodo, 21. d.

cius oratio latina ad Synodum, 22. a. Arium pro scribit, & libros eius iubet exuri sub graui pœna, 23. a. quæ contra Ariū & Arianos scripserit ad episcopos & ciuitates, ibi. a. b. vt concilii Niceni episcopos conuiuio exceperit, eosq; hortatus sit, 24. c. d. quæ ad ecclesias de Nicenā Synodi decretis scripserit, ibid. d.

Constantinus iubet Caluarie locum repurgari, 25. c. templum illic magnifice construi, 26. c. item per multis alijs locis, 27. a. Byzantium Romæ æquat, 27. a. diuinitus admonitus mirifice eam urbem amplificat, ibid. b. & cæt. nouam Romam appellat, ibidem. c. Senatū ibi instituit, ei que eximios decernit honores, ibidem. quercum mābre ab idolomania purgari, & templo cohonestari iubet. 29. idolorū statuas & delubra vbiq; demolitur, 29. c. d. 30. a. b.

Constantinus simulachra gentium iubet Constantinopolim ad urbem exornandam conuehi, 29. d. sub eo dilatatur Christiana religio, 30. c. d. scribit Saporī pro chri-

I N D E X.

christianis, 36. d. vult ne Athanasius quemque aditu ecclesiæ prohibeat, sed id malè persuasus ab Arianis. 41. d. 42. a. Athanasium falsò accusari videns, eum honorificè Alexandrinis commendat, 42. b. item Athanasio humanissime scribit, 43. a. b. iubet dedicari templum Ierosolymæ, 46. a.

Constantinus presbyterum Arianum à constantia fore commendatum, habet familiarissimum, 47. a. reuocat Arium ab exilio, ibid. b. eum episcopis examinandum mittit, id sibi minimè sumens, ibidem. d. eius literæ ad Tyri Synodum, 48. b. in citatur ab Arianis in Alexandrū Constantino. episcopum, 49. c. neque Alexandrinos, neque S. Antoniū audit pro Athanasio deprecantes, & que illis scripserit contra Athanasium, 50. d. 51. a. quam contra hæreses legem sanxerit, 51. b. c. filium Dei sentit patri cōsubstantialē, 52. a. filijs partitur imperium, 52. c. papizatur Nicomedie, ibid. d. Romæ & constantinopoli largitur priuilegia, ibid. testamentū suū tradit presbytero Ariano, ibi. deccedit è vita, ibi. eius laudes eximia & præclare gesta, 53. a. loculo aureo inclusum eius corpus transfertur Constantinopolim, ibid. ei eximius honos habetur, & tandè à cōstantio, regalibus celebratis exequijs, tumulatur, ibid. eo superstitē nemo ausus fuit Nicenā reijcere fidē, 53. c. Athanasium ante mortē ab exilio reuocauit, 54. a. c. constantius adimit constantinopolitanis dimidiā frumetianni partē, 58. b. a. liquādiu māsit in fide Niceni cōcilij, sed postea inde deflexit, 69. d. *ὁμοῦς ὁμοῦς ὁμοῦς* recipit, 70. a. Athanasium reuocat, 71. a. petit ab eo patrianis ecclesiā, 71. b. q. scripserit pro Athanasio Alexandrinis, 71. d. 72. a. solus regnat, 74. b. constantius aliquot catholicos episc. rursus eijcit in exilium, 74. b. c. cōuocat Sirmi cōcilii cōtra Photinū, 76. a. it Romā, 77. d. Occidentis episc. ad que inducere conat⁹ sit, 78. a. b. indicit concil. Mediolani,

I N D E X.

lani, 78.b. Liberiū relegat in exilium, 80. c. 88. scribit contra Eudoxium literas, 90.a, b. qua fraude illi persuaserint Aetij fautores, vt episcopos par-
 tim Seleucia iuberet conuenire, 93.a.b
 Constantius differt legatos Concilij Ariminenf. 96. a. vt afflixerit eos, quod eo inuito domum abiiffent, 96.b. grauiffima ecclesiarum perturbatio & calamitas eo consentiente excitata, 104.a, b. abire vita, 107.c
 Constantius Chlorus fauet Christianis 8. b. aulicorum fuorū animos vt explorarit, ibid.c
 Constantius Honorij fororem ducit vxorem, 221. d. fit Imperator, ibid. moritur, 222.a
 Cæpres monachus, 152.a
 Cretenfes quod munus in Homerum cōtulerint, 1. d
 Crispion monachus, 158.a
 Crispus Constantini filius quando mortuus, 7. d
 Cronion monachus, 155. d
 Cruce vt se olim Christiani fignarit in periculis, 108.c
 Crux à Constantino magno honorata, 11.a. eius supplicium tollitur ab eodem, 11.a

Crux aurea magni precij, 314. b. item alia ibidem, c. vtraque cum magna pompa in Sergij martyris templo reponitur, 314. d
 Crux Christi admodum reuerenter ab Apameis adorata, cum mortem à Chrofoe timerent, 294. a, b. ingens circa illam sæpius tum visum miraculum, ibid.b
 Crux Christi inuenta, 25. vt à latronum crucibus fit discreta, 26.a.
 partim Ierofolymis afseruata partim ab Helena Constantino allata, ibidem, b
 Crux ingens & lucida in cælo apparet, 75. c. ea res multos gentiles & Iudæos conuertit, ibidem, d
 Crux in vexillo aureo & lapidibus preciosis expressa, 7. a. iubente Constantino ante exercitum gestatur, ibidem, a, b. quanto in precio & vfu habitam, ibidem. milites eam gestantes vt diuinitus protecti, ibid. c
 Ctesiphon, regia Persarum, 130.a
 Cyprianus à Carthaginensibus præcipuè colitur, 290. d

I N D E X.

290. d. eius festum Cypriana vocant, ibid. eius templum occupant Vandali, 291.a. Cyprianus per visum eade re mortuos solatur Libyes, ibid.
 Cyrilli Alexandrini epistola ad Nestorium partim habetur, 256.a
 Cyrillus episcopus Alexandria Nestorium confutat per epistolam, 224. c. accedit ad Synodum Ephesinam, ibidem, d. agit ibi vices Cælestini Papæ, 225. a. à Ioanne Antiocheno deponitur, à Synodo restituitur, 225. d. redit cum Ioanne eodem in gratiam, & quæ illi scripserit, 226. a, b, c. eius epistolæ Synodice in Cōcilio Chalcedonensi. approbatur, 224. d
 Cyrillus obtinet sedē Ierofolymitanam, 75. c. deponitur ab acacianis, 103. a, b. in fame vendidit res ecclesie, ibid. b
 Cyrillus episcopus Hierosoly. abdicatus quos habuerit interea successores, 106. c. restituitur, ibid.
 Cyrinus Chalcedonæ episcopus conuictijs insectatur Chrysofomū, 202. d. diuina eum vltio mox persequitur, ibid. 211. b

cyrus poeta, 234. b. fit aut læ præfectus, ibidem. b, c
 D
 Damasus Romanus pontifex creatur. 146. d. Vrsacium habet competitorē, & res vsque ad cædes progreditur, ibid. damnat hæresim Apollinarij, 149. c. confirmat electionē Petri Alexandrini episcopi. 164. c
 Daphne suburbium ascribitur, 124. d. 125. a. quæ illic turpitudines gestat, ibid.
 Daras ex agro in ciuitatem mutatur ab Anastasio Imperat. 279. a. vt eam vrbe idem exornarit, ibid.
 Decennius laqueo se necat, 77. b
 Democritus couis multas peragrat regiones, 43. d
 Demophilus Arianorū cōstantino. episcopus, 240. 169. b. à Theodosio iubetur ecclesijs excedere, ibid. c
 Diaconi Romæ septem dū taxat, 181. c. apud alios eorum promiscuus est numerus, ibid.
 Didymus alexandrinus, & eius breuis historia, 66. c. d. quæ illi dixit Sanctus Antonius, ibid. d
 Didymus quam visionē de necē Iuliani viderit, 131. d

I N D E X.

131. d. 132. a
 Didymus monachus in Sceti, 155. d.
 Dignitatem quales, 230. a. b. c.
 Dioscorus monachus. 152. b fuit presbyter, ibid. c
 Dioscorus monachus, ex Longis fratribus, 155. d. episcopus Hermopoleos, 199. b
 Dioscorus succedit Alexandriae Cyrillo, 229. a. praestitit Ephesinae prophanae synodo, ibid. eam vicarij Leonis Pape non finit assidere in Concilio Chalcedonensi, 240. a. accusatur ab Eusebio episcopo, ibidem. mira eius fraus in abdicatione Flavianiani, 241. a. etiam Leonem Papam non est veritus excommunicare, 241. d. in eum Vicarij Leonis pronuntiant sententiam, Synodo eam approbate, ibi. c. d. 242. a. relegatur in exilium, 243. c.
 Dominica Valentis conuictetur Constantinopolim à Gothis, 167. d.
 Dominus episcopus Antiochenus, 292. d.
 Donatus Epiri episcopus immanem draconem vt occiderit, 187. a. precibus suis fontem excitat, ibid. b.
 Dorotheus Arianorum episcopus Constantinopoli 176. a.
 Dorotheus monachus. 153. a
 Dracontius episcopus loco mouetur, 102. c

E

E Bodichus dux, 221. a. eius exercitus creditur, ibid. b. ipse ab hospite obtruncatur, ibid.
 Ecclesia catholica crescit mutuis haereticorum dissidijs, 182. c
 Edesa frustra oppugnata à Chosroë, 204. d. creditur nunquam ab hostibus subiuganda, ibid.
 Eleusius episcopus Cyzici mittitur in carcerem Iuliani iussu, 119. d.
 Eleusius Cyzici episcopus compulsus consentit Valenti Imp. Ariano, 137. b sed mox poenitens seipsum addicat. ibid.
 Eleusina mysteria, 230. c
 Elpidius episcopus deponitur, 193. a
 Eulias monachus, 152. a. b
 Emaus dicta Nicopolis, 127. b
 Empedocles vt perierit, 43. c
 Eortasius episcopus exanthoratur, 102. c.
 Ephesus priuatur iure patriarchatus, 264. b
 Ephraim Syrus, monachus,

I N D E X.

ehus, 97. c. eius eruditio, ibid. scripta, ibi. est polygraphus, ibid. d. à Basilio laudatus, ibi. d. eius discipuli, ibid.
 Ephraim Syrus cuiusmodi carmina & hymnos compositus fuerit, 68. a. eos cantant Syri, ibidem. vitat mulierum aspectum, ibid. b. vt à quadam foemina tentatus sit, ibid. est dominator irae, 68. b. petitus in episcopum, furere se simulat, ibid. c. in magna fame eius factum memorabile, 68. d. 69. a
 Ephraim monachus, 157. d. postea episcopus Salaminae, ibi. eius à puero institutio, ibid.
 Epiphanius Cypri episcopus viuus & mortuus claret miraculis, 187. d. 188. a. est largus in pauperes, 187. d. ecclesiae pecunias vt expenderit, ibid. & c. eius dispensatori ab ignoto crumena aureis referenda datur, 188. a. illusus à medicis, qualem se gesse ibid. b. c. qualem de Deo opinionem habuerit, 200. d. eum Theophilus Alexandrinus quo astu amicum conciliarit, ibid. d. anat in cypri episcoporum concilio lectionem librorum Origenis, ibi. honorifice

à chrysofomo acceptus, eius communionem vitat, 201. b. vt fit in chrysofomum incitatus, ibid. c. ab Imperatrice perstringitur ibid. d. fit placarius erga Longos fratres, 202. a. abiens quae praedixerit chrysofomo, ibi. b. obit ibidem.
 Epiphanius episcopus Constantinopolitanus, 288. 292. b
 Episcopi Asiae ex conuentu Ephesino quae scripserint Basilio Imperat. 1263. d
 Episcopi Asiae libellum supplicem, quo veniam petunt ad Acacium Constantinop. episcopum mittunt, 265. b. eius libelli exemplar, ibid. c. quid de eo sentiendum, ibid.
 Episcopi catholici, ab exilio sub Gratiano reuocati, quam fuerint pacis studiosi, 167. d. & c.
 Episcopi etiam in pagis sunt apud Arabes & Cyprios, 181. c
 Episcopi Occidentis constantinop. in heret. Nicenae Synodi decretis, 146. d. 148. a
 Episcopi Occidentis constantinop. fidei Nicenae adhaeserunt, 57. d. 62. b. Athanasium libenter exceperunt, ibi. quam cauerint sibi & suis ab Arianismo, 62. b
 Episcopi Occidentis &

I N D E X.

Oriētis post Sardicensem synodum inter se cōmunicare nolunt, 62.a.b
 Episcopi Orientis fidei formulam prolixam componunt, 60.c.eam mittunt ad Occidentis episcopos sed ab ijs nō recipitur, ibi dē. eorum insolētia cōtra occidentales, 60.c.d. 61.a
 Episcopi plurimi quas calamitates ab Arianis perpepsi, 104.a.b.d
 Episcopi propter dictionem homouision, inter se dissentiunt, 39.d
 Episcopi sub Anastasij Imperio in varias distracti diffensiones, 274.c.d
 Episcopi sub Sapore necati, 36.a.
 Episcopis inter se dissidentibus, etiam res publicę perturbantur, 209.d.
 Episcopus esse non potest, qui præter fas surrogatur, 210.d.
 Episcopus viuenti episcopo non substituendus, 210.c.
 Euagrius fit episcopus Antiochię vnius partis catholicorum, 176.b
 Euagrius fit episc. Constantinop. 140. d. eius promotores Ariani diuexant ibid. eum Valens trudit in exilium, 141.a
 Euagrius monachus, 156.
 discipulus Gregorij Nazianzeni. ibid. item eius archidiaconus, ibid. mortis periculum præfens vt euaserit. ibid. c. fit monachus, 156.c
 Euagrii Scholastici apologia pro diuersis Christianorum opinionibus, &c. 229.c.d. &c.
 Eucharistię reliquia olim pueris Constantinopoli data, 292.b
 Eucherius Stiliconis filius interficitur, 216.a
 Eudocia nubit Theodosio, 234. c. it Ierosolymam, & habet illic orationem ad populum, ibid. Antiocheni statuam illi æneam ponunt, ibid. d. it secundò Ierosolymam, 235.a extruit illic monasteria, ibidem. 236. c. quibus cum monachis ibi locuta fit, 236.c. Ierosolymę in staurat mœnia, ibid. ædificat splendidissimum S. Stephani templum, in eo que sepelitur, ibid. d.
 Eudocia Eudoxię filia datur coniunx Honoricho, 245.b.
 Eudoxia Theodosij iunioris filia nubit Valentiano Imper. 234. c. eam Maximus sibi cogit nubere, 245.a.
 Genferichum vocat ad capiend-

I N D E X.

cipiendam Romam, ibi. 159.a
 ab illo captiua ducitur, & mittitur ad Martianam, 245.b.
 Eudoxia Augusta decedit 211.b
 Eudoxius sibi arripit sedem Antiochenam, 88.d. sentit idem cum Aëtio. ibid. palam eius opinionem defendit, ibid. mentitur episcopos Occidentis secū sentire, 89.a. Aëtium & eius sectatores fouet, 89.b
 Eudoxius episcopus Cōstantinop. impiam de Deo vocem promit, 103.d. summo perē laborat abolere decreta Nicenę synodi, 104.a. quātā omnibus ecclesijs calamitatē attulit, 104.a.b. moritur, 140
 Eugenius occupat tyrannidem. 184.b. cuius perfusione id fecerit, ibi. occupat alpes Iulias, ibi. caput illi à milite Theodosij amputatur, 185.d
 Eulalius Amasię episcopus Ariano sedē ipsius occupanti quid obtulerit pacis causa, 168. a
 Eulogius monachus, creatur episcopus solū honoris causa, 159.a
 Eulogius presbyter communiciatium inspicit mētes, & vt erga eos se gesserit, 152.c.
 Eunomiani alias Anomiani 150.d. sunt disputandi auidi, primafq; tribuūt cōtētiōsis disputatorib⁹, ibi. c
 Eunomiani quos non admittant in orationis communionem. 179. b. inter se diuiduntur. ibid.
 Eunomius fit episcopus Cyzicenus, 103. d. 137. b. 150. b. nouam fingit haresin, 150. b. est auidus disputandi, ibi. c. d. suis clericis accusatur, 150. c. cur se ab Arianis separarit, ibid. d. de baptismo quid docuerit, 150. b. d. &c. magistrum habet Aetium ibi. d. non vult redire Cyzicum, ibid. eius sectatores rebaptizant, 151.a. Aetij haresin propē extinctā renouat, 151.c
 Eunomius è regione Constantinopolis priuatus degit, 170.a. multi ad eum confluunt. ibid. Theodosius senior eius conueniendi cupidus, ab vxore distinetur, 170.a. multos euertit, 178.d. à Theodosio extorri exilio cōdēnatur, ibi. moritur, ibid.
 Euphemię martyris templū

I N D E X.

describitur, 238. d. & c. ei⁹ Eusebius episcopus Casareæ Cappadociæ, 141. c. quædã ei intercedit discordia cum Basilio Magno, ibid. ea sopitur, ibid. d. Eusebius eunuchus cæditur à Iuliano, 112. d. Eusebius martyr crudelissimè necatur, 114. d. & c. Eusebius monachus, 155. d. Eusebius episcopus Dorylænsis accusat in synodo chalcedonensi Dioscorum Alexandrinum, 240. a. b. eius libellus superplex ad Imperatores, ibi. b. recitatur in Synodo, ibi. Eusebius Nicomediensis restituitur, 37. b. libellus pœnitentiæ ab eo episcopis oblati, ibid. est infestus Athanasio, 39. b. 41. c. ob quam causam à Constantino proscriptus sit, 41. c. in Athanasium incitatur Meletianos. 42. a. minatur Alexandro constantinopolitano, ni Arium recipiat, 49. c. innouat formulam fidei Nicææ editam. 52. a. admodum studet Arianismo prouehendo, 53. d. Constantij coniugem & multos aulicos corrumpit, ibidem. intruditur in sedem Constantinopolitanam. 55. c. moritur, 58. a. Eusebius Pamphili vt subscri-

I N D E X.

scripserit Niceno Concilio. 22. d. quid in Eusebio Antiocheno reprehenderit, 39. c. ab Arianis creatur episcopus Antiochenus, sed renuit 40. a. eo nomine plurimum à Constantino laudatur, ibi. 2. b. moritur, 54. d. Eusebius Vercelleñ. redit ab exilio, 118. a. Alexandria cum Athanasio cogit Synodum, ibidem. quid egerit Antiochiæ, ibidem. c. item per orientem, ibidem. d. redit in Italiam, 119. a. Eustathius creatur episcopus Antiochenus, 6. a. Eustathius episcopus Antiochenus reprehendit Eusebium Pamphili de fide, 39. c. eijcitur è sede sua, ibidem. eius eloquentia, 40. b. Antiocheni propter eius abdicacionem mouent seditionem, 39. d. Eustathius Episcopus, primus auctor vitæ monasticæ apud Armenos, & c. 65. b. ascetica Basilij à plerisque illi adscribi, ibidem. fertur in absurdas lapsus obseruationes, sed ab alijs in eius discipulos eeg conferuntur, ibidem. b. c. eadânate in Concilio Gangreni. & vt ibi se Eustathius purgaret, ibidem. c. d. Eustathius Sebastianæ episcopus ab Acacianis deponitur. 102. b. Eustochius episcopus Ierosolymæ, 292. d. persequitur Origenistas, ibidem. Eutropius Eunuchus solus ex Eunuchis fit consul, 196. c. quam legem curarit edi contra eos, qui ad templa confugerent, ibidem. d. ea lege ipse capite plectitur. 196. d. Eutropius Lector ex tormentis moritur, 208. b. quod somnium de eo Sisinio acciderit, ibid. b. c. Eutyches suum prodit virus, 228. d. quid de Christo senserit, ibid. 229. a. abdicatur sacerdotio, ibid. à Dioscoro in 2. Nicenâ synodo restituitur, 229. b. Eutychanus monachus Nouatianus, 17. d. eius quædam res gestæ, ibidem. d. Eutyches, Eunomij sectator, 179. a. ab Eunomianis se separat, & ab Eunomio approbatur, alijs eum reijcientibus, ibidem. a. b. nouam instituit sectam, ibid. b. Eutichius Episcopus Constantinopol. 292. c. est ante episcopatum celebris in Concilio V. vniuersali. 293. b. Euzoius

I N D E X.

Euozios intruditur Antiochia. 105.d.

F Ames ingens, 244. d. eā secuta pestis, ibid. temperatur ea fames diuinitus. ibidem.

Felix substituitur Liberio, 88. b. in eo quid reprehensum, ibid. decedit è vita, 91. a.

Felix Papa mittit legatos ad Zenonem Imper. 269. d. scribit eidem 270. a. item Acacio Episcopo Constantinop. ibid. eius legati accusantur apud ipsum, 270. b. c. d. ijdem abdicantur, ibid. d.

Fides patrum pijs sectanda, 90. c.

Flavianus eligitur episcopus Antiochia, 173. b. inde noui orti tumultus, ibid. eius electionem Ro. Pontifex & occidētis episcopi reijciunt, ibid. eum vitare pergunt Antiocheni alterius partis, 176. b.

Flavianus episcopus Antiochenus redit in pacē cum occidentis & Aegypti Episcopis, 193. b. non consentit illis, quæ in Chrysofomum acta fuerunt, 109. a. obit, ibid.

Flavianus episcopus Antiochia ab Anastasio Imper. electus, 276. a. b. c. quæ monachi quidam ab eo extorquere voluerint, ibidem. b. vt alij monachi eum defenderint, ibid. b.

Flavianus episcopus Constantinop. 228. d. in 2. Ephesina Synodo abdicatur. 229. b. calcibus truditur & interficitur à Diocoro, 238. c.

Fons salutaris, & homines, & alia animalia curans apud Nicopolim, 127. b. vnde eam vim acceperit, ibidem. c.

Frumentius & Aedefius capiuntur, 43. d. rex Indorum eos magnis præficit muneribus, 44. a. donantur libertate, ibidem.

Frumentius ab Athanasio episcopus creatur, & ad Indos remittitur, 44. b. claret multis miraculis ibid. b. c.

G Ainas transfuga Gothus, 193. c. affectat tyrannidem creatus dux ibid. vult sibi tradi ab Arcadio duos viros consulares, quibus tamen parcat, ibid. d. deponit arma, & fit dux vtriusque militia. ibid. est Arianus, 194. a. vult sibi constantinopoli vnam dari ecclesiam, sed nō obtinet, 194. a. quas res frustra Cōstantino-

I N D E X.

tinopoli molitus fit, ibidem. b. declaratur hostis, ibi. c. frustra nititur trāsmarinā occupare Asiam, 194. d. tollitur è medio, 195. a.

Galla Placidia Honorij soror, 221. d. nubit Constantio. ibidem.

Galli à Sozomeno vocantur Galatæ occidentales, 168. c. infestatur ab Alemanis. ibidem.

Gallinaria Insula, 66. b.

Gallus fit Cæsar, 75. b. adspirat ad tyrannidem, 77. c. tollitur è medio, ibidem. eius genus, educatio, &c. 108. c. d. 109. a.

Gallus Cæsar transfert Babylæ reliquias in Daphnem, 125. c. piē colit martyres. ibidem.

Gaza & Cōstātia siue Maiuma ciuiles magistratus cōmunes, sed duos habent episcopos, 110. d. 111. a.

Gazei tres fratres incredibili crudelitate perimunt, 114. d. 115. a.

Gelimer Vandalorum dux, ductus in triumpho, 291. eius dictum, ibid. c.

Gennadius Constantinop. episcopus, 248. d.

Gentiles permulti qua occasione ad fidem traducti, 30. d.

Georgi⁹ introducitur Alexandria, 58. c. vexat catholicos, 75. a. occupat ecclesias, & se tyrannum exhibet, 80. a. vix necem euadit, ibidem. redit Alexandriam. 80. b.

Georgius Alexandrinus grauius vexat & Christianos & gentiles, 106. b. omnibus est inuisus, ibidem. c. conijcitur in carcerē, trucidatur, cōtumeliosē diu illusus, cōburitur ab ethnicis. 113. d.

Georgius episcopus Laodiceæ quę scripserit ad alios quosdam episcopos, 89. b.

Germanus militum dux ab illis inuitus cogitur fufcipere Imperium, 309. b. proffigat Barbaros, 300. d.

Gerontius Ambrosij diaconus, cur ab illo iussus se domi continere, 195. d. it Cōstantinopolim & obtinet sedē Nicomediesi. 196. a. contra eum scribit Ambrosius Nectario, ib. à Chrysofomo eijcitur, 196. a. eius abdicacionem indignè ferunt Nicomediesi. ibidem. b.

Gerontius tyrannus, 220. b. in Hispanijs vxorē & seipsum interficit, ibidem. d.

Glycerius Rom. Imperator, 250. b. deijcitur, & creatur episcopus, 250. b.

Golauduch martyr egregia.

I N D E X.

gia. 314. d.
 Gotthi ab Hunnis profli-
 gati, in Romanorum fines
 veniunt, 161. c. Valentis
 permisso Thraciam in-
 colunt, 162. a. bello inte-
 stino inter eos orto con-
 fligunt, ibid. complectun-
 tur Arianismum, ibid. a. b.
 Gotthi inter se conciliati,
 populantur Thraciam, 162
 d. comburunt Valentem,
 iterumque totam vastant
 Thraciam, 164. b. 167. a.
 pelluntur à Constantino-
 poli. ibidem. b.
 Grando cadit instar lapidum
 138. a.
 Gratianus creatur Impera-
 tor, 138. a. reuocat à Va-
 lente relegatos, 167. b. fa-
 cit liberam cuique quã ve-
 lit religionem colendi po-
 testatem, demptis quibus-
 dam hæreticis, 167. b. cæ-
 ditur dolo Andragathij,
 175. b.
 Gratianus quidã in Britan-
 nia tyrannidem occupat,
 219. c. occiditur, ibidem.
 Gregorius Antiochiæ Epi-
 scopus multis afficitur cõ-
 rumelijs 309. d. grauium
 criminũ infimulatur, 310.
 a. prouocat ad concilium,
 & pro ipso fertur sententia,
 ibid. plurimis terramotu
 extinctis, manet illæsus,
 ibi. c. eius oratio ad prin-
 cipes exercitus, 311. b. &c.
 permouet exercitũ, vt rur-
 sus recipiant Philippicũ,
 312. b. c. multos errantes
 ad Ecclesiam reducit, 315.
 d. moritur, 316. c.
 Gregorius fit Antiochię epi-
 scopus, 298. c. eius breuis
 historia. ibidem.
 Gregorius pro Athanasio
 Alexandriae episcopus de-
 ligitur, 56. a. intruditur ab
 Arianis, 57. a. b. c. id Ale-
 xandrini molestẽ ferunt,
 & adẽ Dionisij inflam-
 mant, ibid. transfertur ab
 Arianis, 58. c.
 Gregorius Rom. Pontifex,
 316. c.
 Gregorius Theologus so-
 dalis Basilij, 142. d. qui-
 bus studijs adolescens in-
 cubuerit, ibid. tuetur Ni-
 cenam fidẽ, 143. a. est Na-
 zianzi Episcopus, ibidem
 inde transfertur ad sedem
 Constantinopolis, ibid.
 Gregorius Theologus Cõ-
 stantinopoli seorsim cõm
 catholicis suos habet cõ-
 uentus, 169. b. Nicenã fi-
 dẽ Constantinopoli ex-
 citat, ibid. sponte sua re-
 nuntiat sedi Constantino-
 politanæ, 171. a.

H

Hæretici iam olim scri-
 pta patrum deprauare
 soliti, 275. c. d.
 Hæretici

I N D E X.

Hæretici vetatur à Constan-
 tino conuentus agere, 51.
 b. c. vt olim promiscue cõ
 catholicis rorti sint, ab eth-
 nicis, ib. c. vt plerq; sectę
 illorum suauerint, ibid.
 Harmonius quibus artib⁹ &
 errorib⁹ imbut⁹, 67. d. &c.
 Helena Imperatrix it Hiero-
 solymam religionis ergo,
 25. b. crucem Christi in-
 uentam vt tractarit, 25. c.
 26. a. b. duo in terra san-
 cta templa cõdit, 26. c. sa-
 cris virginibus ad conui-
 uium vocatis ministrat, ib.
 eius præclara facinora &
 virtutes, ibid. c. d. mors
 gloriosa, ibidem. d.
 Heliopolitani suas sponfas
 prius stuprandas quibus
 obiecerint, 116. b.
 Helles monachus, 152. a.
 Hermogenes dux equitatus
 expellit Paulũ Episc. Cõ-
 stantinopolitanum, 58. a.
 cæditur à Constantinopo-
 litanis, &c. ibidem.
 Heliodorus monach⁹, 159. b.
 Heraclides Ephesi Episcop-
 us. 195. d.
 Heruli sũt Christiani, 292. c.
 Hesychns discipulus Hila-
 rionis, 65. a. 157. d. reli-
 quas Hilarionis in Pala-
 stinam transfert, ibidem.
 Hilarion monachus, eiusq;
 virtutes, &c. 64. c. d. eius
 annum festuat, 65. a.

Hilarion fugit in Siciliam,
 115. d. inde in Dalmatiã,
 ibid. postea paphum, 116. a.
 Hilarius Episcopus, 66. b.
 67. a. relegatur in exilium
 78. c. Italos & Gallos ab
 exilio reuersus confirmat,
 119. a.
 Historici rerum diuersis tem-
 poribus à mundi exordio
 gestarum scriptores recen-
 sentur, 307. a. b. &c.
 Honorichus Vandalorũ rex
 Arianus persequitur ca-
 tholicos, 289. c.
 Honorius Cæsar renuntia-
 tur, 185. a. ipse & Arca-
 dius donis afficiunt Ec-
 clesias, 190. c.
 Hormisdas post Chosroẽm
 regnat apud Persas, 303.
 d. occiditur ob nimiam cru-
 delitatem, 313. c.
 Hunni è suis sedibus Got-
 thos profligant, 161. c. d.
 Hunni vastant Armeniam,
 190. b.
 Hunni vastant Thraciam,
 209. b. 216. b. multi de-
 ficiunt ad Romanos, ibi-
 dem.

I

Bas Episcopus restituitur,
 43. b.
 Iberes qua occasione Chri-
 stianismum complexi sint,
 31. a. b. &c. eius gentis er-
 ga morbidos mos, ibid. b.
 earum

I N D E X.

earum regina credit in runtur. 45. b. c.
 Christum, ibid. item Rex Indus tyrannus capitur, 278
 ibid. d. mittit legatos ad b. c.
 Constantinum, 32. b. Innocentius Ro. Pontifex
 Ignatius à bestijs deuoratus, indignè ferr acta contra
 233. a. eius ossa maiora de Chrysofomum, 209. c.
 portata Antiochiam, ibi. studet conuocare syno-
 templū Fortunæ illi con- dum vniuersalem, ibid. d.
 fecratum, in eo eius reli- eius epistola ad Chryso-
 quia solenniter colloca- stomū, 209. d. ite alia ad
 ta, ibid. b. eius annum fe- Clericos Constantinop.
 sum. ibidem. 210. a. b. egregiè tuetur
 Ignis, Deus Persarum, 303. a. Chrysofomum, ibi. & c.
 Ignis in Sicilia mirè erūpit, mittit ad Imperatores pro
 43. c. indicenda Synodo, 211. d
 Illus tyrannus, 273. b. cædi- 212. a.
 tur. ibidem. Ioannes Chrysof. presbyter
 Imago Christi, missa Abga- Antiochenus, 191. c. eius
 ro à Christo, ingens edit genus, docendi efficacia,
 miraculum Edesiæ, 287. eloquentia, viuendi mo-
 a. b. dus, victus, præceptores
 Immunitas clericorum, 11. d. prophani & sacri, condi-
 69. c. 72. a. scipuli, 191. c. d. quid de
 Imperatores ethnici complu eo Libanius Sophista di-
 res malè perierunt, 282. b. xerit, ibid. c. eius in car-
 Imperatores veteres alij alijs pendis vitijs libertas, 192
 rebus & studijs delectati, b. obtinet sedem Constan-
 1. a. vt subditi ad illorum tinop. ibid. eius ordina-
 se studia accommodarint tioni Theophilus resistit
 ibidem. b. 192. c.
 Imperator in Ecclesijs post Ioannes Chrysof. reformat
 sacerdotes suum habet lo Clerum suum, 193. a. etiā
 cum. 186. c. aliorum ecclesias studet
 Imperator qualem præstare corrigere, ibid. vt se Gai-
 se debeat, 261. b. næ ecclesiam vnam peten-
 Imperium Romanum creuit ti opposuerit, 194. a. b
 cum religione Christiana. multos gentiles & hære-
 281. c. d. ticos cōuertit, 195. a. quā
 Indi ad Christum conuer- frequēs habuerit audito-
 rium,

I N D E X.

rium, ibid. multos episco- 204. c. sexaginta episco-
 pos deponit. 195. d. illi pi irrita pronuntiant cō-
 eū accusant, 196. b. quos tra eum acta, & eum in e-
 hymnos contra Arianos piscopatu cōfirmat, 205.
 cani instituerit, cum cru- b. inuehitur in statuam
 cibus argēteis & facibus, Imperatricis, 205. c. tur-
 197. b. cur & clerici & sus deponitur, ibid. d. e-
 monachi quidam eum in ius fautores vt se gesse-
 festarint, 198. a. nec inui rint, & quæ pertulerint,
 tat conuicias, nec edit a- 206. a
 pud alios, ibid. Ioannes Chrysofomus si-
 Ioannes Chrysof. Longo- cerium ipsi necem struen-
 gos fratres clementer ac- tem, à morte liberat, 206
 cipit, 200. b. c. Epipha- b. vt alius quidam in eius
 nium honorificè excipit, irrumpens ædes, multos
 201. b. non vult nisi cau vulnerarit, ibidem. c. po-
 sa cognita damnare O- pulus noctu diuq; illum
 riginem, & cæt. ibidem. custodit, ibidem. d. clam
 c. Epiphantio quid præ- abscedit, ibidem. d. depor-
 dixerit, 202. b. Eudo- tatur Cucufum, vulgo
 xia & Theophili stu- tumultuantur. 207. a. b.
 dio rursus multi contra in exilio fit illustrior,
 eum conueniunt episco- 211. d. multos ibi capti-
 pi, 202. c. d. citatus qua- uos redimit, ibidem. est
 ter cur noluerit compa- charus armenijs, & mul-
 rere, 203. c. d. deponi- ti eum accedunt, ibidem.
 tur, ibidem. d. populo transfertur Pityntem, &
 ipsum defendente clam præsciis mortis suæ, ap-
 discedit, 203. d. 204. a. parente ipsi Basiliſco, de-
 populo ipsius absentiam cedit, 212. a
 non ferente, reuocatur, Ioannes deligitur Alexan-
 204. b. non vult ingre- driæ episcopus, 266. b.
 di vrbe, ibidem. sed co- expellitur, ibidem.
 gitur, ibidem. populus quid Romæ effecerit .
 illi vt obuiam processerit, 268. a
 rit, & inuitum compule- Felici Papæ offert libel-
 rit sedem suam repetere, los contra Acacium,
 ibid. quæ tum sit ad po- 269. d
 pulum concionatus. † b Ioan-

I N D E X.

Ioannes episcopus Antiochenus cū suis lentus venit ad Synodum Ephesinam, 224. d. abdicat Cyrillum & Memnonem, 225. d. citatur ter à Synodo, non venit itaque deponitur cum suis, ibid. redit in gratiam cum Cyrillo, & damnat nestorium, 225. d. quam in Nestorium tulerit sententiam, 227. a

Ioannes monachus Aegyptius, 151. d

Ioannes monachus, & episcopus Cæsariensis. 286. d. curat uxorem cuiusdam. 287. a

Ioannes monachus & presbyter, 153. b

Ioannes successor Melitij, 51. a. etiam inuitis Ariensis à Constantino pro-scribitur, ibid.

Ioannis Baptistæ caput re-pertum, 183. a. Valens iubet illud transferri Constantinopolim, sed quodam ex loco moueri non potest, ibid. Theodosius illud sua purpura inuolutum transfert Constantinopolim, templum extruens amplissimum, ibid. b

Ioannitæ fautores Chrysostomi, quæ sint perpessi, 206. a, b, 207. b, c, d, 209. b

Iosephus quæ de Christo scripserit, 2. a

Iouianus capessit imperium, 132. d. non vult esse Imperator, nisi se milites profireantur Christianos, ibidem. pacifcitur inducias cum Persis, ibi. restituit mox Christianismū, & omnia quæ Iulianus clerico, &c. abstulerat. 133. a. quæ legē tulerint in eos, qui uirgines sacratas pellicerent ad nuptias, &c. 133. a, b. moritur, 135. a

Isaacius monachus quæ Valenti prædixerit, 164. d. iubetur teneri in custodia, 165. a

Isauri latrones vexant Casbyter, 153. b

Isidigerdes Persarum rex, 234. b

Isidorus monachus, 152. b

Isidorus in re periculosa obsequitur Theophilo Alexandrino, 192. d. eum Theophilus nititur Constantinopolis facere episcopum, ibidem. c. à Theophilo ecclesia eijcitur, 199. c. cur eum Theophilus inuisum habuerit, ibid. c, d. it ad monachos in Scetun, ibidem. d. pro eo monachi ad Theophilum intercedunt, sed frustra, 199. d

Isido-

I N D E X.

Isidorus Belusota, ut vixerit, quæque scripserit, 232. d

Iudæi Diocæsareæ rebellat, 77. c. Domantur à Gallo, ibid.

Iudæi hortante Iuliano, instaurant templum Ierosolymæ, 128. b. gentiles eos iuuant, ibidem. terramotus ingens lapides eijcit, & multos extinguit, ibid. b, c. iterum tentant idem Iudæi, sed igni absumuntur. 128. d. vestibus eorum crucis signa inhærent, ibid. credunt propterea in Christum, ibidem. & 129. a

Iulianus creatur Cæsar, 98. b. 109. d. cæsis Barbaris ab exercitu Augustus declaratur, 107. a. mutat magistratus à Constantio constitutos, ibid. b. factus apostata, se Pontificem vocat, ibidem. cogit subditos ad ethnicismum, ibidem. ros crucis effigie in eius & comitum vestes lapsus. 107. b

item alia portenta, ibid. ea aliter ipse, aliter alij interpretantur, ibidem. c. declaratur Imperator, ibidem. d

Iulianus ab initio imperij, Christo abnegato, gentiliter viuit, 108. a.

in visceribus animalis videt signum crucis, 108. b. videns spectra se crucē signat, eaque disparent, 108. c. sub eo Christiani pessimè sibi metuunt, 108. a, c. eius genus, institutio, pater, educatio, 108. c, d. fit clericus, & pietatem præ se fert, ibidem. 109. a. contendit cū Gallo de Marmæ templo magnificentissimè construendo, ibid. eius structuram partim corruisse, &c. 109. a

Iulianus dat operam literis, 109. a. degit Nicomedie, & à Maximo Philosopho auertitur à religione, 109. b. simulare se monachus, ibid. c. diuinandi artibus delectatur, ibidem. it Athenas, 109. c. Constantius suam ei despondet sororem, & mittit eum in Gallias, ibidem. d. vincit Barbaros, 110. a. solus imperans instaurat ethnicismum, & palam dæmonibus sacrificat, 110. b. ciuitatibus ad ethnicismū redeuntibus blandum, in Christianismo persistentibus infensum se præbet ibid. c, d

Iulianus affligit Cæsariensis. 111. b. Christianos vocat

I N D E X.

Galilæos, ibidem. c. cur initio pepererit Christianis, ibidem. c. d. **220** eos dicitur esse à Mari episcopo, ibidem. d. reuocat à Constantio relegatos, 112. a. clericis admittit immunitatem, & cæc. 112. a. quæ à virginibus & viduis crudelissimè exegerit, ibidem. quæ ecclesijs ademerit, 112. b. delubra dæmonum à quibus instaurari voluerit, ibidem. crudelior vt fuerit superioribus tyrannis, 112. c. quæ fecerit odio Constantij. ibid. c. d. **Iulianus** vi abstinet, sed tamen nõ vult haberi Christianorum conuentus, 120. a. clericos & episcopos eijcit ex urbibus, ibidem. a. b. vt vbiq; Christiani sub eo fuga sibi cõsuluerint, 120. c. eius mira studia inpromouendo vbiq; ethnicismo, 121. a. b. apud ethnicosea inducit, apud Christianos in laude sunt, puta monasteria, præces horarias, & c. 121. b. c. d. eius epistola ad Arfacium pontificem idolorũ, ibid. c. frustra nititur Christianos à Christo abducere, 122. c. 123. a. pro cruce Iouë, Martè, & Mercurium, pingi in imagini bus publicè iubet, 122. d. idque mira fraude, ibid. **Iulianus** qua fraude milites ad sacrificandũ demonibus inducere conatus sit, 123. a. b. quæ Christianis interdixerit, 123. d. ab Antiochenis eius barba & moneta irridetur, 124. c. edit librum cõtra illos, ibid. d. Babylæ martyris reliquias cur è Daphne transferri iusserit, 125. d. iritatus psalmodia eas reliquias transferentiũ, iubet puniri Christianos, 126. a. statuam suã in statuã Christi locum substituit, 227. a. ea fulmine fecatur, ibid. **Iulianus** erga Iudæos beneuolus, 127. d. scribit illis vt pro ipso orèt, ibidem. idq; vt Christianis agrè faciat, 128. a. præbet illis impensas, quibus templũ Ierosolymæ instaurant, 128. a. ducit in Persas militem, populatur Asyriam, 130. a. ingens eius in eo bello gerendo temeritas, ibid. nauium onera & comearũ iubet abijci, ibid. b. cõffigit cum Persis, 130. c. à quodam fenersuto in loca deserta cũ exercitu abducitur, ibid. committitur prælium cum Persis, & Iulianus ab incerto milite hasta cõ-

I N D E X.

230. a. b. **Iustina** imperatrix vexat Ambrosium, 174. d. oppugnat Nicena decreta, ibidem. 175. a. legem conscribi mandat in fidei Ariminentis confirmatio nem. 175. a. audita cade Gratiani, desinit persequi Ambrosium, ibidem. b. fugit cum filio Theffalonicam, ibidem. c. obit mortem, 176. b. **Iustinianus** à Iustino creatur Imperator. 287. d. tuetur Synodum Chalcedonensem, 288. a. Seuerum & eius symmistas persequitur, ibidem. d. visione admonitus, bellum indicit Vandalis, 290. d. subigit sibi Africam, 291. d. centum & quinquaginta ciuitates egregiè instaurat. 291. d. 292. a. eius intolerabilis auaritia, & quæ mala eius causa subditis intulerit, 289. a. b. multa templa & sacra edificia extruit, ibidem. b. in ijs templum Sophiæ augustissimum. ibidem. c. vt iniquè fauerit seditiosis quibusdam, & quot mala in de extiterint, 290. b. vtque easdem rursus punierit, ibidem. c. de corpore **† b 3** **Christi**

I N D E X.

Christi quem errorem complexus sit, 294. c. vt episcopus omnes illi subscribere voluerit, ibidem. decessit è vita, 295. b.

Iustinianus dux Iustini frater egregie pugnat contra Persas, 302. d. & c. ob res contra Barbaros non prosperè gestas honore priuatur, 305. b.

Iustinopolis dicitur, quæ prius Edeffa, itemq; Anazarbus. 287. c.

Iustinus capessit imperium, 284. c. excedit è corpore, 287. d. remittit Ierosolymam, quæ Titus inde è templo Romam abduxerat, 291. b. c.

Iustinus Dux à Iustino iuniore necatur, 296. b. ei casus insultat cum vxore. ibidem.

Iustinus iunior obtinet Imperium, 295. c. eius vita & mali mores, ibidem. d. eius fidei edictum, 206. d. & c. mittit contra Persas in sulsum militem, 299. c. d. incuriosus defendendi imperij. 300. a. b. incidit in phrenesim, 301. b. c. eius oratio memorabilis ad Tiberium, 302. a.

Iuuenalis episcopus Ierosolymæ restituitur. 243. b.

L

Leges filiorum Constantini contra cultores idolorum, delubra, Iudæos, 69. c. d.

Leo monachus, postea Anycræ episcopus, 159. d.

Leonis Papæ Epistola ad Flavianum à Synodo chalconensi laudatur, 242. d. idem Papa scribit contra Timothei Aeluri creationem, 248. a.

Leo Imperator scribit literas circulares ad omnes episcopos, 247. a. eorum exemplar, ibidem. b. eodem exemplo scripsit etiam ad insignes monachos, ibidem. a. d. quæ illi episcopi & monachi rescripserint, 248. a. b. eius humanitas erga Antiochenos terræ motu afflitos, 249. b. occidit Alparem, 250. b. itemque filios eius, ibidem. deponit imperium, 250. c.

Leo Zenonis filius fit Imperator, 250. c. moritur. ibidem.

Leontius alter Selinuntius, tyrannidem occupat, 278. b. capitur, ibid. b. c.

Leontius Antiochiæ Ariani episcopus, 71. b. d. eum Athanasius deuicit, ibidem. b. moritur 88. d.

Leon-

I N D E X.

Leontius tyrannus, 273. b. amittitur. ibid.

Libanius Sophista quid de interfectore Iuliani apostata scripserit, 131. a.

Liberius Papa à Constantio relegatur, 80. c. liberè defendit Athanasium coram Constantio, ibid. quæ à Constantio petierit. ibidem. d. respuit, 500. aureos à Constantio datos. 88. b. repetitur à Romanis, ibidem. ab exilio reuocatur, 90. c. multum laboratur ab Ariani, vt ipsis consentiat, 90. d. eius fidei formula, ibidem. ab Ariani rumor spargitur, eum ipsis consensisse, 90. d.

91. a. est Romanis charissimus. 91. a. eius exilij causa seditio maxima concitata à Romanis, ibidem.

Longinus frater Zenonis frustra adspirat ad imperium, 273. d. ab Anastasio mittitur in patriam, 274. a. rebellat aduersus Anastasium. 278. b. c. d. ibid.

Litera vna mutata, puta in *eu* & *en* quæ mala effecerit demone agente, 244. b. c.

Longi fratres, cur sic dicti. 155. d.

Longi fratres, 199. b. amicissimi prius Theophilo, cur postea inuisi, ibidem. vt monachi sint ab eo in illos concitati, 200. vt à Chrysothomo sint accepti, ibid. b. c.

Lucifer, & ab eo orta hæresis. 67. a.

Lucifer Caralatinus episcopus Paulinum Antiochiæ designat episcopum 118. b. id molestè fert Eusebius Vercellensis, ibidem. c. vnde originem duxerit secta Luciferianorum, 118. d. consentit Ecclesiæ catholicæ Lucifer, 118. d. redit in Sardiniam, ibid.

Lucinius persequitur Christianos, 9. a. deficit ad ethnicismum & consulit dæmones, ibid. a. b. victus à Constantino, necatur, ibid. c.

Lucius Episcopus Adrianopolis fugit Romam, & à Iulio restituitur, 58. d.

Lucius intruditur Alexandria. 113. c. 144. a. atrociter sæuit in catholicos, ibidem. b. vexat Aegypti monachos, 144. c. d. 145. a. eijcitur à catholicis, 164. c. cum Demophilo Cōstantinopoli extra urbem concionatur, 169. c.

I N D E X.

M Acarij duo, & eorum egregia virtutes & laudes, 62. d. 63. a
 Macarius monachus & presbiter Cellinorum, 153. d.
 qua occasione factus monachus, ibidem
 Macedoniana mulier fidei communicans, panem ab ancilla oblatum sentit versus in lapidem, 197. b. c. respicit, ibid. c.
 Macedoniani cur dicti Marathoniani. 104. d. diu nec ecclesiam, nec episcopus habuerit, ibid. 190. c.
 Seleucia sua habent concilia, & quid ibi egerint, 119. b. à Catholicis & Acacianis hæreticis cur diffenserint, ibid.
 Macedoniani partim sub Gratiano rursus inuadunt ecclesias, 167. d. Antiochia conueniunt, statuuntque, filium non *δμοῖστίον*, sed *δμοῖστίον* dicendum, ibi. alij ab istis deficiunt, & constantius adherent hominibus, ibid. vocantur à Theodosio ad synodum Constantinopolitanam, 170. c. nolunt resipiscere, ibid. d.
 Macedoniani vexantur à Valente, 138. a. mittunt legatos ad Liberium, qui fidem Nicenam coram illo protestentur, ibid. b. eis Liberius communicat ita professus, ibid. c. eorum confessio, 138. c. d. redeunt ad suos, 139. a.
 Macedonius ab Acacianis gradu mouetur, 101. d. moritur, 103. d. eius de Spiritu sancto impium dogma. 104. c. & qui ei subscripserint, ibid.
 Macedonius episcopus correctus in op. qua in re fortiter resistit Anastasio Imperatori 276. b. crimine ei turpe falsò affingitur. ibid. expellitur de sede sua per calumniam, ibid.
 Macedonius intruditur infidei constantinopolitanam 58. a. inde crebris tumultus orti, ibid. rursus intruditur, 59. c. d.
 Macedonius rursus occupat sedem constantinopolitanam. 74. c. sese munit & Pauli fautores persequitur, ibi. expellitur propterea à constantio, ibid. d. ea causa sunt cedes, ibid. scuit in eos crudeliter, qui ipsi non consentiunt, 97. b. diruit ecclesias, ibi. Nouatianos persequitur 97. d. transfert Constantini loculum, 98. b. Constantius ei succedet. 98. a.
 Macedonius martyr, 117. a.
 Magi quales apud Persas. 32. d.

I N D E X.

32. d.
 Magi sunt Christianis infestissimi. 32. d. & c. presertim episcopis, 35. c. habet suum principem, ibid. d.
 Magnentius caeso constantino, eius imperium occupat, 74. a. multos Romæ perimit, 77. a. fugit Lugdunum & matrem, fratrem, seipsum interficit, ibid. b.
 Maiuma, Gaza nauale, 30. b. Christianismum complectitur, ibid. appellatur Constantia, ibid. c.
 Malachius monachus. 158. a.
 Mambre quercus, 28. d. meratus illic annuus, ibid. item festum celebre Christianorum, Iudæorum, gentilium, ibid. eius festi caeremonia, ritus, & c. 29. a. b. eum locum Constantinus expurgari, & templum illic construi iubet 29. b.
 Mammianus Senator, 273. c. eius præclara ædificia, ibidem.
 Marathonius ex milite fit monachus, 104. c. multum auget hæresim Macedonianam, ibid. d.
 Marcellus Ancyrae episcopus, 52. a. nouum fingit dogma, ibid. abdicatur, ibid. putatur ab Arianis, quorum vitabat communionem, per calumniam de hæresi accusatus, 52. b. causa accusationis eius ibid. c. restituitur à Concilio Sadiceo. ibid.
 Marcellus Ancyrae episcopus fugit Romam. 58. d. restituitur à Iulio Romano pontifice, ibid.
 Marcellus episcopus Amaxæ euerit gentilium delubra, 177. b. ab illis interficitur, ibid. b. c.
 Marcus à Basilio Caesar creatur. 261. d.
 Marcus episcopus Arethusa, 116. b. horrendis supplicijs afficitur. b. c. d.
 Marcus in Britannia tyrannidem cepit, 219. c. caeditur, ibid.
 Marcus monachus. 153. c. d. a. b. eum locum Constantinus expurgari, & templum illic construi iubet 29. b.
 Mariae virginis imago se auertit ab Anatholio idolo latra, 304. c.
 Maorianus Imperator caeditur, 245. b.
 Martianus Anthemij filius oppugnat Zenonem Imperatorem. 272. d. victus Tarsum relegatur & fit presbyter, 273. a.
 Martianus obtinet Imperium 239. d. eius vitam scripsit Patricus rhetor, 237. a. c. eius genus, ibi. b. ceu homicida damnatur immeritò
 † b † ad mor

I N D E X .

ad mortem, ibid. sed liberatur, datque militiæ nomen, ibidem. c. ante imperium vt dictus sit Augustus, ibid. dormientem aquila à solis æstu protegit, 237. d. eare liber dimittitur à Genfericho Vandalo, & cum eo fœdus percutit, ibidem. eius virtutes, 238. a. interest Chalcedonens. concilio, 243. b. discedit è vita, 245. c.

Martinus episcopus, monachus fuit, eiusque brevis historia, 66. a. b.

Martyropolis proditur Persis, 312. d. obsidetur à Romanis, ibid.

Martyrius medicus indignum se iudicat diaconatu, planeque renuit, 172. d.

Martyrius & Martianus iniquè trucidantur, 74. d. pro martyribus habetur, ibid. ad eorum sepulchrū multa sunt miracula, ibid.

Mauia Saracenorum regina facit bellum Romanis, 163. a. eos in fugam vertit, ibidem. b. facit pacem cum Romanis, & genti suæ Mosē monachura petit episcopum, ibid. c. d.

Mauri, vel Maurisij à Iosue pulsi, in Libyam profugerunt, 191. d.

Mauritius dux Orientis designatur, 305. b. eius patria, ibidem. virtutes & mores, ibidem. b. c.

308. a. in insulas, vrbes, & gros diu desertos implet captiuis, 305. d. vt Persarum duces superarit, ibid. 306. a. signa futuri eius Imperij diuinitus ostēsa 306. b. & c. vt Christus ei apparuerit, ibid.

Mauritius accipit Augustam vxorem. 306. d. 307. c. eius nuptiæ eximit, ibid. d. eius clementia in reos maiestatis, 308. b. 311. a.

Maxentius à Constantino cæsus, 8. d.

Maximianus post Nestoriū Constantinopolis episcopus, 228. d.

Maximus cum ingenti exercitu tendit in Italianam cæso Gratiano, 175. b. cæditur à militibus. 176. a.

Maximus episcopus Antiochiæ restituitur, 243. b.

Maximus episcopus Ierosolymę confessor, 12. b.

Maximus fit Ierosolimæ episcopus, 40. b. c. nō ferūt Ierosolymitæ illum alibi creari episcopum, ibid. c.

Maximus Ierosolymæ episcopus

I N D E X .

scopus dolet se fraude circumuentum consensisse in Athanasij depositionem, 57. b.

Maximus Maximi tyranni nepos perimit Valentianū tertium, 245. a. vi sibi iungit eius coniugem, ibid. moritur, ibid. b.

Maximus quidam à Geronio institutus tyrannus, 220. b. perimitur, 221. c.

Melanes Episcopus Rhinocururæ, 157. b. vt exceperit suos persecutores, ibidem.

Meletiani falsò accusant Athanasium, 42. b. c. d.

Meletiani res nouas moluntur, 41. a. cum Arianis in catholicos conspirant, ipsidem tandem subscribunt, ibidem. b.

Meletius à concilio Niceno quid iussus facere, 24. b. quid tum de ipso, tum ab ordinatis ab illo statuerit Synodus eadem, ibid. eius in ordinandis Ecclesiæ ministris temeritas, ibidem.

Meletius moriturus Ioānem sibi episcopū iniquè substituit, 40. d. 41. a. ea re turbat denuò ecclesias, 41. a.

Meletius ab Arianis fit episcopus Antiochiæ, 105. at ille tuetur fidem Nicenam ibid. b. archidiaconus illi os obstruit, ibid. c. manu exprimit populo mysteriū trinitatis, & c. 105. c. ea cōprehensa, rursus clariōri voce id facit, & c. ibid. pelitur in exilium, ibid. d. eius fautores separatim conuentus agunt, ibid. cur alij catholici eis communicare noluerint, ibidem.

Meletius redit Antiochiam, 118. c. extra vrbem cū suis conuentus agit, ibid. d. interest concilio Antiocheno sub Iouiano, 133. d. à Valente truditur in exilium, 136. d. à gratiano reductitur, 168. a. propter ipsum & Paulinum ortus tumultus componitur, ibid. b. eius reliquiæ transferuntur Antiochiam, 173. a.

Mennon Episcopus Ephesi, 225. a. deponitur ab Ioanne Antiocheno, & à Synodo Ephesina restituitur, ibidem. d.

Mennonius vir insignis, 234. a.

Menas fit Episcopus Constantinop. 292. a.

Meropius Philosophus it in Indiam, 43. d. cæditur, ibi.

Michaëlium celebre tēplum Constantinop. 27. d. cur sic dictum, 28. a. multa illic miracula sunt, ibidem.

Michæ Prophetæ reliquiæ inueniuntur, 189. b. c. Milites

I N D E X.

Milites Iouiani & Mercuriani, 135. eorū preſecti quid habuerint officiū, ibidem.
 Milites 40. apud Sebaſtiam paſſi, 213. d. eorū reliquæ vbi aſſeruata, ibid. vt diuinitus reuelate, 214. b. vt ij martyres Pulcheriæ apparuerint, ibid. vt laboratum pro illorum inueniendo monumento, 214. c. d. in preciōſiſſima theca eæ reliquæ reponuntur, 215. a.
 Milles episcopus dira paſſus cum ciuitatem ſuam conuertere non poſſet, ei imprecatur & recedit, 36. b. ea à Perſis excinditur, ib. eius episcopi admiranda facinora, ibid. c.
 Monachi aliquot illuſtres, 63. b. 65. a.
 Monachi aliquot inſignes Syriæ, 158. b. c. cur eos *Βοσκους* appellarint, ibid. c. quis eius viuēdi ſcopus fuerit præſtitutus, 159. a.
 Monachi antropomorphitæ ex ſimplicitate, 198. d. intentant mortem Theophilo Alexandrino, 199. a. ab illo placantur, ibid. contendunt cum Origeniſtis, 200. a.
 Monachi Aegyptij deteſtantur Arii dogmata, 144. c. illos populus imitatur, ib. eos Lucius episcopus Arianus vi in ſuam ſententiā pertrahere nititur, ſed fruſtrā, ibid. d. curant paraliticum, ibid. deportantur in inſulam ab ethnicis habitatam, 145. a. curata illic demoniaca, omnes credunt in Chriſtum, ibi. b. iubentur ij monachi redire ad ſedes ſuas, ibid.
 Monachi, & eorum viuendi ratio, 13. d. quæ ſectentur, quæq; reſpant, ibid. 14. a. b. quos primos habuerint ſuæ vitæ authores. 14. c. d. 15. a.
 Monachi multi Antiochiæ, cæſi. 276. c.
 Monachi Paleſtini, & eorum admiranda inſtituta deſcribuntur, 235. a. b. & c.
 Monachi quidam malè perſuaſi, tumultuantur contra Synodum Chalcedoneſi. 244. a.
 Monachi Syriæ, Cappadociæ, & c. mordicus in hæreticis Nicæniſis decretis, 151. c. eos populus ſequitur, & hæreticos deteſtatur, ibidem. per eos maximè reſpreſſa eſt hæreſis Apollinarij & Eunomij, ibid.
 Mentaniſtæ quando ſeruent paſcha, 181. a. eorum quædam opinioniones, ibid. a. b.
 Moſes ex latrone monachus, 153. c. 154. a. fit preſbyter, 154. c.

Moſes

I N D E X.

Moſes monachus alter. 155. a
 Moſes monachus petitur in Saracenorum episcopum, 163. b. planè recuſat, ibid. c. compulſus non fert ſibi manus imponi à Lucio Ariano, ibid. conſecratur à catholicis episcopis, ibidem. c. Saracenos ad ſidem conuertit, ibid. d.

N

N Aamanes Phœnicæ & Palaſtinam ſibi ſubigit 308. b. à Mauritio in libera ſeruatur cuſtodia, ibidem. baptizatur, 315. c.
 Narſes mittitur in Italiam, 293. b. eius præclarè geſta, ibidem.
 Nectarius nondum baptizatus, deſignatur Conſtantinopolitano. episcopus. 171. c. d. baptizatus induit veſtè baptiſmo congruam, ibid. d. diſcit officium ſacerdotale, 172. d. preſbyterum penitentiarum remouet, 177. d. 178. b. moritur, 191. b.
 Neō Seleuciæ episcopus deijcitur de gradu ſuo, 102. d.
 Nepos potitur Imperio, 250. b. eiſcitur, ibid.
 Nepotianus Conſtātini nepos cæditur, 74. b.
 Neſtabus martyr crudeliſſimè peremptus, 114. d. & c.
 Neſtorius Mariam non vult dici Deiparam, 224. a. ſed Chriſtiparam, ibid. urbas inſtituas in Eccleſia ciet, ibi. b. eius impia vox, 224. c. à Cœleſtino & Cyrillo admonitus non reſpicit, ſed poſcit iudici cōciliū, ibid. c. d. eò accedit, ibid. d. citatus à Synodo non comparet, 225. a. Synodū in eum prolata ſententia, ibidem. b.
 Neſtorius cur vocem Chriſtiparam excogitaret, 226. d. permittitur illi ad ſuum reuerti monaſterium, 227. a. quamdiu illic manſerit, ibid. relegatur Oaſim. ibi. nec ſic ſe corrigat, ibidem. quem vitæ ſinem ſanè horrendum habuerit, 227. b. 228. c. quæ de ſuis exilijs & c. ipſe ſcripſerit, 227. d. 228. a. b. falſo eū quidam narrat ad Chalcedoneſi. Synodū acceritū, 238. c.
 Neſtor martyr, 115. b. c.
 Nicæreta virgo Chryſoſtomo addiſſiſſima, 207. d. quæ eius cauſa pertulerit, ibid. eius virtutes, ibidem 208. a.
 Nicomedia terram otu euerſitur, 91. c. multi illic pereunt ad terram otū incendio accedēte, 91. c. d. 92. a.
 Nilammon monachus peritus, in episcopum, renuit, 205. a. orans emittit ſpiritum, ibid. templum ſuper eius ſepulchrum cōſtituitur, &

I N D E X.

tur & annua solemnitas celebratur, *ibid.*.a.b
 Nisibis à Iustini exercitu parum idoneo obsidetur, 299. d. à Persis id contemnitur, *ibid.*.exercitus Iustini cū ignominia soluit obsidionem, 300.c. capitur à Persis, 301.b.
 Nitria cur sic dicta, 156. d. multi illic monachi, *ibidem.*
 Nouatiani in Phrygia eodem tempore, quo Iudei, pascha celebrare incipiūt 148. c. in varias factiones discinduntur, *ibid.*.d
 Nouatiani inter se de Pascha digladiantur, 180.a. conueniunt Sāgari, & per mittunt liberam cuiq; patriarchis seruandi potestare *ibid.*.b. vt Romæ semper pascha seruauerint, 180.d
 Nouatiani qua re creuerint & durarint, 51.d
 O
 Occasio vt pingi soleat idq̄ue quid sibi velit, 272.d
 Odoacer rerum positus, nō Imperator, sed Rex dici vult, 250.c.
 Olymprius Rom. Imperator, 250.b.
 Olympias à Nectario sit diaconissa, 197. c. quæ ei dixerit Chrylostomus, *ibidem.*.d.
 Olympia diaconissa rapi- tur ad tribunal, 208. c. eius constantia. *ibid.*.nō vult communicare Arfacio, *ibid.*. d. multo auro multatur. *ibid.*. abit Cyzicum, *ibid.*.
 Olympius Philosophus animat gentiles Alexandri nos ad suos tuendos vitus, 176. d. quid de statuis illis persuaserit, *ibi.* audit in templo Serapidis vocem canentem Al-leluia, cum nullus illic esset. 177. a. itaque fugit clam in Italiam, *ibid.*
 ὁμοῖσιον & ἑμοῖσιον vt quidam exposuerint, 70.a.
 Orestes Imperator, 250.b.
 Origenes doctrinam apostolicam gentilium & Manichæorum zizanij refer- sit. 293.b.
 Origenes monachus, discipulus Antonij, 155.d.
 Origenistæ crescunt sub Iustiniano. 292. d. eos dis- spellit Eustochius episc. Ierofolymæ, *ibid.*. tuetur Theodorus episcop⁹ Cæ- sareæ cappad. *ibid.*
 Or monachus, 151.d
 Osius episcopus insignis mittitur à Constantino Alexandriam, &c. 20. a. re infecta reuertitur. *ibi-* dem.

Osius

I N D E X.

Osius in exilium pulsus, 76. a. inuitus cogitur interes- se Sirmij concilio, *ibid.*.b. verberibus adactus sub- scripsit, *ibidem.*.d. 89.a.
 Ossa martyrum quorundam camelorum ossibus ab eth- nicis immiscentur, 115.a. diuinitus indicantur, & asseruantur à pijs, *ibid.*. b.
 P
 P Achomius monachus, 63. b. quam ei regalā mo- nachorum Angelus tra- diderit, *ibid.*.c.d.
 Pachon monachus, 154.c.d.
 Palastini piorum festos dies colunt, 65.a.
 Palladius Antiochię episco- pus. 271.d.
 Paphnutius claret miraculis, 12. b. sub Maximo quid passus, *ibid.*
 Paphnutius interest concilio Tyri, sed cum Maximo e- piscopo non consentit, 46.b.
 Paphnutius quæ dixerit con- tra coelibatum Cleri, 23. d. eius sententiā vt sit à Ni- ceno concilio approbata, 24.a.
 Pascha vt celebrandum ex- sentina Niceni concilij, 23.b.
 Pauli Apostoli reuelatio cō- dementia, 182.b.
 Pauli Episcopi Constanti- nop. & martyris reliquæ
 transferuntur Constanti- nopolim. 173.a. eius tem- plum, *ibidem.* augustissi- mum. *ibid.*
 Paulinus Episcopus Treui- rorum, 78. b. relegatur à Constantio, *ibid.*.c.
 Paulus Emesa episcopus ve- nit Alexandriam ad Cyril lum. 226.a.
 Paulus monachus ex pago Talmiso, 159. c. multos multis locis colligit mo- nachos, *ibidem.* celeberrimum apud Iugarum con- stituit monasterium, *ibi-* dem.
 Paulus monachus in Sceti, 154.c. eius multi discipu- li. *ibidem.*
 Paulus obtinet sedem Con- stantinopolitanam, 55. a. 58. a. de eius creatione quid Ariani & Macedo- niani spererint, *ibid.*.a. b. eijcitur per calumniam, exulq̄ue strangulatur. 55. b. 74. c. eius electionem indignè tulit Constantius, eumque expulit, 55.c. 58. b. fugit Romam, 58. c. restituitur Constantino- poli à Iulio 58. d. 73. e. rursus expellitur à Con- stantio. 59.b.
 Paulus simplex, Antonij di- scipulus, 16. b. eius eximie virtutes, &c. *ibidem.*.b.c.
 Perse cum Romanis centum annorum

I N D E X.

annorum inest inducias, Petrus mongus ab Alexan-
215.c drinis creatur Episcopus,
Perfa rupto scedere oppu- 266.a. qua conditione eã
gnãt Romanorum ditio- sedem recuperarit, 266.c.
nes. 278.d. damnat Epistolam Leo-
Pestis admiranda, 52. annos nis & Synodum Chalce-
totum ferẽ miris modis doneſi. 271. b. monachos
peruadit orbem, 288.a. b. ipsi non consentientes pro-
&c. ea lues ex varijs mor- ſigat, ibidem. moritur, ibi-
bis constitit, ibidem.d. dem.d.
Petri Apostoli reuelatio in Philippicus Mauritij affinis
quibus olim ecclesijs in multa fortiter gerit, 308.c.
parafceue recitata, 182. a. recusatur à militibus co-
Petrus Apostolus, petra & piarium, 309.c.
basis catholicæ Ecclesiæ, Philippicus ab exercitu re-
242.a. cipitur, 312.c. ob fidet Mar-
Petrus Athanasij successor ab tyropolim, ibidem. d.
ipso designatur, 144.a. mit- vincit in prælio Persas,
tatur in carcerem, ibid. fu- 313.a.
git ad Rom. pontificem, Philo quæ scripserit de pri-
ibid. b. interest Romano mis Christianis, 14.c.d.
Concilio, 149. c. fultus Philosophi gentiles, odio
Damasi literis, obtinet se- Christianismi, superstiti-
dem suam, 164.c. oso diuinandi genere in-
Petrus Cnaphæus Ecclesia dicat successorum Valen-
Antiochena eijsitur, 265. tis, 160.a. at ea causa ab eo
b. eam recuperat 268.b.c. omnes vbique trucidatur,
damnat Chalcedoneſi. Sy- ibid. a. b. eorum insignis
nodum, ibidẽ.c. est homo stultitia. 160. c.
fraudulentus, non in vna Philosophus à simplici epi-
permanens sententia, 268 scopo victus in concilio
d. eius literæ ad Acacium Niceno, credit in Chri-
Episcopum, quibus appro- stum. 21. b.
bat Chalcedoneſi. conci- Phœnices vt sponſas prosti-
lium, 268. d. &c. tuerint, 10. b. à Constanti-
no id interdicitur, ibid.
Petrus Episcopus Alexadrinus annuam habet Ale-
xandriæ eamq; splendi- Photinus hæreticus, 75. d. e-
dam solennitatem, 38.c. uertit, 75. d. à Synodo
Sirmia-

I N D E X.

Sirmiana deponitur, 76. 177. d. 178. b. vnde is su-
b. disputat cū Basilio An pferit originem, &c. sen-
cyrano, & victus exilio tentia Sozomeni, ibid.
condemnatur, 77.a Priscus orientis præfe-
Phrauitas episcopus Con- ctus arrogans, ab exer-
stantinopolis. 271.c. mo- citu male accipitur,
ritur. ibid. 309. a
Phyſcon monachus. 158.a Probianus miraculocuratur
Pior monachus, 155. a, b, c 28. b. de San. Cruce nõ
Piammon monachus, rectẽ sentiens, diuinitus
153. b de eius efficacia docetur,
Placidia Eudoxiæ filia nu- ibid. c
bit Olybrio, 245. b Proclus Constantinop. epĩ
Placitus Antiochiæ episco- scopus, 228. d
pus, 56.a Procopius arripit tyranni-
Plato inuist Aegyptum & dem, 136. d. à Valente di-
Siciliam, 43. c re necatur, cum sui prodi-
Plinthas, vir consularis, A- 127. a
rianos Constantinopoli toribus,
redigit in concordiam, Proterius creatur Alexan-
179. d driæ episcopus, 243. c. in-
Pluuia instar fluuiorum in- gēs propterea seditio A-
Bithynia & Cõstantino- lexandriæ, ibid. c. d. hor-
poli è czlo proruit, ad a- rendum in modum neca-
liquot dies, 249. d tur, & eius cadauer tracta-
Pœnitẽtia publica vt Ro- tur, 246. a. &c. 246. d
mæ agi cõsueuerit, 178. a Protogenes monachus & e-
piscopus, 158. c
Pontifex Rom. propter se- Puer cuiusdam Iudæi in cli-
dis dignitatem curam o- banum ob Eucharistię re-
mnium gerit, 58. d. eius liquias sumptas iactatur,
authoritas, 60. a 292. b. vt illic illæsus ser-
uatus sit, ibidem. c
Porphyrius fit episcopus Pueri aliquot per ludum ab
Antiochiæ, 209. a. eum Athanasio puerulo bapti-
uitant fautores Chryso- zati, iubentur non rebap-
stomi, ibid. titizari, 38. d. supplen-
Prapidus monachus, & e- tur tamen ab episcopo, q̄
piscopus, 159. d deccant, ibid.
Presbyter pœnitentiarius ꝑ Pulche-
deponitur à Nectario,

I N D E X.

Pulcheria, Theodosij iunioris & imperij procuratrix 212. d. vouet Deo uirginitatem, ibid. ad id eam suas sorores instituit, ibidem. 213. a. facram mensam eamque insignem Ecclesie dedicat, 213. a. preest Imperio sapientissimam, ibid. Græcè & Latine loquitur & scribit, ibidem. ut Theodosium fratrem piissimè instituerit, ibid. b. hæreses non sinit existere, ibid. multa egregia ædificat templa, ibidem. item pauperum diuerforia & monasteria, additis perpetuis sumptibus unde uiuerent, ibid. sapius illi Deus apparet, 213. c. eius & sororum uiuendi ratio, 215. b. à Martino in Imperatricem asciscitur, sed uirgo permanfit, 238. a.

Pulices, martyr insignis, 34. d. item eius filia, ibid.

Puthabastes monachus, 155. d.

Quadragesima ut nõ uino modo apud omnes seruata, 181. d. & cæ.

Quartadecimani unde sic

dicti, 180. d.
Quercus, suburbium Chalcedonis. 203. b.

R

Religio Christiana sub Constantini Magni libris ut habuerit, 69. c.

Rhinocurura urbs, 157. a. eius loci monachi, ibid. eius clericis ædes, mensa, & omnia communia, 157. c.

Rhodus ingenti terramotu tertio quassatur, 283. c.

Roma ab Alaricho obfessa, peste & fame premitur, 216. d. quidam eius senatores ethnici uolunt sacrificari in capitolio, &c. ibidem. diripitur urbs ab Alarichi exercitu, 219. a.

Roma annis 60. à Gothis occupata, 292. b.

Roma diripitur & inflammatur à Geseuicho, 245. b.

Romani pontificis ante omnes expectanda sententia, 147. d.

Rufinus Orientis prefectus 190. b. cæditur ab exercitu. ibid.

S

Sabbatius presbyter Nouatianus, 180. a. in pa-

I N D E X.

in Paschate seruando Iudaizat. ibidem. b. c. multum sectantur ibid. c. taxantur. 180. c. d.

Sacerdotes & Diaconi etiam Constantini tempore & deinceps in exercitu adfuerunt. 10. d.

Salamanes monachus, 158. a. Samaritani, legis Mosaicæ maximè studiosi, 180. d. quando pascha celebrent ibidem.

Sapores Rex Persarum persequitur Christianos, 32. d. multos necat, 34. a. b. Christianos omnes necare iubet, 35. a. plurimis cæsis, solos fidei doctores uult trucidari, ibid. a. c. innumeri sub eo è clero, item monachi, uirgines, &c. passi, 36. a. ad sedecim milia occisi, ibidem. c.

Saraceni credunt in Christum, 163. d. unde sint orti, ibid. e. cur se Saracenos, non Ismaelitas dici uelint ibidem. plerisque Iudeorum ritus obseruant, ibidem. cur non omnino iisdem utantur institutis, 163. d. &c.

Sarus Honorij hostis interficitur. 221. d. Sceneta cum Romanis fœdus percutiunt, 278. c. Scythia non nisi unum ha-

bet episcopum, 181. c. Selinas Gotthorum episcopus, 179. d. successores Viphila. ibid.

Sepulchrum Christi abrutum à gentilibus, 25. b. repperit à Christianis, ibidem. c.

Serapidis templum Alexandria amplissimum, 176. c. ex eo gentiles oppugnant Christianos, ibid. inde aufugiunt, 177. a. Christiani illud occupant, ibidem. dum expurgatur in literis quibusdam hieroglyphicis crucis similitudo apparet, 177. a. ea res multis ethnicis fit occasio credendi in Christum, ibidem. b. templum illud euertitur, & aliud substituitur, ibidem. b.

Serapion monachus, 152. b. 155. d. post 10000. monachis. ibidem. c.

Serapion Heracleæ Episcopus. 205. b.

Sergius martyr à se postulata præstare solitus, 314. c. ut eum honorarit Chosroes iunior rex Persarum ibidem. c. d. &c.

Sergius martyr ut Serapiopolim à Chosroë defendiderit, 287. d. eius reliquie in capsa argento obducta seruata.

I N D E X.

ibidem.
 Seuerianus Gabalorum epi-
 scopus Constantinopoli
 concionatur, 198. b. non
 est syncerus erga Chry-
 sostomum, ibid. c. eijci-
 tur Constantinopoli, ibi.
 reuocatur ab Eudoxia, &
 Chrysofomus per eam cõ-
 ciliatur, ibid. c. d. flagrat
 ob Chrysofomum eie-
 ctũ odio populi Cõstan-
 tinopolitani, 204. a
 Seuerus Cæsar Oppiano po-
 etæ quid dederit, 1. d
 Seuerus triennio imperat,
 245. b
 Seuerus obtinet sedem An-
 tiochenã, 176. d. eius bre-
 uis historia, ibi. & c. ei lin-
 gua excinditur, 285. c
 Sibyllæ carmen de S. Cru-
 ce, 26. b. item eius veneratione,
 ibid.
 Simeones alter Stylites vel
 columella qua occasione
 cõlumnæ stationem am-
 plexus sit, 315. d. puer par-
 dum cingulo illi iniecto
 secum adducit, 316. a. pte
 dicit futura, ibid. a. b. in-
 dicat Euagrio eius cogi-
 tationes, ibidem. eius mi-
 racula, ibid. a. b. eius ci-
 bus & porus, ibid. b
 Simeones columella, 230. d.
 eius viuendi ratio, & cæ-
 tera. ibid. & cæt. eius tes-
 tæ qui scripserint,

231. a. quæ sancti patres
 eremita illi mandarint,
 231. a. b. qua de re Theo-
 sium Imper. reprehende-
 rit, ibid. b. quot annis in
 columna steterit, 231. c.
 corpus eius, multis in iti-
 nere editis miraculis, de-
 portatur Antiochiã, 231.
 c. illud Leo Imperator pe-
 tit, sed Antiocheni loco
 muri id se habere aiunt,
 ibi. d. eius capilli diu ma-
 nent in corrupti. ibid. ite
 frontis cuticula, ibi. eius
 catena ferrea cum corpo-
 re vt honorata, 232. a. e-
 ius templum cur Mádria
 dictum, ibid. b. illud tem-
 plum describitur, ibid.
 stella crebrò visã in e-
 ius templi loco quodã
 inuistata magnitudine,
 idque in eius sancti festo
 die, 232. b. c. item ipse
 effigies discurrens, ibi.
 c. in id templum non pa-
 tet sceminis accessus, ibi.
 Simones columellæ scribit
 Basilio Antiochiæ epif.
 248. a. earum literarũ ex-
 emplar, ibi. b. ite scripsit
 Leoni Augusto, ibid. a
 Simeones Ctesiphontis ar-
 chiepiscopus, 32. d. eius
 constantia in fide asserẽ-
 da, 33. a. b. martyriũ, 34.
 b. confirmat necandos.
 ibid. b, c

Symco-

I N D E X.

Simeones vir insignis, se vl-
 tro stultum simulat, 291.
 a. eius breuis historia,
 ibid. & c.
 Siricius Romanus põtifex,
 190. b
 Sifinnius Nouatianus epi-
 scopus qualis fuerit, 190
 d. eius quædam dicta,
 191. a
 Sifinnius Nouatianus per-
 suadet Theodosio, ne fi-
 ant disputationes cũ hæ-
 reticis, 174. a. qui cum
 illis agendum suaserit, i-
 bidem.
 Socrates cum posset, noluit
 fugere è carcere, 160. d
 Solon monachus, 157. b. c.
 Solon episcopus Rhinocururę,
 157. b
 Sophia Imperatrix placat
 Chosroẽn persarum regẽ
 301. d
 Sophiæ templum longè om-
 niũ excellentissimum de-
 scribitur, 289. c. d
 Sophronius episcopus exau-
 thoratur, 102. d
 Sozomenus scripsit historiã
 martyrum eorũ, qui sub
 Iuliano passi sunt, 117. d
 Spiritus sanctus à quibus di-
 ctus sit à Dei substantia
 alienus, 146. b. c. à qui-
 bus patri & filio consub-
 stantialis, ibid. c. quid
 de eo Romana Ecclesia
 decreuerit, & vt in eius

sententia omnes acqvie-
 uerint, ibid.
 Spyridion episcopus & e-
 iusdem quædam præcla-
 re gesta. 12. c. d. 13. a. & c.
 Statua vetusta Christi apud
 Cæsaream, 127. a. eam Iu-
 lianus deturbat, ibidem.
 à Christianis in templo
 collocatur, ibid. ad eius
 basim herba mirifica ex-
 creuit, ibid.
 Stephanus obtinet sedẽ An-
 tiochiã, 265. d. ab Anti-
 ochenis calamis acutis
 confoditur, ibid.
 Stephanus monachus,
 154. d
 Stilico fratres Imperatores
 inter se committere niti-
 tur, 209. b. c. 215. c. à mi-
 licibus interficitur, 215.
 c. d. quæ cum Alaricho
 & Ionio egerit, ibid.
 Syluanus ab Acacianis de-
 ponitur, 102. d
 Syluanus monachus,
 158. b
 Syluanus tyrannidem exer-
 cet, 77. b. necatur, ibid. c
 Syluerius à Belisario rele-
 gatur in Graciam.
 292. c
 Synesius Cyrenens. epifco.
 232. d. ex philosopho fit
 episcopus, ibid. 233. a

T

TAbenna infula, 64. a.
 inde monachi Ta-
 3 ben-

I N D E X.

bennefiotæ, ibid. Themistius philosophus le
 Tabennefiotæ monachi, & nit Valentis furorem in
 eorum institutum, &c. 63 catholicos, 161. b. c.
 b. eorum habitus mysticè Theocrit⁹ trucidatur, 285. a
 exponitur, ibid. b. c. Theodatus Occidentis Im
 Tabennefiotæ monachi quâ perator cur cesserit im
 toperè aucti sint, 64. b perio. 292. b
 Tarbula virgo falsò insi- Theodorichus oppugnatæ
 mulata comprehenditur nonem, 272. b. perit, ibi.
 à Magis, 35. b. crudeliter b. c. vincit Odoacrem &
 cum alijs duabus necatur capit Romam, 273. b
 ibidem. eius insignis pu- Theodora Iustiniani con-
 dicitia, ibid. c. iux fouet vnâ in Christo
 Tanais fluuius, 293. a. eius naturam asserentes, 288.
 accolæ credunt in Chri- a. persuadet Iustiniano, vt
 stum, 293. a. reuocet Seuerum, ibi. b
 Tatianus martyr, 117. a Theodorit⁹ cyri episcopus
 Templum Ierolymæ dedi- restituitur, 243. b. 260. c.
 dicatur, 46. c. eius dedi- Theodoritus presbyter mar-
 cationis festum anniuersa tyr fortissimus, 114. c
 rium, & hominum ad id Theodorus adolescens gra-
 concussus, ibid. uissimè torquetur, 126.
 Terremotus Antiochiæ sub b. angelus eius dolores
 Traiano, 248. d. item lenit, ibid. c
 alius sanè horrendus sub Theodorus episcopus Cesa-
 Leone I. Augusto, ibid. reæ Cappa. tuetur Orige-
 249. a. item alij sub Iusti- nistas, 292. d. est assiduus
 no, 286. a. b. item sub apud Iustinianum, 293. a
 Mauritio terribilis, 310 Theodorus Mopsuestiæ epi-
 b. c. d. scopus, 191. d. à monachi
 Terremotus ingens multas proposito relabatur, 192.
 regiones concutit. 249. a. cum Chrysostomus re-
 d. 293. a. ducit ad monasticam pro-
 Terremotus omnium maxi- fessionem, ibi. damnatur
 mus sub Theodosio iu- in V. Synodo œcumeni-
 niore, 233. d. ca, 293. c
 Thecla martyr, 265. a. ei tē- Theodosius Alexandriæ epi-
 plum amplissimū à Zenō scopus vnâ in Christo
 ne constructum, ibid. naturâ asserit, 288. a. ex-
 pellitur,

I N D E X.

288. c. bit, 236. d.
 Theodosius homo impro- Theodosius senior in im-
 bus intruditur in sedem perij consortium ascisci-
 Ierolimitanam, 244. a. tur, 167. c. Thessalonicæ
 aliquot creat episcopos, in morbum incidit, & ba-
 ibid. b. eum ad se à militi ptizatus conualescit, 168
 bus adduci iubet Martia d. deletatur fide Nice-
 nus, & episcopos ab eo na, ibidem. lege propo-
 creatos expelli, ibid. sita declarat, quam velit
 Theodosius iunior munifi- ab omnibus coli religio-
 cus erga doctos viros, 1. nem, 169. a. sub eius primo
 c. 2. a. quid interdium gesse consularu catholici
 rit, 2. a. eius nocturna li- templâ recuperant Con-
 terarum studia, ibid. eius stantinopoli, cum ea Aria-
 lucerna mirabilis erudi- ni, 40. annis occupassent
 tio & ceteræ virtutes, ibi- ibidem. d.
 dem. a. b. Theodosius senior lege la-
 Theodosius iunior vt à Pul- ta cauet, ne hæretici suas
 cheria sorore curatus sit habeant conuentiones &
 institui, 213. a. itemq; ab disputationes, &c. 170. b
 illa institutus, ibid. b. qui- quibus voluerit ecclesias
 bus rebus eius profecerit committendas, 172. b.
 imperium, 215. b. indicit c. conuocat sectarum an-
 Ephesinam Synodū, 224. tesignanos, 173. c. illis di-
 d. Nestorij damnationē sputationē permittensur.
 primò non approbat, sed Sifinnij concilio reuoca-
 postea illi assentitur, 225. tur, 173. d. 174. a. vt ege-
 d. eius decretum in Ne- rit cum sectarijs, ibi. b. so-
 storianos, 230. c. item- los homousianos appro-
 de reddendis Antiochiæ bat, ibi. quas leges tulerit
 Iudæorum Synagogis, in sectarios, 174. c. vincit
 quod tamen abrogauit, Maximum, & agit Romæ
 231. b. c. seditiones Oc- triumphum, 176. a. b
 cidentis compescit, 234. Theodosius senior iuber de
 b. cum Persis pacem fa- lubra gētilium quertj A-
 cit, ibidem. ducit vxor- lexandriæ, 176. d. 177. a.
 rem Eudociam, 234. c. quam legē de mulieribus
 permultum auget An- sanxerit, nō admittendis
 tiochiam, ibidem. d. o- ad ecclesiæ ministerium.
 Te 4 178. c.

I N D E X.

178.c. pugnaturus contra Eugenium, consulit Ioan- nem monachū, 184.c. di- rē offensus ab Antioche- nis, illis parcat, multum la- chrymans, 184.d. contra Eugenium implorat Ioan- nis Baptiste patrociniū 185.b. in conspectu cernēs suorum periculū, pronus orat Deum & victor euadit, presenti numinis ope fretus, 185.c.d. ab Ambrosio arcetur templi ingressu, ibid. d. 186.a. q̄ multę innoxiorum cædes Thessalonica ipso iubente facta, 186.a.b. eius me- morabilis pœnitētia, 186 b. quam legem tulerit de differendis supplicijs, ibi- dem. b. c. approbat Am- brosijs sententiam, quod Imperatores non debeāt parē cū sacerdotibus ha- bere locum, 186.c. abit ē vita, 189.c. 190.a
 Theodulus martyr, 117.a
 Theognis episcopus resti- tuitur, 37.b
 Theonas monachus, 152.a
 Theophilus Alexandrinus se opponit ordinationi Chrysofomi, 192.c. cur illi Isidorum prætu- tulerit, ibidem. c. cur Isidorum eundem Ro- mam quandoque miserit, ibidem. d. metu Eutro-

pij approbat electionem Chrysofomi, ibidem. à monachis anthropo- morphianis dum mortē timet, illos vt lenierit, 199 a. vt monachos in Am- monium, &c. concitarit. 200 a. Chrysofomi abdicat- ionem meditarur, 200. c. carpit Origenis libros, ibidem. d. Epiphanium qua arte sibi adiunxe- rit, ibidem. damnat cum suis episcopis librorum Origenis lectionem, 201.a

Theophilus Alexand. mul- tos episcopos Constans- tinopolim cōnuocat con- tra Chrysofomum. 201. a. 202, c. venienti Con- stantinopolim nemo ex clericis procedit obuiam 203. a. nauat eum hono- ficē excipiunt, ibidem. vt monachis quibusdam per- suaserit vt veniā peterēt, 203. b. fugit cum suis Constantinopoli, 204.d
 Theophronius dogma Eu- nomij tuetur, 178. d. ab- surda confingit dogma- ta, 179.a. ab Eunomiani- nis rejicitur, & de se parit Theophronianos, 179.a.
 Theotimus Scytharum epi- scopus, 187.b. eum Hū- ni vocant Deum Roma- norum, ibid. vt Hunnos Scythis

I N D E X.

Scythis infestos lenierit, 187.c. eius miracula, ibi- stodia & victus, ibid.
 Thomas monachus à quo- dā cæsus, & illius & suam prædicit mortem, 291. d &c. eius corpus transfer- tur Antiochiam, sedatq; pestem, 292.a. eius. an- nus dies festus Antio- chiz, ibid.
 Thomis vrbs Scytharum, 145.d.
 Thuribulum aureum in æ- de Sergij martyris, 315. b.c.
 Thyrsus martyr apparet ter- tiō Pulcheriz Augustæ, eiq̄e indicat reliquias, 40. militum martyrum. 214.b.
 Tiberius capessit Rempub. 301.a. eius contra Aba- ros pugnantis discrimen, 301. c. à Iustino Cæsar declaratur, 302. a. eius corporis & ani- mi habitudo describitur, ibid. b. tribulum vnus anni remittit, 302.c. in- genti coacto exercitu pro- figat Chosroem, ibid. d. accipit Imperij coro- nam, 305.b. decessit ē vi- ta, 306.d.
 Tigrius presbyter ex seruo & eunucho, 209. a. di- rē torquetur. ibidem. er- ga pauperes & peregri-

nos benignus. ibid.
 Timotheus Aelurus intru- ditur Alexandria. 245. d. eius horrenda flagitia, 246. b. c. d. à Proterio abdicatus, ab Imperato- ribus relegatus cum alijs nonnullis, 246. b. 248. c. epistolam Leonis Pa- pæ & Concilium Chal- cedonenis carpit, 248. a. reuocatur ab exilio. 262.a.
 Timotheus Aelurus Pau- lum restituit sedi Ephe- sinæ, 264. b. Ecclesiæ Ephesinæ reddit vis patri archatus, ibidem multi suæ factionis ab eo resi- liunt, ibidem. moritur, 266.a.
 Timotheus episcopus Ale- xandrinus monachorum scripsit vitas, 152. d. 153.a.
 Timotheus Salophaciolus sit Alexandria episcopus 248.c. recuperant eam se- dem, 266. a. moritur, ibidem. b.
 Totila occupat Romā, 292 d. vincitur à Narſe, 293. b
 V
 Valens & Ursatius in Concilio Arimini abdicantur, 94. a. eorum fraus & vassities. 95. a. b. erroris sui ven- niam petunt, 94.d. con- citat

I N D E X .

citat Constantium in Episcopos Concilij Arimensei, 95. d. vt accepta à Constantio potestate catholicos episcopos vi cõpulerint in suam sententiam, resistentes profligant, 96. b. Vide Valens sit confors imperij, 135. d. est Arianus, ibid. Episcopos concilij Lampfaceni iubet consentire in doctrina Eudoxio, 136. c. persequitur episcopos catholicos, ibidem. d. 137. a. item catholicos Constantinopoli & Nouatianos, 137. c. multis locis & ecclesias & sacerdotes adimit catholicis, 138. a. diuexat egregie Macedonianos. ibidem. Valens episcopos à Constantio relegatos, & sub Iuliano restitutos iubet Ecclesijs eijci, 139. c. haud ferè dissimiles gentium persecutionibus catholicis molestias infert, 140. c. octoginta legatos ecclesiasticos necat, 141. b. vt se gesserit erga Basilium Magnum, 142. a. &c. Antiochiæ & locis finitimis supplicijs omnigenis excruciat catholicos, 143. b. iubet Edessenos interfici, sed illi ardentè ad campum martyrij conueniunt, 143. b. c. d. à præfecto persuasus, illis parcit, eorum pudefactus constantia, ibidem. Valens iubet ex Aegypto profligare catholicos omnes, 144. b. iugulat philosophos propè omnes, 160. a. b. & illustres viros, quorum nomina primas literas haberent Theod. ibidem. b. c. metu Gotthorum remittit persecutiones Ecclesiæ, 162. d. à Constantinopolitanis profcinditur, 164. c. d. eis dira minatur, ibid. d. temerè cum Gotthis configit, 165. a. ab illis obsessus in domo quadam comburitur, ibidem. b. Valentinianus creatur Imperator, 135. a. cur eum antea Iulianus exilio perpetuò addixerit, ibidem. b. non vult sibi auctoritatem vsurpare in episcopos, neque indicendi concilij, 136. a. 146. b. nihil in Ecclesiæ institutis mutare audet, 146. b. in Sarmatas ira excandescens, nimia vocis contentione rumpit venâ, & moritur, 161. a. Valen-

I N D E X .

tur. 116. a. b. Valentinianus iunior à militibus Imperator declaratur, 161. b. ferunt id molestè Valens & Gratianus, at ratum habent, ibidem. mittit milites qui in exilium deportent Ambrosiũ, 174. d. fugit Theofalonicam propter Maximum, 175. c. miserè perit, 184. a. Valentinianus tertius necatur. 245. a. Valerianus Imp. à Persis captus, miserè perijt. 37. a. Vandali in templa Christianorum contumeliosissimi. 290. b. Venus Cypria quam impura. 230. b. Vastales virgines sexto ætatis anno testamentum facere potuerunt. 11. d. Vigilus pro Syluero Romæ constituitur pontifex, 292. c. Vincentius presbyter Macedonianus se recipit ad catholicam Ecclesiã, 183. c. Virgines sacratâ ad nuptias pellicere, vel saltem lasciuè intueri, &c. capitale esse voluit Iouianus Imperator, 133. b. cur id voluerit. ibidem. Virgines sacræ inaudita crudelitate Heliopoli necan-

tur. 116. a. b. Virginitatis professio, 65. d. ea post habita, viri, & mulieris nefaria est coniunctio. ibidem. Vitalianus Thrax facit bellum Anastasio Imper. 283. b. capefit fugam, ibidem. c. à Iustino per dolũ dux & consul creatur, atque interimitur, 285. a. b. Vitalius presbyter factione Apollinarij plurimum auget, 149. a. multos seducit, ibidem. quæ illi causæ erroris. ibidem. b. Vides dux Hunnorum infestat Thraciam, 216. b. eius insolens arrogantia, ibid. multis è suis amisissis, vix effugit. ibidem. Viphilas Gotthorum episcopus, 162. a. cum eam gentem ad Christum traduxisset, postea fit eis autor erroris Ariani, 162. b. à quibus ipse seductus fuerit, ibidem. primus Gotthis literas inuenit, & scripta diuina in patrium sermonem conuertit, ibid. Vrsatius & Valens episcopi Iulio consentur se iniuria Athanasio obrectasse, &c. 73. a. eorũ ad Athanasium exempla, ibid. c. Vsthanes à Simeone episcopo ob Christi defensâ religionẽ obiurgat, palã luger,

I N D E X.

- Iuget, 33. b. Solem non ex animo adorarat, ibid. c. iustus capite plecti quid à sapore petierit, ibid. d.
- X
XEnaias monachus quas turbas exularit, 274. d. 275. a. b.
- Z
ZAchariæ Prophetæ ipso reuelante inuenitur, corpus, 222. b. & apud eum puer regis habitu, ibid. b. c. quis is fuerit, ibid. c. prophetæ huius corpus quasi viuum apparebat 222. c.
- Zeno ab Anthedonijs flagellatur, 115. b. fit episcopus Maiumæ, ibidem.
- Zeno ducit Ariadnam vxorem, 250. a. potitur Imperio, ibidem. c. palam viuit libidinosisimè, 261. a. b.
- Zeno Imperator quas clades à Barbaris perpeffus fit, 161 c. omnes eius vitam flagitiosissimam detestantur, ibid. d. fugit Basiliscū, & in Isauria obsidetur, ibid.
- Zeno per visum eum impellente S. Thecla, recuperat imperium, 265. a. Basiliscī tyranni impia decreta rescindit, 265. b. eius epistola henotica, 266. d. &c. scribit Felici Pape, 270. a. occidit Armatum, 272. a. vt afflixerit socrum suam Berinam, 273. a. moritur, 273. d.
- Zeno martyr crudelissimè trucidatus, 114. d. &c.
- Zenon Maiumæ episcopus grandæuus, 189. a.
- Zocomus (alij Zacomus) Saracenus cum sua gente fit Christianus, 164. b. quantum creuerit potentia, ibidem.
- Zoilus vir egregius, 234. a.
- Zozimas monach⁹ lōgè absens indicat Antiochiæ ruinam, 286. c. d. eius alia miracula, 287. a. b.
- Zosimus ethnicus scriptor, quæ Constantino magno falso impegerit, 280. b. c. &c. suis ipsius verbis mendacij arguitur, ibidem. d. 281. a.

F I N I S.

HERMIAE SO-

ZOMENI SALAMINI AD

IMPERATOREM THE-
ODOSIVM PRAEFATIO,

Et ecclesiasticae historiae ab eodem
conscriptae argumentum .

*Theodosium Iunio-
rem alloquitur, cui etiam hi-
storiā nuncupat, cumq;
laudibus extollit
non mediocribus, ac rerum in presenti opere
differendarum, facit expositionem.*



IMPERATORVM veterū sin-
gulos singulis fere studiis delectatos
memorant. Nam quos exquisita ca-
piebat munditia, his purpuram, co-
ronam, & alia id genus curae fuisse:
qui autem doctrinae operam nauabāt,
illos vel poëma fabulis commētitiis
refertū, vel aliud genus scripti, quod
animos posset permulcere, permagni fecisse: qui denique
exercebant militarem; hos telum directē coniciendo, be-
stias feriendo, vibrando hastam, aut strenuē in equum infi-
liendo sese oblectasse. Atque in istorum gratiā omnes, qui
eorum imperio subiiciebantur, se insinuare magnopere la-
borauerunt: & propterea quisque quod gratū imperatori
esse animaduertebat, illud studiose consecutus est. Alius
enim lapidem pretiosum, comparatuq; difficile ei offerre,
purpuram alius splendidius tinctam donare, hic vel po-
ëma, vel librum alterius generis dedicare, ille genus arma-
turae peregrinum & ad vium rei militaris aptum adducere
solet. Atq; in hoc popularis virtutis genere, summū planē
& maximē regale putabatur, conciliare imperatoris gratiā.
De pietate autem, qui est verus imperatoris ornatus, à ne-

A minc

mine tantopere laboratum est. At verò tu, imperator inuicissime Theodosi, Dei iuuante gratia, nullum nõ virtutis genus (vt complectar breui) sedulo excoluisti: qui vt purpura & corona, quæ dignitatis tuæ effigiem oculis intuentium subiiciunt, corpus induis: sic animum pietate & clemetia, quæ verè imperatorem exornant, præclarè vestitum habes. Quinetiam tum poetæ, tum alii scriptores, tum cõplures ex præfectorum, & cæterorum subiectorum tuorum numero, ad te tuasque res gestas prædicandas, laborem suum conferunt. Ipse autem veluti certaminum magister, & orationum iudex constitutus, nõ scito quidè sermone, aut exornatione aliqua veritatem obscurari permittis, sed quæ sint verba propria exquisitè pòderas, & cum orationis argumento, dictionis figurâ, partes, ordinè, cõcinnitatè, elocutionè, cõpositionem, argumetationes, sententiâ, & narrationè accuratè expendis. Ipsos verò orationum auctores, cū tui iudicij approbatione, tum plausu, tum aureis imaginibus, tū statuis erectis, tum donis, tum honoribus cuiusque generis remuneraris. Atque talem erga tuos laudatores teipsum ostendis, quales neq; Creteses erga celebrè illum poetâ Homerum, neq; Alenadæ erga Simonidè, neq; Dionysius Sicilię tyrânus erga Platonè Socratis familiarè, neq; Philippus Macedo erga scriptorè Theopompum, neq; Cæsar Seuerus erga Oppianum, qui piscium genera, naturâ, & quo pacto capiendi sint, numeris descripsit, se præbuit. Nam Creteses, cū Homerum mille numismatis ob egregium suum poema donauissent, quo se de sua magnificentia insolenter efferrèt, donum in colūna publico in loco erecta incidendum curarunt. Alenadæ autem, Dionysius & Philippus nõ magis quàm Creteses, qui quidè de repub. modeltè & sapienter temperata gloriari solent, de sua largitione cõticuissent. Sed essent certè eos, nisi dono ab illis superati fuissent, in erigenda colūna imitati. Seuerus verò cū Oppiano pro singulis versibus sui poematis singulos aureos donauisset, illa sua magnificentia tantum hominibus excitauit admirationem, vt Oppiani carmina ad hodiernum diè à plerisque aurea nominentur. Atq; hæc quidem munera à veteribus, qui scientiarum & eloquentiæ studio delectabantur, earum rerum professoribus donata constat. Tu verò o imperator, nemini, qui post homines natos vixerit

tos vixerit, in doctrinæ studiosis remunerâdis secundus es: quod quidè nõ sine causa, meo quidè iudicio, abs te factum est. Nam dum omnes studes virtutum splendore superare, tuarum rerum statum magnopere adauges: ob quam causam etiam historiam de rebus præclarè tum à Græcis, tum à Romanis gestis conscriptâ accuratè euoluisti. Fertur etiam te interdum rem militarem, & corpus exercere, & causas subiectorum ritè tractare, tum de eisdem exquisitè disceptando, tum quæ æqua sunt, decidendo, tum denique, quæ priuatim ac publicè agenda, ratione & cõsilio ponderando: noctu autè in libros incūbere: atque in illis perlegendis cadelabrū tibi suppeterè fama est, tali artificio cõstructum, vt oleum sua sponte lucernæ infundat: adeo vt nemo ex aulicis ob labores, quos tu capis, quicquid subire molestiæ, & cõtra somnum pugnando, naturæ vim inferre cogatur. Quinetiam ea est tua clementia & mansuetudo, cū erga vicinos, tum erga omnes alios, vt regem cœlestem patronum ac defensore tuum, qui nõ grauatè pluit super iustos & iniustos, & solè oriri facit, & res alias a fatim illis suppeditat, sedulo imitari videaris. Porro autem tam multiplici cognitione te imbutum audio, vt lapidum naturas, vires radicum, & medendi facultatem non minus, quàm Salomon aut sapientissimus Dauid, tenere, imo verò Salomonem virtute antecellere existimeris. Nam ille voluptatum blanditijs inserviens, pietatem, quæ cum aliorum bonorum, tum sapientiæ ei donatæ causa fuit, ad finem vitæ minimè custodiuit. At tu, Theodosi potentissime, continentiam modestâ libidinosâ licetiæ opponens, nõ hominum solum verum etiâ perturbationum tam animi quàm corporis imperator meritò iudicaris. Accepi præterea te (siquidè hæc dicenda sunt) cibi cuiusque, & potionis cupiditatem vincere, & neque dulces ficus, vt poeticè loquar, neque vllum aliud fructus tempestiuui genus te posse capere, nisi vt tractes solum manibus aut ore, vbi primum vniuersitatis opifici deo benedixeris, paulum eius saporem degustes. Itemque ad sitim, æstum, & frigus patiendum ita assuefactus es, in exercitationibus quæ de die fiunt, vt tolerantiam, velut alteram naturam induisse videare. Nam iam dudum cū ad visendam Heracleam, oppidum Ponti, contendebas, quò eam temporis diuturnitate collapsam reficeres, in ipsa

Math. 5.

estate per Bithyniam iter fecisti: cumq; soliam in ipsa meridie vehementer ardebat, vnus ex satellitum numero te sudore multo, & puluere conspersum videns, tanquam tibi rem gratam facturus, poculum versus solis radios splendide admodum coruscans, & dulci potione cum aqua frigida infusa impletum, tibi apportauit. Tu vero imperator inuictissime, propensum viri illius erga te studiū amplexatus, manifestò declarasti te haud multò post eū regia tua magnificentia amplè remuneraturum. Cum autem omnes milites poculo inhiarent, beatumq; ducerent eum, qui ex illo bibiturus esset, potum ei à quo eū acceperas redidisti, iussistiq; vt illo, quo sibi libitum esset modo, vteretur. Quare virtutibus tuis mihi profecto videris vicisse ipsum Alexandrum Philippi filium: quem à suis laudatoribus memoratum est, cum per locum aridum vnà cū Macedonibus transfret, & miles quidam diligens & officiosus de aqua, quam forte offenderat, hausisset, eiq; attulisset, nequam bibisse, sed eam in terram effudisse. Itaque vt comprehendam breui, te magis propriè principem, quam omnes principes, qui ante te regnarint, more Homeri; appellare licet. Nam in quibusdam eorum nihil, quod sit admiratione dignum, inesse cognouimus: alios vix vnà, ad summum duabus rebus præclare gestis sua regna illustrasse. Verum tu, Theodosi nobilissime, omnes pariter virtutes animo cōplexus, omnes pietate, fortitudine, temperat̃ia, iustitia, magnificentia, animi celsitate, planè regia, imperioq; digna superas. Quinetiam de tuo imperio, vtpote à sanguine & cęde vacuo integroq;, præter imperia omnium qui vnq; regnauerint, omnis ætas gloriose prædicabit. Postremò subiectos tum ad res serias cum delectatione imbibendas, tum ad studium tam erga te, quam erga rempublicam beneuolè & reuerenter declarandum instruis. Quapropter mihi historiam ecclesiasticam scribēti necessarium videbatur, tibi his omnibus de causis eā dedicare. Nam cui istud opus, in quo sum persecutus tum piorum virorum virtutem, tum res, quæ in ecclesia vniuersa obtigerint, tum in quot hostiū manus incidens, ad te & maiores tuos, tanquam ad portum cōfugerit, rectius offerre queam? Agite igitur, imperator literatissime, & cum aliis omnibus prædite virtutibus, tum pietate vel

te vel maxime, quam initium esse sapientiæ sacræ perhibent literæ, accipe à me hanc historiam, eamque tum expende, tum tuis vigiliis atcuratoque iudicio vel addendo aliquid vel auferendo, perurga. Omnino enim quod tibi auferit, illud lectoribus & vtile, & præclarum videbitur. Neq; quisquam est, qui sit post tuam censuram ei vel digitum admoturus. Sum autem historiam exorsus à Crispo & Constantino Cæsaribus, iam tertium Cofs. eamq; ad decimum septimum Consulatum tuum perduxi. Atque præclare me facturum videbar, si totum opus in nouem libros distribuere. Primus igitur & secundus res in ecclesiis, regnante Constantino, gestas continent. Tertius & quartus quæ in eisdem, regnantibus Constantini filiis, acciderint, complectuntur. Quintus & Sextus habent ea, quæ temporibus tū Iuliani consobrini filiorum Constantini, tum Iouiani, tum Valentiniani & Valentis. In Septimo & Octauo commemorantur illa, quæ sunt sub imperio Gratiani & Valentiniani fratrum vsque ad diuinum Theodosium auum tuum Imperatorem declaratum, & vsq; ad regnum etiam Arcadij patris tui omnium ore celebrati, qui cum sanctissimo auo tuo, Honorio in paternum imperium & in ditonis Romanæ gubernationem successit, administrata. Nonus liber versatur in rebus gestis à tua diuinissima sanctissimaque celsitudine narrandis, cui Deus non solum perpetuam animi tranquillitatem, expertemque cuiusque molestiæ concedat, verum etiam vt hostes superet, omnes sibi subiiciat, imperiumque pium nepotibus transmittat, largiatur, annuente Christo: per quē & cum quo sit Deo patri vnà cum spiritu sancto gloria in omnem æternitatem.

AMEN.

HERMIAE SO- ZOMENI SALAMINII HISTORIAE ECCLESIA- STICAE LIBER PRIMVS.

*Libri proæmium in quo de gente Iudaica dubita-
tionem mouet, Deinde commemorat qui ab
initio de istiusmodi argumento primum scri-
bere cæperint, & quomodo ac ex quibus scri-
ptoribus historiam hanc deprompserit, & quod
veritatis eruenda studio, nonnulla quoq; alia
presenti historiae attexuerit. C. A. P. I.*



Gene. 18.

Gene. 22.

A M pridem cœpi mecum cogitare, quid causæ esset, cur alii homines tam prompto ac parato animo fidē in Deum verbum, Iudæi autem tam ægrè & difficulter amplexarentur, præsertim cum hi ab initio diuina eloquia summa obseruantia colere didicissent, & Christum ante, quàm adueniret, pro certo aduenturū per prophetas cognouissent. Nam Abraham cum generis illorum, tum circumcisionis author, filiū Dei suis ipsius oculis aspexit, eumq; excepit conuiuio. Isaac etiam eius filius, cum victus ad altare à patre deduceretur, figuram hostiæ, quæ in cruce oblata est, expressit: quippe eodem modo Christum passum esse memorant hi, qui sacras literas accuratè peruestigarint. Iacob porrò tum Gentium expectationem, quæ est iam in Christo, tum tempus, quæ esset seruator venturus, præsignificauit, his ferè verbis: Deficient principes Iudæorum de genere Iudæ principis tribus illius. Quibus verbis Herodis indicauit principatum: qui patre Idumæo, matre autem Arabe natus, à Senatu Romano & Augusto Cæsare Iudæorum genti præfectus est. Quin etiam reliquorum prophetarū, alii Christi procreationem, ineffabilem eius conceptionem, matrè post partum

partum virginem mansuram, genus, & patriâ illius prædixerunt: alii diuinas eius & admirabiles res gestas: passio nem alii, à mortuis resurrectionem, ascensum in caelos, & quæ denique res in singulis istorū acciderēt, antè vaticinati sunt. Verūm si quis istarum rerum ignarus sit, eas cognoscere nō erit magni negotii, modò sanctæ scripturæ libros perlegere voluerit. Porro autem Iosephus, Mathathææ filius, cir cum apud Iudæos, tum apud Romanos maxima nominis celebritate florēs, testis est de vero Deo verbo locupletissimus. Nam non grauatür illum appellare, effectorē operū admirabiliū, & verè doctrinæ magistrum: quinetiâ Christū perspicuè nominat, neq; ignorat eum morti in cruce oppetendæ addictum fuisse, tertioq; die reuixisse, & alia infinita miracula de eo à diuinis prophetis prædicta esse. Testatur præterea multos tum Gentiles, tum Iudæos, quos ad suam doctrinam perduxerat, eū amare non desuisse, & gentem ab eo nomē adeptā perpetuò remansisse. Atq; dū ista narrat, videtur mihi clara voce propemodum pronuntiare, idq; eius rebus gestis valde appositè, Christum esse Deum, quinetiam admirabilitate obstupescit, ita se mediū intericit, vt credentes in eum nequiquā insectetur ille quidem, sed illis potius consentiat. Itaque mihi de his rebus cogitanti permirum sanè videtur, Iudæos nō aliis hominibus anteuertisse, seque ad fidem Christianam prius transfuisse. Neq; profectò omnes Gentiles, quamuis quædā de Christo futura, à Sybilla, & à quibusdam oraculis præsignificata sint, propterea in crimen quod fidem ægrius & difficilius admiserint, vocandi sunt: quippe pauci admodum, iique doctrina præstantes, eiusmodi prophetias numeris ex maxima parte conscriptas, & verbis obscurioribus, quàm quæ à plebe percipi possēt, editas, intelligere potuerūt. Quare cælitus, meā quidē sententiā, à Deo prouisum erat ad posterorū hominū cōsensionē, vt res futuras nō modò suorū prophetarū, verū ex aliqua parte etiā peregrinorū animis iniceret ad prædicendū: idq; in morē musici, qui dū cantilenā peregrinā canere instituit, necessitate adductus, aut chordas superuacaneas plectro percurrit, aut alias nouas his, quas ipsū instrumētū iā habet, adnectit. Verū q; Iudæi feri⁹ tardiusq; fidem Christi receperūt, q̄ Gōtiles, cū tñ plurib⁹ manifestiorib⁹q;

prophetiis de aduentu Christi instructi essent, ista disseruisse fat est. Neque cuiquam certè mirum debet videri, ecclesiam Dei per alias gentes maximè creuisse: primū quòd Deus in rebus diuinis grauisissimisque mutationes contra omnium opinionem facere consuevit: deinde quòd còstat diuinam religionem non vulgaribus virtutibus eorum, qui ab initio ei præfuerint, administratam esse. Nam tamen linguam disertam, & ad eleganter loquendum exercitatam non habuerunt, neque verborum concinnitate, aut certis demòstrationibus lectores ad suam sententiam perducere potuerunt, non tamen propterea conatus eorum peius successit, sed abiiciendo opes, sua bona contemnendo, patibuli cruciatum subeundo, multa & acerba tormenta, velut alienis circumdati corporibus, fortiter tolerando. & neque blanditiis vel plebis, vel magistratuum vllius ciuitatis, obsequendo, neque eorum minas extimescendo, planū omnibus fecerunt, se eiusmodi certamina amplissimorum præmiorum spe inductos obuisse. Quocirca oratione ad persuadendū non erat opus, præsertim cum res in singulis familiis & ciuitatibus gestæ, homines nullo penè negotio ad ea credenda impellerent, quæ nunquam antea audiuisent. Cum igitur tam diuina sit, & tam admirabilis in orbe terrarum facta mutatio, vt homines pristinam suam religionem, legesque patrias aspernentur, perquam absurdum sanè videretur, vt cum caper Calydonius, Marathionius taurus, & aliæ eiusmodi res quæ in singulis regionibus vrbibusque, vel re vera acciderint, vel à poetis confictæ fuerint, tam magno æstimatæ sint, vti Gentiles scriptores, facilè præstantissimi, iique natura ad res literis prodendas aptissimi, in illis describendis operam & laborem ponerent, ipse non omnes ingenii nervos contenderem, vt res in ecclesia administratæ mea opera scriptis mandarètur ad posteritatem. Persuasum namque habeo, cum argumentum non hominū ingenii excogitatum sit, futurū esse, vt præter omnium opinionem me scriptorem diuina ope adiutum ostendam. Atque animus quidem erat hoc opus iam à Christo nato reperituisse: sed cum animaduertèrem alios scriptores Clementem dico, Hegesippum, viros sapientissimos, qui Apostolorum temporibus proximè succedebant, Aphricanum

canum præterea, & Eusebium cognomento Pamphilum, virum tum in sacris literis, tum in poetis aliisque, Scripturibus gentilibus peritissimū, idem ipsum ad sua ipsorum tempora scribere aggressos, eas solū res, quæ post Christi ad cælos ascensum vsque ad necè Licinij in ecclesijs gestæ sunt, & ad nostrā venire notitiam in duobus libris summatim persecutus sum. At iam, Deo iuuante, quæ deinceps secutæ sunt, commemorare conabor. Atque mentionem faciam cum rerum, quibus ipse interfui, tum earum, quæ non hac nostra ætate solum, verum etiam ante nos natos factæ sunt: quas quidè ab illis, qui vel eas ab alijs didicerat, vel ipsi oculis viderant, ipse equidem accepi. Quæ autem ante illud tempus obtigerunt, earum cognitionem partim ex legibus religionis ergo sancitis, partim ex Còcilijs varijs temporibus celebratis, partim ex rerum innouationibus prodita, partim denique ex imperatorū & sacerdotū epistolis collegi: quarū epistolarū alię etiā in palatijs imperatorū, et in ecclesijs seruantur: aliæ dispersę in manibus literatorum hominum reperiuntur. Quas cum ad verbum in hanc historiam conijcere instituissem, commodius putavi propter operis molè, earū sententijs breui percensere: nisi in res ambiguas, de quibus variæ & discrepantes multorum extarent opiniones, aliquando forte inciderem. Nam tū si quod scriptū mihi suppetet, illud ad veritatem declarandā citabo. Verū ne quis rerū ipsarum ignarus, nostrum opus, cū contraria scripta legerit, condènet mendacii, intelligendū est, ecclesiarum præfides propter dogmata Ariana, aliæque quæ post nata sunt, inter se dissentientes, singulos pro defensione opinionum, quibus ipsi fauebant, literas ad eos, qui eadem cum ipsis doctrinam amplexabantur, scripsisse. Qui quidè in còcilijs consentiètes, quæ ipsis placebāt, ea sancuerunt: & nō raro contrariarū opinionū fautores, indicta causa, condènarunt: atque imperatores suæ ætatis, hominesque potentes summa obseruantia persecuti, quantum in ipsis fitum erat, illos in suam opinionem adducere studuerunt. Quos quidem sibi còciliari ideo laborarūt, vt hominibus afferrent opinionem, se verū Dei cultū consecrari. Porro autem alij horum, illorum alij addicti sententijs, epistolas, quæ pro sua secta faciebant, studiose in vnum colligerunt:

missas verò fecere contrarias. Quæ res vna effecit, vt quæ in his obrigerint, ægrius & maiore cum difficultate eruere mus. Verùm cum in historia nihil ponendū sit, quod nō sit syncerū maxime, & veritatis propterea maxime in ea ratio habēda, idcirco videbatur per mihi necessarium, vt quoad possem, eiusmodi literas diligēter peruestigarem. Præterea si virorum ecclesiasticorū inter ipsos seditiones vel de primatu, vel de sua secta aliis præferenda excitatas persequar, ne quisquā existimet velim, hoc importunè à me factū esse, aut istarum rerum commemorationem malevolentia attribuat. Nā primū vt dictū est, veritatē omnibus rebus antepone scriptorem decet. Deinde doctrina ecclesie catholica maxime tum ingenua ac syncera videbitur, cū tametsi sit contraria sententiū insidiis exploratè probata, tamen victoria veluti diuinitus donata portatur, & viribus recuperatis, omnes ecclesias & hominum multitudines ad suā veritatem amplectendam pertrahant. Atq; consideranti mihi vtrum res ecclesie, quas in imperio Romano gestas cognoui, solum literis mandare deberem, rectū videbatur etiam eas, quæ apud Persas & alios barbaros in religione contigerint pro virili commemorare. Neq; certe alienum erit ab historia ecclesiastica in hoc opere item narrare, tum quinam tanquam patres & principes eorum, qui monachi vocantur, olim extiterint, tum etiam qui illis successerint: quos vel ipsi nouimus, vel accepimus ab aliis, ob pietatem suam permagnam laudem consecutos. Nam neque eorum virtutem in obliuione iacere permittendo ingrati erga illos, neq; inscij rerum ab illis gestarum videri volumus, præsertim cum tam præclarum viuendi exemplar his qui se huic pio vitæ generi se dicare instituant, post se reliquerint: quo quidem si qui vti voluerint, non dubium, quin tissimum sint, & felicissimum vitæ exitum habituri. Verùm de his in sequenti sermone pro virili disseremus: nunc autem inuocato dei propitij auxilio, ad res gestas narrandas veniemus. Hinc igitur præsentis historiae ducetur exordium.

Qui-

Quinam vrbium primariarum, cum Constantinus rerum potiretur, episcopi fuerint, et quod orientis partes, Lybiam vsque, timidius propter Licinium Christi nomē confessæ sunt: contra verò occidentales, Constantino freti, propalam Christi fidē profitebantur. CAP. II.

CRispo & Constantino Cæsariibus Cōs. Romanæ ecclesie antistes fuit Siluester. Alexandrinæ autē Alexander: Macarius vero Hierosolomitana. Episcopatū ecclesie vrbis Antiochiæ ad Orontē fluuiū sitæ, Romano iā mortuo, nemo adhuc obtinuerat, propterea q̄ persecutio, vt est verisimile, fuerat electioni episcopi impedimēto. Verùm nō ita multo post episcopi Nicææ coacti, Eustathium propter cū vitæ, tū doctrinæ præstatiā admirati, dignū iudicarunt, qui sedē apostolicā capesseret: & ob eam causam, cū esset episcopus Berœæ vrbis finitime, illum inde Antiochiam transtulerunt. Per id temporis Christiani, qui versus orientem ad Libycas vsque, qui sunt confines Aegyptijs, habitabant, conuentus palam agere propterea non ausi sunt, quòd Licinius beneuolū suū erga illos animū mutauerat. At Græci Macedones, & Illyrici, qui versus occidentem, suarum rerum domicilia habebant, Constantini opera, qui illi imperij Romani parti præfuit, liberè & animo securo deum coluerunt.

Quòd propter crucis visionem, & Christi apparitionem, Constantinus ad Christi religionem venerat, inrerim tamen à nostris pietatem edoctus, vbi etiam de penitentiâ discitur. CAP. III.

HVic imperatori Constantino quanquam multas alias res accidisse, quibus inductus, religionem Christianam colere coepit, maximè tamen visionē diuinitus ei obiectam, cū ad eam rem impulsisse accepimus. Nā cū animo institueret bellū cōtra Maxētū gerere, secū, vt verisimile est, dubitare coepit, quis euctus belli futurus esset, & quē sibi adiutorē ascisceret. Qui in tali cogitatione positus,

per vi-

per visionem signū crucis in caelo splendescens conspicatus est. Atq; ei iā visioe obstupefacto, sancti angeli astates dixerunt: IN HOC, o Constantine, vinces. Fertur quoque ipsum Christum ei apparuisse, ostendisseque figuram crucis, ac iussisse vt similem ei fabricandam curaret, eaque tū velut subsidio in bello administrando, tum tāquam instructo ad victoriam consequendam apto vteretur.

Quam rem Eusebius cognomento Pamphilus asseuerat se ab ipso ore imperatoris iureiurando eam confirmatis audiuisse: nimirum circiciter meridiem, sole iam paululum declinante, crucis signum ex lucis splendore figuratū, in quo inerat hæc inscriptio, IN HOC VINCE, in ipso caelo apparens, tum imperatorem ipsum, tum milites, qui cum eo erant, vidisse. Nam ei quopiam cum exercitu iter facienti, inter vias hanc admirabilem visionem oblatam esse: atque dum versaret animo quid sibi vellet noctem illū oppressisse. Cui secundum quietem Christum visum esse cū eo ipso signo, quod in caelo apparuerat: iussisseque vt aliud signum ad eius exemplar construeret, eoque veluti præsidio in præliis contra hostes committendis vteretur.

Et quoniam Imperator non amplius iam vlllo egeret interprete, sed manifestò esset ei declaratum, quo modo de deo sentiret, primo mane, conuocatis Christi sacerdotibus, de religione Christiana eos percunctatur. Qui libris sacræ scripturæ prolatis, ea, quæ ad Christum spectabant, illi exponunt: quæ quidem ante quàm facta fuissent, à prophetis prædicta esse demonstrarunt. Signum autem quod apparuerat, indicium esse dixerunt victoriæ contra inferos: quam quidem victoriam cum ad homines descendisset, crucis tormenta subeundo, oppetendo mortem, & tertia die ad vitam resurgendo, reportasset.

Adieceruntque sperandum cuique esse, post discessum ex hac vita, omnes homines ad finem præsentis sæculi eodem modo resurrecturos, & immortalitatis fore participes: alios quidem vt præmijs pro recte factis, quæ in hac vita gesserint, donentur: alios autem, vt pro sceleribus, quæ admiserint, debitas pœnas luant. Esse tamen his, qui in hac vita deliquerint, oblatam salutis occasionem & expiationem à peccatorum labe.

Nam

Nam qui nondum sunt mysteriis initiati, illos si secundum legem ecclesiæ initientur, salutem consecuturos: qui autem initiati sunt, si non interim delinquant. Sed quia istud à paucis viris, ijsque plane diuinis præstari possit, alteram expiationem quæ fieret per pœnitentiam, institutum docuerunt. Nam deum misericordem esse, veniamque tribuere lapsis per peccatum, si modo eos pœniteat, & pœnitentiam bonis operibus confirmet.

*Quòd crucis vexillum in bello antecedere sanciuit,
& narratio quedam admirabilis de iis qui
crucis vexillum gestabant.*

CAP. IIII.

His rebus à sacerdotibus expositis, imperator prophetias de Christo admiratus, mandatum viris arte peritis dat vt signum, quod à Romanis Labarum vocatur, in effigiem crucis auro, & lapidibus pretiosis collustratam mutarent. Hoc signum bellicum in multo maiore honore, quàm alia, propterea fuit, quod semper imperatorem antecedere, & à militibus adorari cōsuevit: quod quidem cū signum esset imperii Romani oīm præstantissimū, arbitror à Cōstantino ob hanc causam in primis signū crucis mutatū, vti assiduo eius aspectu & cultu subiectos suos pedetentim à patriis ritibus desuefaceret, eumque solum deum existimarent, quem coleret imperator, atque illo duce & adiutore in bello contra hostes gerendo vterentur. Nam istud veluti propugnaculum ante copias suas semper gestandum curauit, & si quæ cohors laboraret, illud ei admouere iussit: atque lectissimos satellites ad illud negocium obeundum constituit, quibus onus impositum erat, vt singuli vicissim signum humeris ferrent, & acies hostium circuirent. Fertur autem eum, qui illud quodam tempore gestaret repentina hostium incurfione perterritum idem ipsum tradidisse alteri, & se à prælio subduxisse. Ac cum iam extra telorum iactum confisteret, ex improviso lethali vulnere sauciatus concidisse: eum autem, qui diuinum crucis signum ab illo acceperat, sine vulnere perstitisse, idque cum multi tela in ipsum conicerent.

SOZOMENI HISTOR.

rent. Nam tela coniecta ab hostibus, mirandum in modum diuina virtute directa, in ipso signo infiguntur: ab eo autem, qui illud ferebat, quiq; in mediis periculis versabatur, auolant. Dicitur potro nullum vnquam militē, qui munere signi huius gestandi fungebatur, in bello (quod sanē credibile est) in grauem aliquam calamitatem incidisse; aut vulnus accepisse, aut captiuum abductum esse.

Confutatio eorum qui Constantinum propter Crispi filij causam, ad Christi fidem venisse contendunt.

CAPVT V.

NON sum equidem nescius memoratū à Gentilibus, Constantinum tum quosdam genere sibi coniunctissimos trucidasse, tum ad necem filio suo Crispo inferendam operam contulisse. Quorum facinorum cum eum postea pœniteret, cum Sopatro philosopho, qui id tēporis in scolam philosophiæ, cui ante præfuerat Plotinus, magister successerat, de eorum expiatione communicasse. eum autem respondisse, nullam esse eiusmodi delictorum expiationem. Qua inficiatione imperatorum valde conturbatum, forrē incidisse in episcopos, qui pœnitentia & lauacro baptismatis se eum omni peccato expiuros pollicentur. Quos cum ex animi sui sententia dixisse intelligeret, eorū responso magnopere delectatum, cepisse illorum religionem habere in admiratione, Christianum fieri, & suos subiectos ad eandem religionem pœllicere. At mihi sanē ista ab illis, qui studio ducuntur Christianæ religioni obtrectandi, videntur esse conficta. Nam Crispus, propter quē memorant Constantinum expiationem quæsiuisse, vigesimo anno imperii paterni mortem obiit: qui dum viueret, multas leges cū patre vnā, vtpote qui secundas imperii partes (Cæsar enim erat) obtinuisset, pro Christianorum libertate sanciuit: cui rei etiamnum testimonio esse poterunt, tum tempora quæ ipsis legibus subscripta sunt, tum legum latorum nomina. Quod autem ad Sopatrum attinet, primū non est verisimile eum in colloquium venisse Constantini, qui soli illi imperii parti, quæ est

versus

ECCLESIAST. LIB. I.

8

versus oceanum, & ad Renum pertinet, præfuit. Nam propter dissidium cum Maxentio aratem in Italia degente imperium Romanum seditionibus exarsit: neque facile erat cuiquam illo tempore ad Gallos, Britannos, & reliquos illius orbis partis incolas (apud quos liquidō constat inter omnes Constantinum primum religione Christiana imbutum esse) ante iter facere, quā Constantinus aduersus Maxentium bellum gessisset, peragraisset Italiam, & Romam vsque venisset. Cuius rei testes denuo sunt, tū tempora, tum leges pro pia religione promulgatæ. Quod si demus etiam, vti facile possumus, imperatorem cum Sopatro coram collocutum, vel per literas, quæ volebat, ab eo didicisse, non tamen probabile est philosophum ignorasse, quomodo Hercules Alcmenæ filius tum post trucidatos liberos, tum post cædem Iphiti, quem vtpote hospitem atque amicum iniuste peremerat, Cereris sit expiatus mysterijs. Verū sint hæc quæ diximus satis, tum ad ostendendum, quod Gentiles eiusmodi delictorum expiationem profiterentur, tum ad eos mendacij conuincendos, qui Sopatrum ei rei contradixisse cōmenti sunt. Nam non equidem affirmarim philosophum, qui apud Gentiles ob exquisitam doctrinam id temporis facile præclarissimus habitus est, illum expiandi modum ignorasse.

Quod Constantini pater Christi nomen propagari permittebat, Constantinus autem magnus, ut vbique floreret author fuit.

CAPVT VI.

ECclesiæ verò, quæ erant in ea imperij parte, quæ Constantino parebat, in summa lætitia vitam egerunt, creueruntque in dies magis magisque, tā beneuoli tamque pacis & concordiæ studiosi beneficijs ornatæ. Quas quidē etiā ante eius regnū diuinum numē à persecutionis & rubarū procellis liberat vacuasque conseruauerat. Nam cum ecclesiæ in alijs orbis partibus persecutionum fluctibus iactarentur, solus Constantius Constantini pater permittebat Christianis potestatem liberè suam religionem excolendi. Quin rem ab eo gestam reuera cognoui cum admirabilem

bilem, tū digna sanè, quæ literis prodatur: quæ ita se habet: Cum in animo haberet accuratè explorare, quinam ex numero Christianorum in palatio suo artem degentium viri boni & perfecti essent, conuocatis omnibus palam edixit, vt si vellent simulachris immolare, & deos similiter cum ipso colere, in suo manerent palatio, eundèq; quo prius, dignitatis gradum tenerent: sui autem recusarent, exirent è palatio gratiasque agerent, quòd nō supplicio etiā affecti fuissent. Vbi verò in duas partes diuisos vidit, & qui religionè prodebant, in vnam, qui autem diuinas res præsentibus bonis anteferebant, in alteram segregatos, decreuit secum his, qui se fideles erga Deum Opt. Max. declarassent, in amicorum atque adeo consiliariorū numero habere: reliquos autem tanquàm ignauos, & veteratores auersatus est, & à sua prorsus consuetudine exclusit: ratus eos nunquam erga imperatorem beneuolos fore, qui tam prompto & parato animo Deum prodiderant. Quamobrem hinc capere coniecturam licet, neque Gallis, neque Britannis, qui longè vltra fines Italię habitant, neque aliis, qui circiter montes Pyrenæos ad oceanum occidentalem vsque incolunt, contra leges visum esse, Christianam religionem, dum abhuc vitam suppedibat Constantio, profiteri.

Cæterum simul vt Constantinus successit in imperium, status ecclesiæ multo magis florere cœpit. Nam Maxentio Herculijs filio interfecto, & illa parte imperij ad Constantinum delata, Christianam religionem liberè coluere omnes, qui vel circa Tyberim fluuium, vel circa Eridanū, quem indigenæ Padum nuncupant, vel circa Aquilam denique habitabant, in quem Argo nauem vi pertractam, in mare Tyrrhenum incolumem delatam esse. Nam Argonautas, quò Aetnem declinarent, non eundem in reditu cursum, tenuisse, sed tràsmisso mari schythico, per flumina, quæ per illas partes perlambuntur, in fines Italarum peruenisse, atque illic hybernantes, urbem, quam Emonem vocant, condidisse, memoriae proditum est. Sequenti autem ætate, opera indigenarum adiutos, Argo nauem circiter quadringentos stadios per terram machina quadam traxisse, deduxisseque in Aquilam fluuium, qui in Eridanū influuit. Eridanus vero tandem in mare Superum delabatur.

De

De iniurijs inter Constantinum & Licinium sororis eius maritum, Christianorum causa susceptis, & quòd Licinius prorsus à Constantino superatus, paulò post Theſsalonica interfectus erat. CAP. VII.

POST prælium circa Cibales commissum, Dardanij, Macedones, & quotquot circiter Istrum accolunt, Helas quoque, & tota Illyria ditioni Constantini subiugata est. Licinius autem ea in pugna in fugam versus, & si antea religionem Christianam tutatus fuisset, tunc tamen mutata sententia, tum complures ex sacerdotum numero, qui in eius ditione vixerunt, tum non paucos ex laicis, & maxime eos, qui rem exercebant militarem, grauius afflictavit. Nam propter inimicitias, quas cum Constantino gessit, graue contra Christianos odium exercere cœpit: ratus sanè se Constantinum magna affecturum molestia, si Christianam religionem acerbè exagitaret: simulque per-suasum habuit ecclesias pro Constantino solo preces fundere, proque viribus contendere, vt ab eo vno gubernaretur. Porro autem, cum prælio rursus esset cum Constantino decertaturus, victimis & vaticinationibus (vt fieri solet) vsus est, quò belli expectati administrationi melius prospiceret. Atque quorundam suasu, qui eum victorem fore pollicerentur, inductus, ad Gentilitatem se transtulit. Quare Gentiles etiā ipsi memorant re vera eum tum fecisse periculum oraculi Appollinis Dindymeï, quod Mileti edisisset. Cui de belli euentu sciscitanti respondisse dæmonium his duobus Homeri versibus.

*Te Iuuenes (grandæue pater) vexare feroces
Certum est: te infirmum manet ærummosa senectus.*

Quare tametsi religio Christiana diuina prouidentia ex multis alijs rebus videtur mihi tum stabilita esse, tum tantâ fecisse progressionem, tamen ex illis, quæ tum gestæ erant, multò maxime creuisse cenſeo. Nam cum Licinius iâ constitueret omnes in sua ditione ecclesias grauius persequi, bellum illud suscipitur in Bithynia, quòd ipse & Constantinus

B tinus

tinus postremò inter se gesserunt. In quo Constantinus diuina opè tantopere adiutus est, vt hostes terra mariq; superaret. Licinius igitur pedestribus copiis & naualibus amissis, se Nicomediam recepit, & postea vitam priuatâ Thessalonicae ad tempus degens, ibi è medio sublatus est: vir sanè initio quidè imperii tum ob res bellicas, tū ob alias quoq; summa laude celebratus, & nuptiis fororis Constantini magnopere cohonestatus, ad extremum tamen hunc vitæ exitum consecutus est.

*Enumeratio præclarorum Constantini facinorum,
tum in libertate Christianorum asserenda, tum
in templorum fabricatione, & rebus aliis resp.
vilibus. CAP. VIII.*

Constantinus autem, cum iam solus vniuerso imperio Romano potitus esset, subditis suis versus orientem habitantibus edicto publico mādauit, vti religionem Christianam colerent, & diuinum numen studiose venerarentur: illudq; solum numen diuinum censerent, quod reuera sit, quodq; omni tempore satis in se virium & potentia habeat. Nam qui in eo diligèter colendo studiū suum ponerent, his omnia bona affluētè suppetere solere, & quæcunque cum spe bona molirentur, ex sententia succedere: at qui in Deo Opt. Max. adorando delinquerent, res omnes publicè & priuatim, in bello & pace infeliciter euenire. Porro autè non quo insolèter gloriaretur, sed quò Deo gratias ageret, se dicere affirmavit, Deū cum ipsum idoneū suæ voluntatis administrū esse iudicaret, à mare Britannico ad regiones vsq; in Oriente sitas deduxisse, quò tū Christiana augetetur religio, tum qui diuini cultus gratia vel fidem constanter in tormentis confessi fuissent, vel martyria toleranter perpessi, illustrioribus honoris insignibus ornarentur. Cū hæc edicto exposuisset, aliaque infinita, quibus putaret subiectos suos ad veram religionem impelli, omnia decreta, actaq; temporibus tyrannorum, qui ecclesiam persecuti fuissent, abrogare cepit, libertatemque lege concedere iis, qui propter Christi nominis confessionem vel ad insulas, vel ad alia loca contra voluntatē incolenda, vel ad

effodienda metalla, vel ad operà publica obeunda, vel ad inferiendum gynæcis, textrinis uè, vel ac ministrandum Curii, cum antea cōsiliarii non fuissent, cōdemnati essent. Itemque ignominia affectos, ignominia liberare: qui autè exercitu eiecti essent, optionem facere, vel pristinū gradū obtinendi, vel cum libertate honorifica, libero otio perfruenti. Postea vero quàm omnes ad priorem suam libertatē, & ad consuetos honores reuocasset, fortunas etiā, quibus exuti fuerant, eis reddidit. Quòd si qui morte condemnati bonis spoliati essent, eorum hereditates ad genere proximos deferre, sin nemo ex cognatis superesset, ecclesiam cuiusq; loci propriam heredem fieri, & seu priuatus quispiā, seu magistratus vllam partem possideret, restituere iussit. Atque illis, qui vel eā bonā coemissent ab arario, vel gratis accepissent, se quoad fieri posset, honesta ratione & modo prouisurum pollicitus est. Ista quidem, vt primum ab imperatore, vti demonstratum est, decreta fuere, legeque confirmata, absque mora sunt ad exitum decorum consentaneumque perducta. Nam Christiani, omnes ferè Romani imperii magistratus gerere cœperunt; interdixeruntq; omnibus, ne de cætero vel simulachris immolare, vel diuinationibus nefandisue mysteriis vti, vel statuas erigere, vel festa Gentilitia celebrare aggredere. Multa præterea vetera ciuitatum instituta fuere mutata. Postremò sicut apud Aegyptios cubitus ille, quò inundatio Nili notari solet, non amplius, vt moris erat, ad sana Gentilium, sed ex illo tempore ad Christianorum ecclesias delatus est: Sic apud Romanos tunc primum spectaculum gladiatorum vetitum est, & apud Phœnices deinceps interdictum his, qui Libanum, & Heliopolim incolebant, ne virgines vt solent antè stuprari permitterent, quàm cum viris, quibus dabantur in matrimonium, concumberent. Nam illis in more positum erat, vt post primum illum nefarium concubitum admissum, cum maritis, quibus legitimo iungebantur connubio, vnà in vnis ædibus vitam degerent.

Quod autem ad sacra templa attinet, quæ satis habent laxitatis, reficiebantur: alia altius erigebantur, latioraque non sine splendoris accessione fiebant. Noua etiam;

vbi nulla ante fuissent, ab ipsis fundamentis extruebantur. Pecuniam autem ad hanc rem ex arario regio suppeditauit imperator: scripsitque tum ad episcopos, tum ad praesides cuiusque provinciae: ad illos quidem, ut quae vellent, imperarent: ad hos autem, ut morem gererent episcopis, corumque imperata studiose facerent. Itaque vna cum prospero imperij statu, magnopere creuit religio. Porro imperator post bellum cum Licinio gestum, tam secundo fortunae flatu in praelys contra alienas exterisque gentes faciendis usus est, ut tum Sauromatas, tum Gothos subiugaret: & ad extremum quod eis aliquid deferre beneficii videretur, foedera cum illis percussit. Ista quidem gens id temporis trans Istrum fluuium habitauit: quae cum esset tum propter multitudinem, tum propter corporum magnitudinem bellicosissima, & in re militari assidue exercitata, alios quidem Barbaros deuicit, Romanos autem habuit solos, qui ipsam bello aequarent, strenueque resisterent. Dicitur praeterea Constantino in hoc bello vel maxime per signa ac somnia declaratum, quam sedulo deus sua prouidentia ipsi prospexisset. Quare cum in omnibus bellis suo tempore gestis victoriam esset consecutus, velut gratiam Christo redditurus, veram religionem cum summo studio excolere, subiectosque ad eam solam sancte obseruandam, & salutarem ducendam hortari coepit. Quin etiam ex terra, quae in singulis ciuitatibus vestigialis erat, certum vestigial, quod arario pensitari solet, accepit, & ecclesiis ac clero distribuit: quam quidem largitionem in omne tempus ratam esse lege sanciuit. Porro quod milites iuxta secum ad deum colendum assuefaceret, arma eorum effigie crucis signanda curauit. In palatio item extruxit ecclesiam, & tabernaculum ecclesiae figuram exprimens, cum contra hostes praelio contenderet, secum circumferre consuevit: ad eum finem, ut neque sibi in solitudine vitam agentem, neque exercitui deesset aedes sacra: in qua quidem deberent, Deum laudibus efferre, precibus sollicitare, & sacra mysteria percipere. Nam sacerdotes & diaconi, qui secundum Ecclesiae institutum ista munera obirent, tabernaculum assidue secuti sunt. Ex eo tempore militares Romanorum ordines, qui iam vocantur Numeri, singuli sibi tabernaculum separatim construxerunt, habueruntque, secum sacerdotes & diaconos ad rem

ad rem diuinam faciendam designatos. Legem etiam tulit, ut tum die dominico (quem Hebraei appellant primum diem hebdomadae, Graeci autem solis nomine nuncupant) tum die Veneris omnes a iudicijs dandis, & alijs obeundis negocijs vacarent. precibusque & obtestationibus deum colerent. Diem autem Dominicum veneratus est, utpote in quo Christus resurrexerat a mortuis: diem vero Veneris, utpote in quo cruci suffixus fuerit. Nam sanctae cruci plurimum tribuit honoris, tum propter subsidia in bello contra hostes gerendo ex eius virtute sibi allata, tum propter diuinam sibi de ea oblatam visionem. Postremo supplicium crucis a Romanis olim maleficis decretum, lege sustulit: quin etiam suam imaginem, seu in numis expressam, seu depictam in tabulis, iussit semper hoc quoque diuino signo inscribi consignarique. Cuius rei etiam adhuc testimonio sunt imagines eius hac figura descriptae. Et quanquam in omnibus rebus, quas moliebatur, diuinum cultum impense curabat, in legibus tamen condendis vel maxime. Qua causa inductus, intemperantes & libidinosos concubitus antea minime vetitos coercuit: quemadmodum ex legibus de illis latis, si cui sit curae istud cognoscere, facile potest intelligi. Mihi enim in praesentia ad illud accurate persequendum non satis opportunum tempus videtur superpetere. At leges cum ad honorem religionis Christianae, tum ad eius confirmationem ab eo praeter eas, quas iam commemorauimus, promulgatas persensere necesse habeo: quippe cum videantur cum historia ecclesiastica in primis cohaerere. Hinc igitur exordium capiam.

Quod legem tulit Constantinus qua professis virginitatem, Ius condendi testamentum concessit, clericis vero contributionum immunitatem.

CAPVT IX.

Vetus erat apud Romanos lex, quae vetuit calibes, si annum aetatis vigesimum quintum praeterissent, paribus cum his, qui nuptias contraxissent, priuilegijs frui: iussitque praeter alia multa, etiam ut nihil commodi, etiam si

genere proximi essent, ex testamento suorū caperent. Quin etiam eos, qui nullos habebant liberos, dimidiata parte bonorum, quæ erant reliqua, multauit. Hæc lex à veteribus Romanis sancita fuit, eo cōsilio, vt nō urbem Romam solum, verū etiam cæteram suam ditionem hominum multitudine complerent: quandoquidem haud longo tempore ante legem latam quàm plurimos bellis intestinis ac ciuilibus amiserant. Quare imperator, cum videret eos, qui & virginitatem excolere, & sine liberis esse propter Dei amorem in animum induxissent, hac de causa in deteriore esse conditione, stultum planè censuit, vt homines suum genus sua ipsorum sollicitudine ac studio augere conarentur, præsertim cum natura semper secundum diuinam moderationem humano generi tum interitum afferat, tum incrementum. Itaque legem plebi promulgauit, quæ iubebat vt tum cælibes, tum liberis carentes, pari iure cum cæteris omnibus fruerentur: imò verò etiam decreuit, vt qui castimoniam & virginitati se consecrassent, priuilegio quodam præ cæteris donarentur: deditque tum masculis tum sceminis potestatem, etiam si adhuc impuberes essent, testamenta contra consuetudinem communiter in republ. Romana obseruatam, faciendi. Nam illam rectissimam omnium reuera voluntatem censuit, diuinum numen semper colere, & piū vitæ genus exercere. Siquidem ob hanc causam veteres quoque Romani lege sanciuerūt, vt virgines vestales etiā ad sextum ætatis annum testamentum componerent. Illud porro est planè maximū reuerentia imperatoris erga religionem argumentum, quod Clericos ubique per legē obeam rem cōditam immunitate donari voluit: quodque illis, qui erant in iudicium vocati, dedit potestatem, si modo animum inducerent magistratus ciuiles reijcere, ad episcoporum iudicium prouocandi: atque eorū sententiā ratam esse, & aliorum iudicum sententijs plus habere auctoritatis, tanquā ab ipso imperatore prolatā statuit. Quin etiam iussit, vt magistratus res iudicatas re ipsa exequerentur, militescque eorum voluntati inservirent: præterea, vt conciliorum decisiones firmæ & immutabiles existerent.

Atque mihi in hunc sermonem ingresso operæ præmium videtur, eas quoque leges hoc loco recensere, quæ ad utili-

utilitatem eorum, qui sunt in ecclesijs libertate donati, constitutæ sunt. Nam cum partim præ exquisita quadam legum obseruatione, partim præ possessoribus, qui inuiti eos dimiserunt, permagna esset difficultas in maiore libertate acquirenda, quam Romani, ciuitate donari appellant, tres tulit leges, quibus decreuit, vt omnes qui in ecclesijs essent testimonio Sacerdotū libertate donati, in temp. Romanam ascriberentur. Huius pij instituti satis clara etiam hac nostra ætate extant indicia: quippe consuetudo adhuc tenetur, vt leges de eo sancitæ, in principio tabularum de manumissionibus scribantur. Atque hæc sunt leges à Constantino promulgatæ: qui quidem omnē curam & cogitationem ad Christianam religionem ornandam contulit.

De eximjs qui adhuc in vita manebant confessoribus.

CAP. X.

ERat porro hæc religio tum sua ipsius vi, tum propter virtutem eorum, qui id temporis eam excolebant, satis gloriosa. Nam cum alij multi boni Christiani tūc quidem vixere, tum quàm plurimi confessores, persecutionis tempestatibus iam nuper sedatis, fuere superstites, ecclesiisque permultum ornamenti attulere: Vt Osius episcopus Cordubæ: vt Amphio Epiphaniæ, urbis Ciliciæ episcopus: vt Maximus, qui post Macarium, Hierosolomitana rexit ecclesiam: vt Paphnutius Aegyptius: per quem fertur Deum quàm plurima edidisse miracula, profligasse demones, eique variorum morborum sanandorum facultatem dedisse. Iste Paphnutius, & Maximus ille, de quo diximus, erant ex illorum confessorum numero, quos tyrannus Maximinus ad metalla, cum oculos eorum dextros effodisset, sinistrorumque pedum flexus eneruasset, condemnauit.

De sancto Spiridione & eius modestia & tranquillitate.

CAP. XI.

B 4

Eisdem

nota

Eisdem temporibus vixisse accepimus Spyridionem quoque Trimythuntis oppidi Cypri, episcopum. Ad cuius virtutem prædicandam ipsam famam etiamnum de eo percrebescentem arbitror satis habere virium. Miraculorum verò diuina ope ab eo editorum licet quàm plurima, vt simile veri est, norint indigenæ, ipse tamen solum ea, quæ ad nos sermone hominũ perlata sunt, percensebo. Erat iste vir sanè agrestis: qui tamen si vxorem habebat & liberos, non tamen propterea res diuinas negligentius obiit. Ferunt quidem viros quosdam maleficos ad ouile eius de nocte venisse: atque oues furari aggressos, de repente vinculis constrictos teneri, cum nemo omnino eos colligauerat. Vt autem dies illuxit, venisse eò Spyridionem, illos vinculos offendisse, soluisse vinculis, quæ certè oculis cerni non poterant. Increpasse, quòd cum rogando potuissent recupitam assequi, clam tamen furripere maluissent, & noctu sibi ipsis tantum molestiarum facessere. Attamen eorum miserum, & vt se ad melius vitæ genus transferrent, hortatum dixisse: Abite, huncque arietem accipite. Nam cum totam noctem vigilando, vos afflictaueritis, non est sanè consentaneum, vt de vestris susceptis laboribus conquærentes, à meo ouili discedatis. Atque vt istud meritò planè mirandum est, sic illud quoque non minus. Huius filia virgini, cui nomen erat Irene, vnus ex familiaribus Spyridionis depositum seruandum dedit. Illa cum acceperat, domi defodit in terram, quò accuratius custodiretur. Cumque forte fortuna filia sine vlla mentione depositi facta cuique, mortem oppetiuisset, venit homo ille depositum repetiturus. Spiridion autem, quamuis quid diceret, prorsus ignoraret, ædes tamen perscrutatur. Ac cum inuenire depositum non posset, homo lugere grauius, capillum lacerare, & velut iam iam moriturus præ se ferre cœpit. Spyridion verò ad misericordiam inductus, venit ad sepulchrum filia, eamque nomine compellat. A qua sibi respondente percunctatur de deposito. De quo certior factus, reuertitur domum, & inuentum in loco, quem filia ei significauerat, homini reddit. Verum cum in hunc sermonem sim delapsus, non erit alienum illud quoque adiungere. Conseruauerat iste Spyridion fructus,

qui

qui ei suppetebant, partim pauperibus distribuere, partim aliis, qui cupiebant, gratis mutuo dare, ita tamen vt ipse sua manu neque traderet, neque reciperet, sed monstrata illis accedentibus cella penaria, faceret potestatem tantum secum auferendi, quantum ipsis opus esset. Quidam igitur hoc modo fruges à Spyridione mutuatus, venit, vt eas redderet. Qui nactus potestatem, vt moris erat, fruges mutuo acceptas in cellam penariam reducendi, ad fraudè faciendam se conuertit: atque ratus clam fore, debitas fruges non reddidit, sed fraudauit Spyridionem earum redditione, & perinde quasi reddidisset, abiit. Verum istud eius facinus non ita diu latuit. Nam aliquantò post, cum opus haberet fruges rursus mutuari, & Spyridion eum ad cellam penariam misisset, facta potestate, vt sibi, quantum vellet, metiretur, cella vacua reperta, Spyridioni rem indicauit. Cui Spyridion, permirum sanè est, inquit, mi homo, qui possit fieri, vt tibi soli cella res non suppediret necessarias. Quare tecum cogita, nunquid alias mutuatus sis, quæ nondum reddideris. Nam si istud non obstetisset, certum est te voti fuisse compotem. Cæterum ito rursus eò, confidens te fruges inuenturum. Qui ad hunc modum manifestò deprehensus, culpam indicauit. Porò operæpretiũ fuerit huius diuini viri grauitatem & accuratum in ecclesiastica administratione studium, cum admirati one consyderare. Dicitur enim episcopos Cypri, neque id adeo multo post, quadam causa necessaria adductos, in vnum conuenisse, adfuisseque vnà cum illis in concilio Spyridionem, & Thriphyllium Ledrensem episcopum, virũ sanè disertum, qui diu admodum, quò legum cognitionem exquisitè perdisceret, Beryti commoratus fuerat. Ille Thriphyllius, conuentu celebrato, rogatus, vt apud populum concionaretur, cum necessum haberet, illum dictũ seruatoris in medium adducere, Tolle grabatum & ambula, mutato vocabulo, pro grabato scimpodem, id est, lectum humilem dixit. Quod quidem Spyridion iniquo animo ferens, tu ne inquit, melior es illo, qui dixit, grabatum, quod eius verbis vti pudeat? Quod cum dixisset, exiit è sede sacerdotali, populo inspectante, atque hoc modo Thriphyllum eloquentia se arroganter efferentem

B 5 ad

ad modestiam erudiuit. Nam satis in se habuit auctoritatis ad pudorem alteri incutiendum, quippe cum & veneratione dignus esset, & rerum admirabiliter gestarum gloria maxime nobilitatus: quinetiam cum eum & ætate antiret, & dignitate sacerdotii. Præterea quàm humanitas & benigne hospites excipere soleat, hinc cognoscere poterimus. Cum iam instaret Quadragesima, ex itinere quidam forte ad eum venit illis ipsis diebus in quibus unam cum suis ieiunia peragere consueverat, & ad statutum diem cibum degustare, cum diebus interpositis sine cibo omnino remansisset. Cumque Spyridion videret hospitem valde de via festum, age, inquit, o filia, primum viri huius pedes laua, deinde cibum ei appone. Vbi verò respondit virgo, neque pater in edibus esse, neque potentiam (superuacanea nanque fuisse istarum rerum apparatus propter ieiunium) Spyridion cum precibus deum inuocasset, veniamque petuisset, dedit mandatum filie, vt carnes suillas, quas forte in ædibus habebat sale conditas, coquere. Quibus coctis, hospitem facit secum accubere, deque carnibus apposis comedere cepit: hortatur hospitem, vt ipsum imitetur. Qui cum illud facere recusaret, diceretque se Christianum esse, hæc ob causam, inquit, Spyridion, minus recusare deberes. Nam omnia munda mundis sacræ literæ pronunciant. Atque de Spyridione hæc quidem hæc tenent.

*De monachorum viuendi ratione, vnde coeperint,
atque quos duces habuerint.*

CAP. XII

PER id temporis qui monasticum vitæ genus excolebāt, cum ecclesiam maxime omnium illustrare, tum religionem Christianam suis piis viuendi institutis magnopere dilatare visi sunt. Nam talis & tam sapiens vitæ ratio ad homines à deo tanquam res planè vtilissima delata multiplicem scientiarum cognitionem & argutam disserendi subtilitatem, veluti rem superuacancam, & otium, quod in præstantioribus studiis ponendum est, sibi surripientem, & ad vitam recte instituedam nihil afferentem adiumentum, penitus contemnit: solaque hæc naturali quodam & minimè curioso prudentia gene-

genere docet ea, quæ vitiositatem vel omnino tollunt, vel vehementer diminuunt. In nullo bonorum numero ducit ea, quæ inter vitiositatem & virtutem media interiecta sunt sed his solum quæ sunt verè bona, lætatur, atque eum qui à malo quidem abstinet sed bonum non facit, improbum putat. Nam non virtutem ostentat, sed eam exercet sedulo, proque nihilo ducit illam gloriam, quæ ab hominibus colligi solet. Animi quoque perturbationibus viriliter resistit, & neque naturam cedit necessitatibus, neque corporis imbecillitati succumbit, sed diuinæ mentis nata virtutem, ad omnium rerum opificem deum semper aciem intendit: cum noctes diesque sancte colere, & precibus atque orationibus placare non cessat. Atque animi puritate, & piis vitæ actionibus deum religiose colere exorsa, expiationes aspersionesque & id genus alia aspernatur. Nam peccata solum habet pro inquinamentis. Quinetiam casus extrinsecus inuectos euincit, & omnibus (vere dixerim) dominatur: atque neque perturbatione vlla, qua vita solet implicari, neque necessitate à proposito depellitur, neque onerata contumeliis, discruciat, neque incommodis affecta, se vlciscitur, neque morbo aut inopia rerum necessariarum pressa, animo cadit: imò verò de his omnibus gloriatur, & per totam vitam, nihil aliud meditatur, quàm vt res aduersas toleranter ferat, mansuetudinè colat, paucis contenta sit, & quantum in humana natura situm est, quàm proxime ad deum accedat. Præsentis autem vitæ bonis, tanquam in transitu vtens, neque sollicito rerum acquirendarum studio angitur, neque vltra quàm necessitas postulat, commoda præsentia prouidet, sed vitam simplicem, tenuem, & à cura harum rerum parandarum liberam & expeditam laudat, animoque sollicito expectat beatitudinem, & ad sedem illam felicem proficisci omni tempore parata est. Ac dum pietatem erga deum cupide semper confectatur, turpium verborum obscenitatem fugit, & ne vocem quidem ferre potest eorum, quorum facta à suo vitæ instituto aliena censent. Itaque res, quas natura postulat necessario, in angustum contrahens, corpusque paucis contentum esse cogens, temperantia vincit libidinem, iustitia iniustitiam coercet, & mediocritate veritate: denique ordinis cõseruatione, modum in oibus rebus assequitur. In cõcordia autem & cõsone erga

proximos tuenda adeò piè se gerit, vt vtilitatibus tum amicorum, tum peregrinorum sedulo provideat, suas fortunas faciat egentium communes, quæ sunt singulis accommodata suppeditet, & neque lætantibus exhibeat molestiã, & dolore oppressos cõsoletur. Ad summã, omni studio & industria incùbit ad id prosequendum, quod est reuera bonũ, verbis modestis & sapiētibus sententijs eos, qui sunt nimis exquisitæ elegantiz, & inanis orationis expertes instruit, & tanquam medicamentis quibusdam auditorum animos sanat, & honore ac reuerentia adhibita, verba facit, estq; à cõtentione, conuitio & ira, prorsus vacua liberaq;. Nam cum sit rationis particeps, omnem motum rationi contrarium auersatur, & perturbationes tam corporis, quàm animi omnino euincit. Hanc præclaram viuendi rationem primus, vt quidam memorant, instituit propheta Helias, & Ioannes Baptista. Philo porrò Pithagoræus tradit Hebræorum facile præstantissimos vndiq; in locũ ad lacũ Mariã in colle firũ coactos, se pio & seueri vitæ generi dicasse. Quorũ domicilia, victus rationem, & institutionem vitæ talem perhibet, qualem nos etiam hoc tempore à monachis in Aegypto obseruatam videmus. Scribit enim eos, cum in hoc sanctum & seuerum vitæ genus primum ingrediuntur, sua bona cognatis concedere, & quò commercia cum hominibus, aut consuetudinem habere deuitent, extra muros vrbium in agris solitarijs & hortis ætatem degere: sacras ædes illis esse, quæ vocantur monasteria: in quibus ab alijs separati, sanctæ & seueræ vitæ mysteria obeunt: Deum præterea psalmis & hymnis assidue colere, & ante solis occasum nullum gustare cibum. Nonnullos eorum toto triduo aut amplius nihil comedere: statis diebus humi cubare, à vino prorsus, & carnibus animalium, quæ sanguinem habent, abstinere. Obsonia illis esse, panem, falem, & hylosum: potum autem aquam. Mulieres porrò cum illis viuere, quæ virgines manent ad extremam vsq; senectutem, easque propter amorẽ pietatis & Sapientiz suã sponte vitam cœlibem excolere. Quæ dum ad hunc modũ narrat Philo, videtur eos significare Hebræos, qui sua ætate religionem quidem Christianam professi fuerat, adhuc tamen morem Iudæorum aliquantulum in vita sequebantur,

& eo-

& eorum instituta seruabant. Nam apud alios hoc genus vitæ nõ reperitur. Vnde cõiicio apud Aegyptios ex eo tempore hoc ipsum floruisse.

De magno Antonio, & sancto Paulo, illo videlicet simplici. CAP. XIII.

Memorant porrò alii persecutionum procellas, quibus religio Christiana varijs iactabatur temporibus, homines ad hoc vitæ genus suscipiendum impulisse. Nam cum fuga facta in montibus, solitudinibus, & syluis ætatem agerent, huic viuendi rationi paulatim assuefactos esse. Verum siue Aegyptij, siue alij huius piæ vitæ auctores fuerunt, illud certe cõstat inter omnes quòd Antonius magnus ille monachus perfectis pietatis institutis, & exercitationibus ad eam rem accommodatis, hoc vitæ genus ad summum perduxit. Quem id temporis in solitudine Aegypti magna cum nominis & famæ celebritate vitam degentem Constantinus Imperator propter eius virtutis splendorem sibi amicũ fecit, literas honorifice scriptas ad eũ misit, magnopereq; hortatus est, vti pro rebus, quarũ indigeret, ad ipsum scriberet. Erat hic quidem ortus ex genere patritiorum, qui Comã (est is quidẽ pagus prope Heracleã apud Arcades Aegyptiis finitimos) incolebat. Qui cũ adolescētulus esset, orbus relictus, agros paternos pagi illius incolis donauit: reliquisq; facultibus diuenditis, pretium pauperibus distribuit. Nam hominis veræ sapiētiz & pietatis studio dediti officium esse dixit, sic providere, vt non modò se ipse bonis exueret, verum etiam eadem in vsus oportunos infunderet. Quin etiam cum his, qui id temporis pietatem sedulo colebant, vitam deges, omnium virtutes studiose imitatus est. Vitam autem honestã licet initio acerbam, consuetudine tamen iucundam fore putauit. Modos disciplinæ feuerioris excogitãs, magnas indies fecit in continētia progressiones: & velut de integro seraper incipiens, alacritatem animi renouauit. Atque vt voluptates corporis quibusdam coercuit afflictationibus, sic voluntate diuinæ sapientiz præceptis informata, anime perturbationibus restitit. Erat ei cibus, panis solum & sal:

potus

potus autem, aqua: tempus prandij, solis occasus. Sapentissimo ad biduum & amplius cibo abstinuit. Vigilabat semper fere integras noctes: & usque dum lucefceret, precari non destitit. Quod si quando somnum capiebat, illum super parvam stercem cepit. Non raro autem humi iacens, ipsa terra pro cubili usus est. Oleo ungi, balneis & similibus rebus uti recusavit. Quippe corporis firmitudinem, eiusmodi rebus humidis in molliem mutari solere censuit. Ferunt præterea illum nunquam se ipsum nudum aspexisse. Literas neque nouit, neque magni aestimauit. Sed puram mentem ut pote literis antiquiorem, & earum inuentricem laudauit plurimum. Erat omnium mansuetissimus, humanissimusque: prudentia quoque & animi magnitudine excelluit: iucundus his qui in eius uenere colloquium: illis, quibuscum diserebat, etiam si cum contentione disputarent, non molestus. Nam sua consuetudine ac more, aliqua etiam scientia adhibita, ausam concertationem sedauit, traduxit ad modum, contentionem cum eo colloquentium temperauit, mores denique composuit. Et quanquam tantarum virtutum subsidio, diuinam consecutus fuerat præscientiã, tamẽ res futuras prænoscere non in numero virtutum duxit: & propterea dedit consiliũ, ne inca re temere quisque operam & laborẽ collocaret. Nam neque res futuras ignoratẽ, quia eas ignoraret, quẽ daturũ pœnas, neque qui eas præsciret, ideo beatũ aut afficiendũ admiratione cẽsuit. Siquidem verã beatitudinem in Deo sanctẽ colendo, & eius seruandis legibus positam esse. Quod si huius rei (dicere solitus est) curã cuiquam sit, animum omni labe purget. Nam illud solum posse cum perspicacem efficere, & rerum futurarum scientem, Deo videlicet, quod futurum sit, præsignificante, Et neque ipse otiosi aliquando animum induxit, & qui præclare vitam esset acturus, tum ad laborandum hortatus est, tum ad secum cõsiderandum rationemque sedulo incundã, quid noctu, quidque interdum etiam egerit. Quod si quicquam contra quã debuerat cõmiserit, uti illud scriberet, in tabulis quo de reliquo, tũ à peccatis se repareret, tũ ipsum puderet sui, si multa delicta in tabulis scripta offenderet: simulque vereretur, ne tabulis eius forte reperitis, improbus ab aliis plane deprehenderetur.

LIII.

tur. Porro autem in defensionibus eorum, qui erant iniuria affecti, nemo plus operæ studiue posuit: adeo ut eorum causa sæpe ad vrbes se contulerit. Nam multi grauius apud eum conuesti, coegerunt illum legationem pro se ad magistratus & primarios viros obire. Per magni enim quisque aestimauit videre illũ, loquentem audire, eiusque imperata facere. Qui tamen talis erat, studebat tamen ignotus esse, & in solitudine delitescere. Quod si quando ad opem egentibus ferendam in urbem venire compulsus esset, negotio, propter quod venerat, confecto, quã primum ad solitudinem se recepit. Dicere namque solebat aquam piscibus alimento esse: solitudinem autem monachis asserere ornamentum: atque illos cum continentem attingant, vitam amittere, hos autem similiter, cum vrbes adeant monasticam grauitatem perdere solere. Postremo illis, qui oculos in eum conuertebant, se perfacilem & benignum præbuit: deditque operam, ut natura insolenti neque esset, neque videretur. Atque ad hæc pauca de Antonii vitæ institutis dicenda adductus sum, utiis velut exemplis vtentes, accuratius de reliqua seuera ac sapienti vitæ illius disciplina cõsiderare possimus. Quam plurimos autem habuit discipulos, viros certè spectatissimos: quorum alii in Aegypto & Lybia, alii in Palestina, Syria, & Arabia magna gloria fuerunt. Singulique eorum non minus, quã illorum magister, apud quos aratem agebant vitam sancte seueręque instituere, multos erudire, & virtutem cum studio sapientiæ coniungere sedulo conati sunt: adeo ut, si qui vrbes & regiones diligenter peragrarẽ voluissent, perdifficile fuisset vel Antonii sodales, vel eorum successores reperire. Nam quomodo facile reperiri possent hi, qui in vita multo magis studuere latitare, quã multũ hoc tempore ambitione inflati se ipsos ostentare, & in oculis omnium statuere. Erant quidem eorum, quos Antonij discipulos fuisse accepimus, viri sanè spectatissimi cum alij multi (quorum vitæ singillatim suis locis à me descriptæ sunt) tum Paulus cognomento simplex: quem ferunt hominem fuisse rusticum, vxoremque habuisse forma perliberali & honesta. Quam cum in adulterio depre-

deprehendisset, placidè risisse, iureque iurando se tum obstrinxisse, se nò amplius vitam cum ea acturum. Ac cum ei, qui stuprum vxori intulerat, dixisset, Habeto illam tibi, rectà in solitudinem ad Antonium se contulisse. Dicitur præterea mansuetissimus fuisse, & omnium molestiarum patientissimus. De quo iam atate reuera prouecto, & ad vitam monasticæ asperitatem tolerandam minus asuefacto (nuper enim in eam erat ingressus) varijs modis periculum fecit Antonius, cumque in re nulla ignauum comperit. Cui perfectæ vitæ testimonio tributo, vrpote nullo iam præceptore egenti, vitam separatim degendi fecit potestatem. Quod quidem Antonij testimonium Deus ipse confirmauit, Paulumque virum effecit planè illustrissimum, atque in affligendis expellendisque demonibus magistro suo multò superiorem.

De sancto Ammone, & qui in obympo etatem agebat Eutichiano, & Arij hæresi, vnde in eum habuerit quosque arripuerit, & de orta inter episcopos dissentione. CAP. XIII.

PER idem ferè tempus Ammon Aegyptius monasticū vitæ genus excoluit. Quem fama est, suorum impulsionem vxorem quidem duxisse, cum ea tamen, vti viris licitum est, nunquam rem habuisse. Nam initio vbi nuptiæ factæ sunt, & vt sponsus sponsam acceptam, in thalamum solus introduxerat, à nobis, inquit, o mulier, nuptiæ iam sunt celebratæ & huc vsque perductæ. Deinde quàm eximium bonum sit posse virginem manere, sacrarum literarum testimonijs in medium adductis, exponit, ad eum finem, vt solus posset habitare. At cum mulier orationem de virginitate seruanda laudaret, agrè tamen ferret ab ipso seiungi. Ammon in separato lecto dormiens, cum ea quidem vixit vnà ad decem & octo annos, non ita tamen vt disciplinā monasticam negligeret. Interea téporis, mulier eius virtutè adeo cepit & amulari, & admirari, vti putaret, nò modo iniquū esse tā egregium virum sua causa intra parietes domesticos occultari

occultari, verum etiam oportere vtrunque eorum in separatis domicilijs studio pietatis & sapientiæ se penitus dicare. Atque vt istud fieret à viro contendit. Ille autem cum gratias egisset Deo, quòd hoc consilium mulieris animo iniecerat, tu ergo, inquit, has aedes teneto: ego alteras mihi extruam. Itaque versus meridiem ad locum desertum lacum Ma. eam tangentem, & circa Sceten, & montem, qui Netria dicitur, situm profectus, viginti duos annos ibi monasticū vitæ genus exercuit, bisque duntaxat in annos singulos vxorem vidit. Huius diuini monasteriorum in illis locis positorum præsidis multi ac memorabiles fuere discipuli, vti eorum successiones à nobis expositæ declarabunt. Multæ ac diuinæ res eius causa à Deo editæ sunt, quæ à monachis Aegypti accuratè tenentur: quippe qui virtutes veterum monachorum per traditionem non scriptam, eamque successione à maioribus suis descendente commemorando renovare permagni aestumarint. A me verò illa duntaxat dicentur, quæ ad nostram notitiam peruenerunt. Is quidem & Theodorus suus discipulus quopiam fortè proficiscentes, fossam quandam, quam Lycum appellant, transire coacti sunt necessario. Ac ne nudum alter alterum aspiceret, Ammon dat mandatum Theodoro, vt se inde paululū subduceret. Verum vbi se quoque nudum conspiciari erubuerit, subito diuina virtute ac potentia in sublime sublatus, in aduersam fossæ ripam transportatus est. Theodorus verò cum aquam traiecisset, & Ammonis vestem ac pedes minime aqua madefactos cerneret, impense orauit senem, vt causam ei indicaret. Ac cum Ammon causam illi dicere recusaret, Theodorus constanter affirmauit, se non alia cõditione à rogando desiturum, nisi de ea certior fieret: pollicitusque est, se dum viueret nulli vnquam dicturum. Quibus verbis inductus Ammon, quod acciderat, vere confessus est. Illud præterea, quod iam narrabo, non minus certè habet admirationis, quàm quod modo dictum est. Iniusti quidam parentes filium à cane rabido morsum, qui quàm primū vulnere periturus expectabatur, adducunt ad Ammonem, & cum quærela ac lachrymis orant eum, vt filio curationem adhibeat. Quibus ille, non eget, inquit, mea curatione. Nam si vos bouem, quem furatus

SOZOMENI HISTOR.

estis, dominis volueritis reddere, extemplò filius vester conualefcet. Quod quidem vt dixerat, euenit. Nam simul vt bos erat redditus, vulnus adolescentis sanatum est. Fertur porrò, cum Ammon iste mortem obiret, Antonium vidisse animam eius, diuinis potestatibus cum psalmis & hymnis præeuntibus, in cælum sublatam esse. Ac quibusdam è familiaribus causam, cur tanta eum incessisset admiratio, sciscitantibus (videbatur namque intentis oculis aerem intueri, & insignis miraculi visione obstupefactus esse) rem, vt gesta erat, explanauit. Postea verò quàm ex Scete quidam aduentates, nuntiarunt ipsam horam, qua mortuus est Ammon, prædictio Antonij vera esse planè ostenditur: adeo vt omnes vtrumque beatum prædicarent: alterum, quòd ex hac vita ad ea, quæ constat inter omnes verè bona esse migrarat: alterum autem, quòd tam præclaro dignatus erat spectaculo, eoque ex tanto loci interuallo sibi à Deo ostentato. Nam inter loca, in quibus vterque ætatem degebat, intercedit multorum dierum via. Atque hæc quidem sint de Antonio & Ammone, vti narratum est ab his, qui cum illis vixerint, à nobis commemorata. Porrò auditione equidem accepi, Eutychnianum quoque, regnante Constantino, sanctum & seuerum vitæ genus, non sine magna laude coluisse: qui quidem circa Olympum in Bythinia domicilium suum habuit: qui que tamen sectam Nouatianorum tuebatur, tamen diuinæ gratiæ factus est particeps. Quippe & sanauit morbos, & facta adeo mirabilia edidit, vt virtute, quæ in vita eius elucebat, Constantinum familiarè sibi & amicū effecerit. Nam cū quidam ex satellitū numero id tēporis teneretur in vinculis (suspectus enim de tyrannide aufugerat ille quidem, sed conquistus, circa Olympum comprehensus erat) & Eutychniani necessarij rogarent eum, vt pro vinculo ad imperatorem legatus quidem ire vellet, sed primum omnium prouideret, vt homo solueretur è vinculis, ne grauius & acerbè constitutus, morte præoccuparetur, fama est eum à custodibus ad se accersitis contendisse, vt vinculis satellitem laxarent. Quod cum illi negassent, Eutychnianum ad carcerem venisse, fores oclusas sua sponte ei patuisse, vinculo deniq; excidisse vincula. Postea autè imperatorem

ECCLESIAST. LIB. I. 18

ratorè, qui tum erat Constantinopoli, adiuuisse, facileq; ab eo, satelliti impetrauiffe veniam. Nam solebat Constantinus res ab Eutychniano postulas non illibenter concedere: quandoquidem hominem in magno sane honore habuit. At de monachis qui eo tempore egregiè præter cæteros pietatis & sapientiæ studium excolebant, sint hæc à nobis breuiter disputata. Quòd si cuiq; sit curæ, res ab istis gestas accuratè cognoscere, vitas còplurium eorū literis mādadas, si modo perquisuerit, reperiet. Iam verò quanquam religio Christiana in cæteris omnibus rebus florebat, tamen disputationes quædam litigiøsæ, quæ simulationè scilicet pietatis, & veræ dei cognitionis eliciendæ res ante minimè exagitatas, in controuersiam rursus deducebant, ecclesias vehementer perturbarunt. Harum disputationum author fuit Arrius, ecclesiæ Alexandrinæ, quæ est in Aegypto, presbyter: qui licet initio doctrinæ Christianæ videretur perstudiosus esse; Meletio tamen res nouas molienti adiumento fuit. Cuius partes cum deseruisset, à Petro episcopo Alexandrino diaconus ordinatus est: & rursus ab eodem ecclesia eiectus: quandoquidem cum Petrus fautores abdicasset Meletij, & eius baptisma improbasset, hic Arrius in res à Petro gestas grauius inuectus est, & quiescere nullo modo potuit. Vbi verò Petrus martyrio occubuerat, Arius, venia ab Achillâ perita, non solum permiffus est diaconatu fungi, verum etiam ad presbyterij gradum elatus est. Postea vero Alexander eum permagni æstimare cœpit. Iste subtilitate disserendi cum primis excellens (dicebatur enim eiusmodi artibus imbutus esse) ad opiniones tam absurdas delapsus est, vti quod nunquam ante à quoquam dictum fuerat, non vereretur in ecclesia palam efferre: nimirum, Filium Dei ex nihilo ortum esse, tempus fuisse, quando non erat, suo libero arbitrio vitij & virtutis capacem esse, conditum esse, factum esse: & alia multa, quæ eum, qui quòd his sententijs patrocinetur, ad disputandum, & ad quærendum de singulis accedat, dicere verisimile est. Nonnulli autè occasio ne ex his verbis arrepta, accusabant Alexandrum, quòd has nouas aduersus Christianam religionem opiniones cõtra quàm

quàm debuerat, pertulisset. At ille ratus multò satius esse, vt rationes de rebus ambiguas ab vtraq; parte proponerentur, quò videretur aduersarios non necessitate coegisse, sed persuadendo ad desistendum à contentione induxisse, ipse cū quibusdam ex clero sedens, vt iudex, vtrāq; partem in certamen adducit: & vt in disceptationibus litigijs vsuēnire solet, vtraque vincere conatur. Nam Arius opinionēs quas protulerat, acriter defendere laborat, alij autem filium consubstantialē esse patri, & coeternum asserunt. Conuocato rursus concilio, tanta cum contentione disceptatum est, vt nullo modo consentire inter ipsos possent. Itaque cum adhuc quaestio anceps & cōtrouersa videretur, ita primò quidem Alexander animo affectus erat, vt modò hos, modò illos laudaret. Ad extremū tamen his, qui filiū consubstantialē patri, & coeternum asseuerabant, assensus est: iusque Ario, vt contrarijs rationibus reiectis, eandē cum eo sententiam sequeretur. Verū cum ei persuadere non posset, & cōplures tū episcopi, tum clerici eius dioceseos, Arium verè dicere censerent, illi cū cæteris clericis eiusdem opinionis fautoribus, interdixit ecclesia. Ab eius partibus stabant, ex Alexandrina ecclesia presbyteri quidē, Aethalas, Achilles, Carpones, Sarmates, & Arius alter: diaconi autē, Euzoius, Macarius, Iulius, Menas, & Helladius. Hinc etiam factum est, vt non exigua populi pars ad eorum factionē se transferret: quippe nonnulli ita de deo sentientes arbitrati sunt: alij, quod quidē vulgò euenire solet, eos tanq̄ affectos iniuria, & indicta causā ecclesia eiectionē cōmiserati. Vbi verò res Alexandriae essent hoc loco constituta, Arriani benevolentiam episcoporum singulas ciuitates administrantium sibi necessariò antè colligendā arbitrati, mittunt legatos ad eos cū literis de fide sententiant; ab illis, vt si rectum ipsis videretur ita de deo sentiendum, significarent Alexandro vt minimè ipsis succenseret: sin minus, docerent eos, quemadmodum sentiendum esset. Qui quidem conatus, non parum eorum causam adiuuit. Nam hac illorū opinione in omnes ferè dispersa, ab omnibus passim episcopis de ea disputari cœptum est: quorum pars scripsere ad Alexandrum, ne admitteret Arianos in ecclesia, nisi suam de fide opinionem abijcerent: pars autem orauit,

orauit ne istud faceret. Quare cum Alexander q̄ plurimos videret tū specie bonæ vitæ graues, tū probabiliter dicendo perdisertos, Arianis subsidio venire, & maximè omniū Eusebium eo tempore Nicomediae episcopum, virum illustrē, & in aula imperatoris magno in honore habitū, scripsit ad omnes vbiq̄ episcopos, ne cum illis communicarent. Vnde ardor vtriusque partis multò magis accensus est, & acrior, vt assolēt, excitata contentio. Nam vbi fautores Eusebii Alexandrum saepius orantes, minimè exorare possent, veluti affecti contumelia, iniquo animo ferre, & opinionem Arrii longe maiore animorum contentione defendere cœperunt. Atque concilio in Bithynia coacto, scribere ad omnes episcopos, vt Arianis, tanquam cum rectè de fide sentientibus communicarent: efficerentq; vt Alexander quoque ipsorum amplecteretur communionem. Cæterum vbi conatus eorum parum successit ex sententia propterea, quòd Alexander haud quāq̄ ipsis cederet, Arrius mittit legatos ad Paulinum episcopum Cyri, & Eusebium cognomento Paphilum, ecclesiam Caesareae Palaestinae gubernantem, & Paphilum episcopum Scythopolis, petitque vt potestas sibi, vt pote gradū presbyterij ante adepto, vnà cū suis permitatur, populū sibi fauentem ad conuentus vocandi. Nam consuetudinē fuisse Alexandriae, sicuti nūc est, vt licet vnus omnibus praesset episcopus, presbyteri tamen separatim ecclesias retinerent, populūque sibi commissum ad conuentus cogerent. Isti cum alijs etiam episcopis in Palaestina in vnum congregati, postulationi Arrii suffragati sunt: iusseruntque vt primum ipsi inter se conuentus quidem agerēt, sed tamen se subijcerent Alexandro, & vt de pace cum eo facianda, deque communiōe mutua agere nō desisterēt.

Quod Constantinus vbi rescuerat inter episcopos contentionem & disparem Paschatis celebrationem, admodum id dolenter ferens, Osium Hispanum Cordubæ episcopum, qui illorū controuersiam dirimeret, & litem de obseruando paschate componeret, Alexandriam mittebat.

CAPVT XV.

C 3

Quòd

AT vero cum multa concilia de hac re in Aegypto celebrata fuissent, & ita exardesceret contentio, ut ad ipsam imperatoris aulam pervaderet, imperator Constantinus non mediocriter animo commotus est, propterea, quod cum religio Christiana iam recens crescere incepisset, opinionum dissensio multos à fidei Christianae professione penitus auerit. Qua de re Arium & Alexandrum in crimine manifestò vocavit: & per literas illos eò redarguit, quòd controuersiam, quae cætero quin occultari poterat, in apertum prorulissent, & contrarijs studijs inflammata, tanta cum contentione mouissent ea, quae neque, omnino quærenda, neque, complectenda animo, & si fortè complexi fuissetis, silentiò tamen tegenda erant. Fieri enim potest, ut homines, tametsi in quadam religionis parte dissentiant, non mutuam tamen inter ipsos concordiam dirimant. At de diuina prouidentia vnam eandemque fidem tenere necessè est. Quod autem ad eiusmodi subtiles & argutas quaestiones attinet, etiam si non in vna consentiant opinione, tamen consentaneum est eam in interiore cogitatione continere. Iussit igitur ut inani de his rebus disceptatione deposita, concordiam inter ipsos seruarent. Dolere enim se non mediocriter, quòd cum magno studio flagraret, vrbes in oriente sitas iniuendi, eorum contentione aditus sibi praclusus fuisset. Atque hæc quidem Alexandro & Ario scripsit Constantinus, partim quo eos incusaret, partim quòd ad pacem cohortaretur.

Porro autem cum certior factus esset, quosdam esse, qui diem festum Paschæ alio penitus more ac modo, quam cæteros omnes celebrare, acerbè quoque tulit. Nam nonnulli vrbes versus Orientem incolentes, illo tempore ab alijs de hoc festo agendo dissensere: qui & si à communione mutua minimè temperarunt, istud tamen festum, propius ad Iudæorum consuetudinem accedentes, celebrare soliti sunt: qua quidem dissensione splendorem festi magno opere obscurarunt. Itaque à Constantino vehementer laboratum est, ut dissensione de vtraque re suscepta ecclesiam prius liberaret. Ac quoniam hoc malum, si modò ante, quam ad plures manaret, coerceretur, sanari posse existimabat, idcirco misit viuum, quem circa se habebat, fide & vitæ integri

integritate præstantem, & superioribus temporibus ob varias religionis Christianae confessiones admodum nobilitatum, Osium dico, episcopum Cordubæ, quò illos, qui in Aegypto de fide digladiabantur, tum hos, qui in oriente de festo paschatis dissentiebant, ad concordiam reduceret.

De Concilio Nicæa propter Arium coactò.

CAPVT XVI.

Verum ubi contrà, quam expectabat, res succederet, & contentio reconciliatione concordie impediret, Osiumque ad pacem faciendam missus, re infecta reuertetur, Constantinus indicit bellum Nicæa, vrbes Bythinia, scribitque ad omnes ecclesiarum præfides, ut ad diem præfixum adessent. Huic concilio interfuere ex episcopis, qui sedes tenebant apostolicas, Macarius Hierosolomorum antistes, Eustatius episcopus Antiochiæ, Orontem fluiuum tangens, & Alexander Alexandria propter Lacum Maream sitæ. Iulius autem episcopus Romanus ætate quidem ingrauescente præpeditus, absuit: Sed Vitus & Vincentius eiusdem ecclesie presbyteri pro illo adfuere. His accessere alij quàm plurimi honesti & boni viri ex varijs nationibus collecti: quorum alij non modo intelligendo prudenter, & disertè dicendo pollebant, verum etiam tum sacrarum literarum cognitione, alioque doctrinae genere præstabant, tum pia viuendi ratione admodum excollebant: alij autem qui ob vtranque, res sunt magnam laudem consecuti. Aderant episcopi, numero circiter trecenti & viginti: aderant quoque presbyterorum & diaconorum, qui eos (ut est verisimile) comitabantur, multitudo non exigua. Aderant etiam vni viri disserendi periti, qui illis inter disputandum subsidio essent. Multi autem ex numero sacerdotum, qui, uti euenire solet, tanquam ad causas suas ac priuatas disceptandas in vnum conuenerant, tempus opportunum sibi iam oblatum putarunt, ad res eas corrigendas, quæ ipsorum animos offendissent. Itaque singuli libellum de criminibus quæ alijs objiceret imperatori offerre, & peccata in se admissa iam antè exponere cœperunt. Cum autem istud in dies ferè singulos accideret, dat mandatum imperator, ut singuli, crimina, quæ alijs obicere constituerant, ad certum diem proponerent. Vbi dictus dies venit

imperator, oblati sibi libellis acceptis, iste, inquit, criminationes tempus quidem sibi præstiturum habent, diè videlicet magni iudicij: iudicem autem, qui sit tum de omnibus sententiam pronuntiaturus: mihi verò non est fas, cum homo sim, eiusmodi caufarum cognitionem arrogare, præsertim cum & qui accusant, & qui accusantur, Sacerdotes sint. Nam non deberent se tales præbere, vt ab altero iudicentur. Age igitur, deletis criminibus, exemplum diuinæ clementiæ in danda mutuo venia imitati, iungamus amicitiaæ fœdera & fidei negocia, quæ nos in hunc locum conuenire compulerint, serio pertractemus. Hac habita oratione, imperator iubet tum criminationes illatas nullius momenti esse, tum libellos comburi: diemque præstituit, ad quem de rebus fidei vocatis in controuersiam decideretur. Interea temporis episcopi in vnum conuenientes, accesserunt Arium, & opinionibus suis in medio positis, inter se disserere cœperunt. Atque cum disputatio, vt erat verisimile, in varias distraheretur quæstiones, aliorum ijque potissimum, quos morum simplicitas induxit, ad fidem in deum sine curiosa inquisitione amplexandum, nihil noui contra fidem initio, temporibus apostolorum traditam, moliendum censuerunt: alij affirmarunt, opinionibus veterum nullo iudicio exploratas, nequiquam sequendas esse. Complures autem tum episcoporum, qui tunc in vnum conuenerant, tum clericorum, qui eos comitabantur, propter disserendi acumen, & usum in eiusmodi orationis generibus, non imperatori solum, sed illis etiã, quos familiares circa se habebat, noti esse cœperunt. Ex quorum numero fuit Athanasius, qui id tēporis diaconus ecclesiæ Alexandriæ & cū episcopo Alexandro consuetudine coniunctus, maximam partē consilij de his rebus suscepti, sustinere visus est.

De duobus philosophis qui duorum senū simplicitate cum illis disserentur, ad fidem conuersi sunt. CAP. XVII.

Quidam præterea, qui apud Gentiles pro sapientibus habiti erant, disputationibus in hoc concilio agitatis, dedita opera interfuerunt: quorum nonnulli quænam tandem Christiana esset doctrina, admodum scire auebant, alij odio

odio in Christianos propterea inflammati, quod supersticiosa Gentilium religio nuper antiquari cœpta erat, quæstionē de fide Christiana propositam ad inanē quandā verborum concertationem deduxerunt: adeo vt ipsi inter se digladiari, & secum pugnare viderentur. Fertur igitur, quod cum quidam illorum præ insolenti dicendi arrogantiā se inaniter iactaret, & sacerdotes petulanter irrideret, senex quidam simplex ex illustrium confessorum numero superbiam eius nō tulit. Qui tametsi ineptæ subtilitatis & præstigiatorum penitus expers erat, tamen cum eo disputare cœpit. Ac cū hæc res petulantibus, qui confessorum hominem simplicem esse cognoscebant, risum moueret quidē, at modestis iniiceret timorem, qui veriti sunt, ne cum viro dicendi perito congressus, haberetur pro ludibrio, tamen cum facultas illi (cui cum talis & tam prouectæ ætatis esset, pudor erat resistere) data esset liberè, quæ vellet, eloquendi, in nomine Iesu Christi, inquit, philosopho audito.

Vnus est deus, cæli, terræ, & omnium rerum tam oculis subiectarum, quam eorum aciem fugientium opifex: qui hæc omnia & virtute verbi fabricatus est, & sacramento spiritus sancti afflatu stabiluit. Quare hic sermo, inquit, quæ nos filium dei nunc cupamus, misertus humani erroris, & belluinae viuendi rationis, ex virgine nasci, cum hominibus vnã versari, proque eisdem mortē oppetere voluit. Est quoque iterum veterus de iis rebus, quas quisque gesserit in vita, dicturus sententiam. Ista ita se habere sine vlla alia curiosa indagatiōe pro certo credimus. Noli ergo in his, quæ fide duntaxat recte intelliguntur, curiose refutandis laborē frustra consumere, quæ rereuē qui ista fieri, aut nō fieri possint. Quod si credis, mihi quædā sciscitanti responde. Quibus obstupescens philosophus, credo, inquit. Et gratis illi actis, quod ipsum deum cisset, non solū eadē cū sene ipse sentire, verū etiam consilium dare cœpit illis, qui perinde erga fidem Christianam, atque ipse ante, affecti erant, vt iā doctrinæ Christianæ assentirentur: atque iusiurandum adiecit se nō modo nō sine numine diuino mutatum esse, sed etiam vi ac virtute quadam inexplicabili ad religionē Christianā conuersum. Fertur itē miraculū huic nō dissimile ab Alexandro ecclesiæ Cōstantinopolitanae episcopo editū. Nā cū Cōstantinus fortē by

zantium aduenit, accessere ad eum quidam philosophi, criminique illi dedere, quod haud rectam religionem coleret, quodque res diuinas nouare, nonnunquam cultum contra instituta cum maiorum suorum, tum principum omnium, qui vel Grecis, vel Romanis omni seculorum memoria presuisissent, in remp. introducere studeret. Rogauere item, ut cum Alexandro episcopo de doctrina Christiana disputarent. Alexander igitur in eo exercitationis genere haud quamquam exquisitum verum satus, fortasse etiam vitae bonitate frater (erat enim vir perhonestus & spectata vita) imperatoris iussu in differendi certamen cum illis descendit. Philosophis autem in vnum coactis, cum omnes disputare cuperent, postulauit Alexander, ut vnum, quem vellent, ad disputandum deligerent, caeterique praesentes audirent cum silentio. Itaque cum vnus disputandi onus suscepisset, tum Alexander, In nomine Iesu Christi, inquit, praecipio tibi, ne loquere. Quod ut primum dixerat, homo est vestigio, obstructo ore, conticuit. An non igitur maius miraculum merito censendum est, loquelam homini, eique philosopho tam facile adimere, atque lapide manu per verbum quoddam prolatum diuidere? Quod a quibusdam de Iuliano Chaldeo gloriose iactatum audiui. Sed de his quidem hoc modo.

Imperatoris ad Concilium coactum oratio.

CAPVT XVIII.

Episcope autem, qui intelligendi prudentia multum valebant, Ario in medium adducto, accuratim in ea, quae erant ab eo proposita, inquirere coeperunt: cauereque sedulo, ne in alterutram partem temere sententiam pronuntiarent. Vbi autem venit praestituta dies, in qua constitutum erat de rebus controversis decidere, episcopi in palatium conueniunt, uti decreuerat imperator, uti consilium vnam cum illis de rebus iniret. Ac cum ad locum, in quo sacerdotes erant, venisset, transiens ad supremam partem conuentus, in sella quadam sibi apparsa assedit, omnibusque, qui aderant in concilio dedit mandatum, ut considerent. Nam scamna parata erant quam plurima longo ordine per parietes aulae palatii collocata. Erat haec quidem aula omnium amplissima, & praeter caeteras excellens. Cum vero omnes consedisissent, surrexit

Eusebius

Eusebius cognomento Pamphilus, imperatorem oratione copellauit, hymnumque recitauit, quod eius causa Deo gratias ageret. Cum autem dicendi finem fecisset, tum imperator, & si (inquit) pro aliis rebus omnibus Deo gratiam habeo, pro eo tamen maxime, quod vestrum hunc conuentum cerno: quando quidem supra quam sperabam accidit, ut tantus numerus sacerdotum Christi in vnum cogeretur. Est mihi quidem in optatis vos omnes eadem sentientes, eandemque amplexantes sententiam videre. Nam ecclesiae Dei disensionem quouis malo grauiorem censeo. Itaque cum mihi nuntiata essent ea, quae vti non audiuissem, vehementer animi discruciar: cumque certior factus essem vos discordare mutuo, quos ne utiquam deceret, praesertim cum ministri Dei, & pacis procuratores sitis, ob eam causam hoc sacrum concilium conuocandum curauim. Ac cum imperator sim & vester conseruus, munus hoc a vobis postulo, Deo communi omnium modorator gratum, & cum mihi ad accipiendum, tum vobis ad dandum accommodatum: quod quidem non aliud est, quam ut causas controuersae in medium proferatis, eisdemque finem imponatis concordem & tranquillum, uti exteris hostibus & tyrannis e medio sublatis, ipse vobiscum vna istud trophaeum contra inuidum daemone erigamus. Nam ille vestra bona vobis inuidens, hanc intestinam seditionem inuexit. Quae cum imperator Latino sermone dixisset, vnus, qui astant, eadem Graeco interpretatus est.

Quomodo Imperator postquam ambas partes audiuisset, Arium eiusque sectatores condemnatos exterminauerit. CAPVT XIX.

Quare confecta, a sacerdotibus de fide disputari coeptum est. Imperator autem vtriusque partis rationibus non attentas solum, verum etiam patientes aures praebuit. atque ut his qui bene dixerant, assensus est, sic illos, qui certandi studio ducebantur, a contentione auocauit: cum singulis denique, quatenus eorum sermone assequi & intelligere poterat (nam ne Graecae quidem linguae ignarus fuit) eateenus benignè ac placide differuit. Ad extremum omnes sacerdotes inter se ipsam consensere, filiumque patri consubstantialem esse

esse suffragijs confirmauere. Soli autem decem & septem dicuntur primò quidem Arii approbasse opinionem, statim tamen post complures quoq; istorum ad communem omnium fidem ac sententiam se transtulisse. Cui etiam imperator, quia hanc concilij consensionem à Deo approbatam opinatus sit, lubens suffragatus est. Eum autem, qui cõcilij decretis contraueniret, vt pote diuinas decisiones labefactantem, edixit exilio mulctandum esse. Ceterùm quamquam necessum putauit quo symbolum fidei tum approbatæ, de cætero posteritati cum ratum maneret, tum exploratè cognitum esset, ipsam illius formulam ad veritatem planius declarandam hoc loco citare, tamen cum pij viri, iijq; amici, et rerum eius generis periti me docerent, res eiulmodi à sacerdotibus solum & episcopis debere tum dici, tum audiri, eorum sanè approbauit consilium. Nam verisimile est nonnullos, qui non sunt initiati mysterijs, hunc librum perlecturos.

De ijs quæ Concilium statuerat, & quòd damnato Ario libros eius igni tradidit, ac de ijs qui concilio assentiri renuerunt, & paschalis constitutione. CAPVT XX.

Verum ne dum arcana, quæ reticenda sunt, quoad fieri potest, occultentur omnia concilij decreta incognita videatur, intelligendum est concilium filium patris consubstantialem definiuisse: eos autem, qui dicebant, tempus fuisse, quando non erat, & ante, quàm nasceretur, non extitisse, aut ex alia substantia, vel essentia quàm patris constare, aut conuerti mutariue posse, abdicasse penitus, & ecclesia Catholica alienos pronuntiasse. Quam fidei formulam etiam approbauere Eusebius episcopus Nicomedie, Theognis Nicææ episcopus, Maris Chalcedonis, Scythopolis Patrophilus & Secundus episcopus Ptolemaidis, vrbis Libyæ. At Eusebius cognomento Pamphilus, primo paululum hæsitauit: postea tamè cum formulam accuratius expendisset, eam sua quoque approbauit sententia. Concilium autem tum Arium tum suæ opinionis fautores pariter abdicauit, decreuitque ne veniret Alexandriam. Quin etiam & verba, quibus eius explicabatur opinio, & librum, quem

quem de eadem ediderat, inscripseratque Thalam, legi vetuit, Cuius libri stylus, vt audiui (nunquam enim illum legere cõtigit) ita dissolutus est, vt præ mollitia, qua diffusit, Sotadæis cantibus similis videatur. Est porro intelligendum Eusebium episcopum Nicomedie, & Theognidem Nicææ episcopum, quamuis fidei formulæ consentirent, minime tamen Arii approbasse abdicationem, neque ei subscripsisse. At verò imperator non solum Arium mulctauit exilio, verùm etiam episcopis omnibus & populis edictum scriptum misit, vt tum illum, tum eius opinionis fautores, impiorum numero ducerent, & si qui liber reperiretur ab illis scriptum in ignem conijcerent: quo neque ipse, neque opinionis, cuius author fuerat, vllum monimentum extaret. Quòd si quis aliquem librum eius occultare deprehenderetur, ac non illico in publicum productum incidere, vt capitis mulctaretur supplicio. Quinetiam epistolas ad ciuitates singillatim scriptas, quibus Arium & eius fautores damnabat, misit. Eusebium porro & Theognidem ciuitatibus, quarum erant episcopi, exulare mandauit: scriptæque ecclesie Nicomedie, vt fidei, quam conciliū traderat, adhæresceret, & orthodoxos eligeret episcopos, illisque obtemperaret: memoriam autem Arianorum obliuione obruere conaretur. Nam si qui eos vel laudare, vel eorum doctrinam amplecti aggredere, minatus est se illum supplicio affecturum. In quibus literis declarauit præterea se Eusebio valde inensum esse, vt pote qui antea tyranni partes egisset, & ipsi struxisset insidias. Quare istarum licentiarum ab imperatore scriptarum autoritate, Eusebius & Theognis ecclesijs, quibus præerant, eieciti sunt. Atque Nicomedensis ecclesie gubernationem cepessit Amphion, Nicenæ autem Chreibus. Itaque controuersia de fide iam sublata, Concilio visum est, vt omnes diem festum Paschatis vno eodemque tempore celebrarent.

Quòd Acesum Nonatianorum episcopum in concilio Imperator accersit. CAP. XXI.

Fertur item imperatorem, quò omnium Christianorum prouideret concordie, Acesum episcopum ecclesie Nouatianorum ad conciliū vocasse, ostendisseque ei conciliū de si-

de fide, & de festo Paschæ decisionem, quæ iam tum episcoporū subscriptionibus confirmata fuerat, percunctatum esse, utrum ille eorum approbaret sententiam. Respondisse autem Acesium nihil noui decisum esse, conciliūq; decretū laudasse. Sic namq; se ab ineunte ætate didicisse tum credendum, tum festum agendū esse. Cui imperator, cur ergo, inquit, cum eadem sentias quæ cæteri, te ab eorum cōmunionē segregas? Cum verò in medium proferret Acesius diffensionem, quæ regnante Decio intèr Nouatū & Cornelium intercesserat, & quomodo qui post baptismā peccato illo, quod peccatum ad mortem sanctæ scripturæ vocat, se obstringeret, mysteriōrū cōmunionē indigni essent (nā non in sacerdotū, sed in Dei solius sitū esse potestate, illud peccati genus ignoscere) imperator accepto sermone, dixit erigito tibi scalam, Acesi, & solus in cælum ascendito. Quæ quidem arbitror imperatorem Acesio dixisse, non quod eū laudaret, sed quòd homines existimarent se minime à peccati labe vacuos esse.

De canonibus quos Concilium posuit, & quòd cum canonem statuere voluerat, ut quicumq; ad sacerdotij dignitatem euecti essent, cum vxoribus, quas anteq̄ sacris initiati erant duxerant, non dormirent, in mediū prodiens Paphnutius quidam confessor intercedebat. CAP. XXII.

Consilium verò ad mores eorum, qui in ecclesiis ætatem degunt, rite instruēdos omni cura & cogitatione incumbens, leges, quas vocant Canones, sancit. Ac dum est de hac re deliberatum, aliis visum est legem introducere, quæ iuberet, ut episcopi, presbyteri, diaconi & subdiaconi, cum vxoribus, quas antè duxissent, quàm essent sacris initiati, neutiq; dormiret: at Paphnutius cōfessor in medi cōfessus surgēs, illi legi cōtradixit: nuptiasq; honorabiles, & cōsuetudinē virorū cū suis vxoribus, continentiam vocauit. Postremò conciliū hortatus est, ut talē legem minime promulgaret. Nam rem esse ad ferendum difficilem: & fortasse causam illorum vxoribus fore, ut non satis castē vitam

vitam traducant. Ac veterem ecclesiæ traditionem esse, ut qui cælibes gradum sacerdotalē consecuti fuissent, postea minime vxores ducerent: qui autem post nuptias ad eum ordinem vocati essent, hi ab vxoribus, quas habebant, minime separarentur. Atq; ista quidem, licet coniugii expers, suauit Paphnutius. Cuius sententiā approbavit cōcilium: & de hac re nullam legem tulit, sed eam in cuiusq; arbitrio, non in necessitate poni voluit. De aliis autem rebus, uti sibi rectum videbatur, leges, quibus ecclesiæ status gubernaretur, conscripsit. Verūm has, cum apud multos extent, facilè est cuique pro arbitratu perlegere,

De Meletio, & quomodo sanctum Concilium pulcherrimè quæ ad causæ eius cognitionem spectabant, disposuerit.
CAP. XXIII.

HIS accedit, quòd cum in res à Meletio in Aegypto fortè gestas accuratè inquisitum esset, concilium contra eum pronuntiauit sententiam, ut videlicet Lycū incoleret, nomēq; solū retineret episcopi: atq; de reliquo neque in vrbe, neque in pago vllum ecclesiæ ministrum ordinaret. Qui autem essent iam ab eo constituti, illi neque à cōmunionē quidem, neque à ministerio excluderentur, sed tamen cæteris clericis in singulis ecclesiis ac prouinciis constitutis, essent honore inferiores. Quinctiam ut in loca demortuorum succederent, si modò tum suffragio populi idonei viderentur, tum episcopus ecclesiæ Alexandrinæ eos designaret: sed minimè liceret, quos vellēt, suo ipsorū arbitrio deligere. Istud quidem cōcilio æquum putabatur, cum secum consideraret, quàm temerario & præcipiti impetu ad ministros ecclesiæ creandos, tum Meletius ipse, tum suæ opinionis fautores ferri consueuissent. Nam Meletius, cum Petrus, qui post martyrio occubuit, eo tempore, quo Alexandrinam regebat ecclesiam, propter persecutionem tum ingrauescentem fugam cepisset, ministrorum ordinationes ad Petrum solum pertinentes sibi arripuit.

Quòd

*Quòd Imperator ubi eos qui cōcilio interfuere Con-
stantinopolim conuocasset, epulum publicū illis
exhibuit, magnificēq; donatos, ad concordiam
omnes hortatus est, ac quæ à concilio diuino de-
creta fuerunt, Alexandriam & in omnes partes
perferri curauit. CAP. XXIIII.*

HIS rebus à concilio ad hūc modum decretis, accidit,
vt dies festus, iam anno vigesimo imperij Constanti-
ni vertente, ageretur. Erat enim Romanis in more po-
situm, vt decimo quoq; anno imperij cuiusque imperato-
ris diem festum celeberrimo hominum conuentu agerēt.
Quapropter imperator opportunum sibi tēpus ad id, quod
instituerat, oblarum arbitratu, totum concilium ad epulū
inuitauit, omnesque donis, prout cuiusque dignitas posce-
bat, honorificè remuneratus est. Vbi verò domum iam re-
dire constituerat, imperator, conuocatis in vnum omni-
bus, eos cohortari cœpit, vt tum in fidem concordarent, tū
pacē inter ipsos mutuò amplexarentur, quò in pōsterum
vitam tranquillam, & ab omni contentione vacuam de-
gerent. Atque longa oratione in hanc sententiā habita-
ta, ad extremum iussit, vt preces pro se, pro liberis, pro im-
perio denique attentis animis funderent, & Deum assiduè
precarentur. Quæ cum illis, qui tum Nicæam vene-
rant, dixisset, & eiusmodi oratione instruxisset, literas
quoq; ad singulos cuiusque ciuitatis scripsit ecclesias, eo
cōsilio, vt eos qui abfuisent à cōcilio, de rebus in eo tã præ-
clare administratis certiores faceret. Alias præterea literas
separatim ad Alexandrinā scripsit ecclesiam, hortatus, vt
omni dissidio ac similitate deposita, in fide à concilio edi-
ta consentirent. Eam enim nihil aliud esse quàm Dei sen-
tentiam consensu tot tantorumque episcoporum per spiri-
tum sanctum stabilitam, & post accuratam inquisitionem,
atque adeo exploratam disceptationem rerum omnium in
controuersia positarum comprobata.

PRIMI LIBRI FINIS.

HERMIAE

HERMIAE SO- 25

ZOMENI SALAMINII HI- STORIAE ECCLESIASTI- CAE LIBER SECVNDVS.

*De salutifera crucis inuentione, & clauis sanctis,
& quòd Helena Imperatoris mater, Hierosoly-
mam profecta tēpla exædificauit, aliq; ibidem
nonnulla Deo grata effecit, & de eius ab hac
vita migratione.*

CAPVT I.



VM iam concilium Nicænum ve-
nisset ad exitum, & sacerdotes omnes
domum reuertissent, imperator supra
modū ideo lætatus est, quòd ecclesiā
vniuersam de doctrina, fidei consen-
tientem videret. Atq; ubi pro episco-
porum concordia, pro se, pro liberis;
pro imperio denique Deo gratias e-
gisset, templum Hierosolymis circiter locum, qui dicitur
Caluarie, ad honorem Dei illustrandū ædificare instituit:
Per idē ferè tempus Helena imperatoris mater venit Hie-
rosolymam, cum præcandi causa, tum sancta illa loca viden-
di. Quæ quoniam pio animo erga religionem Christianam
erat affecta, visa est sibi operæpretium factura, si lignum cru-
cis venerandæ inuenire posset. Verum neque illa, neque
diuinum domini sepulchrum tam facile reperit.
Nam veteres Gentiles, qui ecclesiam persecuti fuerant,
quoniam Christianam religionem recens iam ortam, con-
cidere comprimereque omnibus opibus viribusque labo-
rabant, idcirco eum locum ingenti æggere supra iniecto, ob-
ruerunt: inque maiorem altitudinem, vt etiam nūc apparet,
erexerunt. Quinetiam vniuerso loco tum sepulchri, vnde
Christus resurrexit, tum Caluarie muro vndique circū-
dato, eum pro suo arbitratu exornare cœperunt. Nam pri-
mum sternunt lapidibus, deinde fanum Veneris supra ex-
truunt;

D

truunt, postremò simulachrum in eo statuunt: ad eum sanè finem, vt & qui Christum in eo loco adorarent, Venerem viderentur colere, & temporis diuturnitate vera causa, cur homines eum locum venerentur, veniret in obliuionem: quippe cum Christiani neq; eò tuto ipsi accedere possent, neque aliis indicare auderent, sed contrà, omnibus pro certo confirmaretur in eo loco aliud esse nihil, præter sanum Gentilium, & Veneris statuam. At verò tandem locus erutus est, & error, in quo stabiliendo tantopere laboratù fuerat, manifestò deprehensus: indicio, vti quidam memorant, Hebræi cuiusdam versus Orientem habitantis, qui auito quodam scripto admonitus, locum cõmonstrauit, sed quæ verior est opinio, monstratiõne Dei Opt. Max. qui signis quibusdam & somniis homines ad loci memoriam excitauit. Nam res diuinæ, mea quidem sententiã, humano indicio non egent, cum Deo visum sit eas patefacere. Itaque vt primum locus ille imperatoris mandato fuit purgatus, in profundo quadam in parte illius antrum, vnde Christus resurrexit, emerit: in altera autem parte eiusdem loci, tres inuentæ sunt cruces, & aliud ligniculù separatim, quod tabulæ gessit similitudinem, verbis & literis non Hebraicis solum, verùm etiam Græcis & Latinis inscriptum. quæ verba ac literæ non aliud complectebantur, quàm,

1047. 19. IESVM NAZARENVM REGEM IYDAEO-
RVM.

Hæc ipsa verba, sicut in sacro Euangeliorum libro commemoratum est, mandato Pilati Præsidis Iudææ, supra caput Christi scripta fuerunt. Cæterùm adhuc erat perdifficile crucem domini à reliquis duabus internoscere discernereque, præsertim cum non illius modò inscriptio ab ea diuisa distracta que esset, verùm etiam ipse tres cruces promiscuè proiecta, ordine earum, vt est verisimile, eo tempore, quo corpora illis suffixa ablata erant, penitus confuso & perturbato. Nam cum milites Iesum in cruce mortuum repperissent, eum inde iublaturum, primum vti literis sacris proditum est, sepeliendum tradiderunt: deinde quò latronibus vtrinque suspensis mortem maturarent, eorum crura confregerunt: postremò cruces nullo ordine, aliam alio in loco, proiecerunt. Nam quid curæ putes illis fuisse de crucibus ordine, quo prius erant, reponendis, præsertim cum

cum singuli festinarent domum antè redire, quàm aduersa peraceret, & non ducerent operæ pretium in crucibus hominum per vim interfectorum ordine collocandis aliquid temporis consumere? Quare cum diuinum crucis dominicæ lignum hac de causa adhuc etiam ignotum esset, & diuiniore quodam, quàm quod sit inhumana situm potestate, egeret indicio, eiusmodi quiddam accidisse constat. Nobilis quadam mulier Hierosolymis in morbum grauissimum, eumque planè insanabilem fortè incidat: ad quam in lecto decumbentem Macarius episcopus Hierosolymorum, sibi imperatoris matre, & aliis, quos ipse circum se habebat, assumptis, venit: atque vt primum precatus est, dederatque inspectantibus istud signum, nimirum eam esse domini crucem, quæ mulieri adhibita, morbo illam liberaret, singulas cruces allatas, mulieri admo- uuit. Verùm duabus illarum appositis, factum quidem ineptum & planè ridiculum visum est: quippe mors nihilominus mulierem erat iam occupatura. Sed simul vt tertia itidem fuit ei adhibita, de repente aperuit oculos, & collectis viribus, extemplo è cubili sana exiit. Fertur item mortuum crucis virtute simili ratione ad vitam reuocatum. Huius autem crucis salutaris iam tum inuentæ, maxima pars adhuc etiam Hierosolymis in capsâ argentea custoditur: reliqua verò ab imperatrice ad filium Constantinum deportata est. Quò ad clauos attinet, quibus corpus Christi confixum erat, memorant imperatorem ex illis sibi confecisse galeam, & frenum equi, vt scriptum est à Zacharia propheta, & à quo prædictum, quòd in tempore isto, illud, quod sit in frenum equi (his enim ferè verbis vitur propheta) sanctum esset domino omnipotenti. Ita quidam vt olim præcognita à sanctis prophetis, præuisaque fuere: sic postea factis planè admirabilibus tum confirmata, cum Deo tempus visum est eiusmodi rebus opportunum. Neque certè tantopere mirandum est, præsertim cum ipsi Gentiles ingenue fateantur hoc esse Sibyllæ carmen.

O lignum felix, in quo Deus ipse pependit.

Istud enim ita esse nemo, etiam si acri studio contra
D ij pugnare

pugnare voluerit, pernegabit. Quare & lignum crucis, & eius veneratio à Sibylla præsignificata est. Sunt hæc quidè à nobis, sicuti accepimus, comemorata: quandoquidem ea ex viris, qui illa accuratè norint, & ad quos eorum cognitio à patribus ad liberos successione quadam deriuata, per uenerit, & qui eadem ipsa pro facultate literis proderet, posterisque relinquere studuerint, audiuimus. Eodem ferè tempore, imperator cum statuisset templum Deo edificare, dat mandatum magistratibus, vt illud opus magnificè in primis & splendide fabricandum curent. Helena præterea eius mater duo templa construit: alterum in Bethlehem ad speluncam illam, in qua Christus natus est, alterum in summo vertice montis Oliueti, vnde ad cœlum ascendit. Cuius pietatis & sanctimonie tamen multa alia argumenta sunt, hoc vnum tamen vel maximum est. Nam fama est eam tū Hierosolymis commorantem oēs sacras virgines ad epulas conuocasse, illis ministrasse in conuiuio, apposuisse cibaria, aquam manibus fudisse, aliaque obijisse munera, quæ à conuiuatorum seruis administrari solent. Eodem tempore etiam vrbes Orientis perlustrasse, ecclesias in singulis ciuitatibus, honorificis exornasse monumentis: complures homines, qui fortunas amiserant, locupletasse: egentibus res affatim impertiuisse necessarias: complures deniq; qui diu vel vinculis constricti, vel multati exilio, vel metallis effodiendis cruciati fuissent, in libertatè vindicasse. Pro quibus rebus videtur dignè à deo remunerata esse. Nam vita, quam hic degebat, eius generis fuit, vt neque splendidior, neque illustrior esse poterit. Augusta item fuit appellata, eiusque imagine numi signati. Theauri quoque imperatorij potestatem à filio adepti, eo pro arbitrato vsa est. Cum autem hæc vita ei esset necessariò deserenda, mortem certe gloriosam obiit tum, cum & annos circiter octoginta cõfecisset, & filium simul cum nepotibus Cæsaribus totum imperium Romanum gubernantem post se relinqueret. Denique nomen eius iam mortuæ (si quid hæc res iuuat) obliuione minimè obruta est, sed sunt duæ vrbes, altera in Bithynia, in Palæstina altera, vtraque eius nomine nuncupata, velut pignus ad illius memoriam perpetuandâ ætati posteræ relicta. Sed de Helena hæc tenus.

De ec-

De ecclesijs quas Constantinus magnus extruxit, & de appellata cognomine eius ciuitate, quo pacto condita fuerit, & de ædificijs, quæ in ea spectantur, & Michaelis archangeli templo, & de visis in eodem miraculis.

CAPVT II.

Imperator autem, qui semper omni cura ac studio ad pietatem augendam incubuit, cum in aliis locis ferè omnibus pulcherrima templa Deo edificauit, tum maximè in vrbus primarijs, vt Nicomedia Bithyniæ, Antiochia ad Orontem fluum sita, & Byzantio: quam vrbem æquales partes cum vrbe Roma in regendo administrandoque imperio obtinere voluit. Nam vbi omnia ei ex sententia succederent, & externos partim bello, partim fœderibus sibi adiunxisset, constituit vrbem extruere, quam & suo nomine appellare, & Romæ honore parem efficere in animo habuit. Atque profectus ad campum pro Ilio situm non longè ab Helleponto, paulò supra Aiæ tumulum (in quo loco fertur Achiuos, qui olim Troiam oppugnabant, & nauale, & castra habuisse) vrbes formari & magnitudinem descripsit, inque præcelso & edito loco portas extruit, quæ ad huc etiam à mari illac nauigantibus cernuntur. Ei verò ista molienti Deus noctu visus, alium locum quærere iubet: atque cum Byzantium, oppidum Thraciæ vltra Chalcedonem vrbem Bithyniæ situm in memoriam ei redegisset, eam vt habitatoribus complendam, quippe quæ nomen Constantini mereretur, curaret, admonuit. Itaque Dei verbis obsecutus, oppidum, quod Byzantium vocabatur, dilatate, & maximis amplissimisque mœnibus cingere cepit. Ac cum ciues, qui erant indigenæ, non satis multos esse censeret ad vrbes magnitudinem, amplissimas aedes in plateis dispersè edificare, viros hominum sermone celebratos cum familia sua dominos illarum & habitatores constituere cepit: quorum partem ex antiqua Roma, partem autem ex alijs nationibus accersuit. Porrò autem vctigalia instituit, partim in ædificia & pulchritudinem vrbes, partim in alimentum ciuium infundenda: quin-

D 3 etiam

etiã quò urbem aliis omnibus rebus instrueret, circo, puteis, porticibus, & cæteris id genus ædificijs magnificè ornauit: Nouam Romam appellauit: primariam urbem omnium gentium, quæ uersus Septentrionem, austrum, solem orientem, & mare mediterraneum à ciuitatibus propter Istrum positis, & Epidamno, & aliis ad sinum Ioniũ locatis usque ad Cyrenem, & Libyes illius incolas, prope locum, qui Borium uocatur, habitant, imperiumque Romanum agnoscunt. Curiam item magnam, quam Senatum nominant, in ea constituit: eiusque senatoribus eosdem honores, eosdem dies sacros, qui Romanis ueteribus tribui solent, assignauit. Denique in omnibus rebus urbem illam suo nomine nuncupatam Romæ, quæ est in Italia, parem studuit efficere: neque certe suis se fefellit conatus. Nam uirgula diuina, quod aiunt, tantum creuit, ut tum frequentia hominum, tum pecuniæ & diuitiarum abundantia Romani omnium consensu longè superaret. Cuius rei causam fuisse arbitror, partim pietatem tum conditoris, tum ciuitatis, partim incolarum erga egentes misericordiam & benignitatem. Etenim fides in Christum usque adeo in ea ciuitate prouecta est, ut complures Iudæi, Græci uerò fere omnes, ibi ad religionem Christianam conuersi fuerint. Huc accedit, quòd principatum imperij adepta eo tempore, quo Christi religio longè lateque manare cœpit, postea neque artis, neque delubris Gentilium se contaminauit, præterquam solum dum regnaret Iulianus: quo quidem tempore, licet ad exiguum tempus error Gentilium renouatus fuerit, statim tamen post restinctus est. Hanc igitur ciuitatem Constantinus suo appellatam nomine, & uelut recens ad Christi honorem extructam, multis maximisque ecclesijs exornauit. Cuius propenso studio deus ipse opem tulit, & uisionibus quibusdam confirmauit ecclesias in ea urbe ædificaras, sanctas & salutare esse. Ex quibus eam, quæ est in loco, qui *ἑστία*, id est, Vestæ sacer, olim dicebatur, sita, in maximo honore tum à peregrinis, tum à ciuibus ex illo tempore habitam fuisse constat. Idem tamen locus iam Michaeliũ nominatur, estque nauiganti ex Ponto Constantinopolim ad dexteram positus: atque abest ab urbe, si naue

naue traicias, circiter triginta quinque stadia, sin autem sinum qui interiacet, pedibus aut equo undique circuire uelis, septuaginta. Loco uerò istud nomen eò impositum est, quòd pro certo creditur Diuum Michaelẽ archangelum ibi apparuisse. Quod etiam ipse equidem non paruum in eodem loco beneficium adeptus uerissimum esse confiteor. Atque id ita se habere argumentò præterea esse possunt multæ aliæ res, quas compertum est ibidem gestas esse. Nam nonnulli in graues casus & pericula, è quibus nullo modo possent emergere, alij in morbos aut perturbationes corporis incognitas delapsi, simul ac in eo loco Deum precati essent, calamitatibus, quibus premebantur, penitus liberati sunt. Verum quo pacto ista, & quibus hominibus euenierint, singillatim persequi longum esset. Attamen quid Aquilino nobiscum etiamnum ætatem degenti, & in eodem foro causas agentis, eodem in loco acciderit, partim ut ab eo audiui, partim ut ipse conspiciatus sum, iam opportunè commemorabo. Cum enim uehemens febris, eaque paulò ardentior ex flaua bili orta, eum occupasset, medici dedere illi bibere medicamentum ad aluum purgandam, quod quidem euomuit. Atque simul cum uomitione bilis in omnes corporis partes diffusa, cutis extremitatem coloris specie sibi simili tinxit. Ex quo factum est, ut omnem cibum ac potum euomeret. Vbi autem longo temporis spatio istud perpessus fuerat, & nihil alimenti in stomacho conquiescebat, de morbo curando medici desperare cœperunt. Ac cum iam semimortuus esset, dat suis mandatum, ut eum in ecclesiam deportent, affirmatque se ibi aut mortem obiturum, aut morbo liberatum iri. Cui in ecclesia iacenti de nocte uisio quædam diuina obiecta, iubet ut cibum potionem, quæ ex melle, uino & pipere pariter mistis conficeretur, tingeret. Quæ quidem potio, cum esset calidissima, quamuis medicis ex artis ratione eam considerantibus, morbis è flaua bile contractis contraria uideretur, hominem tamen morbo recreauit. Acceperunt porò Probianum unum ex satellitibus, qui imperatorem in palatio stipabant, cum dolore pedum grauiter affligeretur, in eo loco etiam cruciatu leuatum, & admirabili

D iiij . quadam

quadam ac diuina uisione dignatum fuisse. Nam iste cum in initio Gentilis esset, postea tamen factus Christianus, quanquam omnia alia religionis nostræ instituta probabilia putabat, sanctâ tamen crucē salutis omnium causam extitisse neutiq̄ admittere uoluit. Cui sic animo affecto uisio diuinitus oblata, quandam crucis effigiem, quæ in altari illius ecclesiæ statui solet, ante oculos proposuit: declarauitque manifestò res, quæcunq̄ à tempore, quo Christus in crucem actus erat, uel ad utilitatem humani generis communem, uel ad priuatam quorundam, seu à diuinis angelis seu à pijs & perfectis hominibus gestæ fuerint, non sine uirtute crucis salutaris rectè gestas esse. Sed quoniam tempus opportunum minimè suppetebat ad ea omnia recensenda, quæ in hoc templo accidisse cognoui, ista solum commemorare consilium fuit.

De his quæ circa quercum Mambre à Constantino magno facta sunt, & templo quod illic posuit.

CAP. III.

Necesse porrò arbitror res quoque à Constantino imperatore circiter quercum Mambre institutas persequi.

Est idem locus, quem nunc Therebinthum appellât, abestq̄ ab Hebron, quæ est ei ad meridiem finitima, stadia quindecim: ab Hierosolymis autem, circiter ducenta & quinquaginta. Quo in loco uerus dei sermo memorat filium Dei unâ cum duobus angelis ad Sodomorum euer-
Gene. 18. sionem missis Abrahamo uisum esse, prædixissetq̄ illi filium natum fore. Ibi tum indigenæ, tum Palæstini, qui longius absunt, tû Phœnices & Arabes quotannis æstate splēdidum conuentum ad hoc usque tempus maxima frequentia celebrant. Eoque comitant ad merces tum uendēdas tum emendās mercatores quàm plurimi. Nam ab omnibus festum in eo loco maximo studio agitur: à Iudæis quidem, & de patriarcha Abrahamo gloriantur: à Gentilibus autē, & angeli illuc apparebāt Abrahamo: à Christianis deniq̄, quod pio viro idem ille olim ibidem uisus est, qui posteris temporibus propter salutē humani generis natus ex uirgine, se mun-

se mundo palam ostendit. Omnes igitur hunc locum, prout singulorum poscit religio, colunt: quippe pars in eo preces Deo omnium moderatori fundunt: pars sibi angelos inuocant, libant uinum, thus denique, aut bouē, aut hircum, aut ouem, aut gallum sacrificant. Singuli enim, quod sibi charum & pulchrum ducunt, cum toto anni tempore sedulo nutruerint, illud ex uoto tum pro se, tum pro suis nuncupato, ad festi illius celebrationem referunt.

Omnes autem locum augustè uenerantur, quò calamitates, quæ ira Dei inferri solent, effugiant, neque rem habent illuc cum uxoribus, utpote quæ in festo illo pulchritudinis & maioris ornatus, si fortè spectari, aut aliquo exire ipsis contigerit, curam gerere consueuerint, neque ulli intemperantiæ generi se dedunt, idque cum omnes tabernacula habeant pariter locata, & somnum ac quietem promiscuè capiant. Est enim locus apricus, arabilis, & nullis uestitus ædificijs, præter ea duntaxat, quæ olim circa quercum fuere ab Abrahamo fabricata, & præter putesum ab eodem constructum. Tempore uerò, quo festum & conuentus celebratur, nemo ex illo puteo aquam haurit. Siquidem Gentili quodam ritu, alij lucernas accensas in eum imponere, uinum infundere alij, alij placentalas, alij nūmos, multi unguenta, aut incensos odores iniicere solent. Itaque aqua, ut uerisimile est, propter rerum iniectarum admitionem corrumpitur. Dum hæc isto modo à Gentilibus pro more non sine uoluptate geruntur, mater coniugis Constantini, quæ eò uoti causa fortè concesserat, imperatori nuntiat. Qui ut audiuit, episcopos Palæstinæ non mediocriter incusauit, tum quòd neglexerant officium, tum quòd locum uerè sanctum libamentis & uictimis impuris inquinari permiserant. Quam piè autem eos increparit, declarant literæ ab eo ad Macarium episcopum Hierosolymorum, & Eusebium cognomento Pamphilum, & alios Palæstinæ episcopos de hac re conscriptæ. Quinetiam imperat episcopis Phœnicæ, ut conueniant in unum, atque ara, quæ ibi ante steterat, funditus excisa, & statuis in ignem coniectis, ecclesiam dignam loci tum antiquitate, tum amplitudine exædificent: inque posterum prouideant, ut locus à libamentis ac uictimis u-

eius & purus seruetur, quo nihil aliud in eo, quam Dei cultus secundum ecclesie normam peragatur. Quod si quispiam veterem ritum ibi renouare aggrediatur, ut episcopi ipsi indicarent, uti grauisimo eum coerceat supplicio. Præfides igitur ecclesie, & Christi sacerdotes his imperatoris literis de officio admoniti, mandata eius re ipsa conficiunt.

Quomodo idolorum delubra euerterit, ac inde populorum animos magis ad colendum Christum impulerit. CAP. III.

Quoniam autem multi populi & vrbes in toto imperio adhuc inane illud in statuis colendis institutum reueriti veneratiq̄ue, fidem Christianam auersabantur, atque antiquitatis, consuetudinis patriæ, & veterum fæstorum magnam curam habebant, idcirco necesse imperatori videbatur, subditos suos ita instruere, ut deos, quos ante coluerant, cõtemnerent: idq̄; per facile esse, si modò primum omnium eos ad delubra, & simulachra in eisdem locata aspernanda assuefaceret. Ei autem ista instituenti militum manu nõ erat opus: siquidẽ Christiani in palatio educati, cum literis imperatoris vrbes peragrantes, eius decreta perfecerunt. Nam populi, sibi, liberis, & vxoribus metuetes, ne quid incommodi, si resisterent, acciperent, se quiete gesserunt. Aeditui verò & sacerdotes populi subsidio nudati, monumenta, quæ in maximo precio habebant, & simulachra, quæ vocantur ἱεροπέτρῃ id est, à Ioue delapsa, protulere: suaq̄ue sponte ex aditis, & occultis fanorum recessibus ea produxere: adeo ut ad ea loca, quæ inaccesa, & solum sacerdotibus nota erant, iam de reliquo omnibus pate-ret aditus. Rursus statuarum, quæ ex pretiosa materia constabant, resque aliarum, si modò aliquid in illis resideret, quod vsui esse posset, igni probatarum sunt, pecuniarq̄; inde cõfectæ in commune collatarum. Simulachra autem ex ære mirandum in modum fabricata vndiq̄; Constantinopolim ad eam ornandam cõportata, quæ adhuc etiam partim in plateis, partim in circo, partim in regia stant: ex quorum numero sunt
Pythiæ

Pythiæ Apollinis vatis simulachra, & ea, quæ musas Heliconiades representant, tripodes quoque qui in Delphis erant, & Pan ille multorum ore celebratus, quem Paulanus Lacedæmonius, & ciuitates Græciæ post bellum contra Mædos gestum dedicarunt. Quod ad delubra attinet, nonnulla eorum ianuis, alia testis nudata, quadam, quæ fortè neglecta erant, sua sponte ruerunt, & solo æquata sunt. Per id temporis etiam fanum Aesculapij, quod Aegis (id est oppidum Siliciæ) & fanum Veneris, in Aphacis circa mortem Libani & Adonim fluuium situm, diruta & funditus delata. Erant ambo quidẽ fana illustrissima, & magna veneratione à veteribus dignata: quandoquidem Ageatæ gloriabantur hominum corpora apud se, vi & potestate dæmonis noctu ibi apparentis, medicinamque illis facientis, morbis liberata esse. In Aphacis autem memorant ignem per quandam inuocationem certo die, tanquam stellam à summo vertice Libani percurrentem, in vicinum fluuium se immerfisse: quem ignem Vraniam (isto enim nomine nuncupabant Venerem) esse dixerunt. Quibus rebus ad hunc modum cõfectis, institutum, quod imperator moliebatur, processit ex sententia. Nam Gentiles, cum simulachra quæ ante & venerari & reuereri consueuerant, iam per contemptum hic illic proiecta, & stipula ac sordium congerie farcita viderent, ceperunt veteres suos deos despiciatui ducere, & maiorum suorum errorem magnopere incusare. Quapropter alij, qui Christianos honoris causa sibi ab imperatore tributum beatos putabant, ritum imperatoris sibi necessariò sequendum existimarunt: alij, qui se in deliberando de religione Christiana attentiùs defixerant, vel signis vel somnijs, vel episcoporum aut monachorum cõgressu inducti, fidem Christianam recipere commodissimum sibi cõsueuerunt. Ex quo quidem tempore populi ac ciuitates sua sponte à vetere suo instituto desciuere. Nam nauale vrbes Gazæ, quod Maïman appellant, quodque valde superstitioni deditum esse, & ante veteres ritus in dijs colendis cum primis admirari consueuerat, subito vniuersum ad religionem Christianam conuersum est. Cuius habitatores, quò eos pietatis causa remuneraretur, magno honore affecti, & locum illud, qui ciuitas non erat, ciuitatem effecit, & nomine filij

fili, qui summū inter filios honoris gradum obtinuit Constantiam nuncupavit, illamque dignitatem propter religionem ei tribuit. Simili etiam de causa Constantinam, urbē Phœnicia; imperatoris nomine appellatam cognouit. Sed singula literis persequi magni laboris esset. Nam alia vrbes quam plurimæ eodem tempore sua sponte ad religionem Christianam se transtulere, & suapte voluntate, absq; vlllo imperatoris mandato, sana, quæ erant apud se, & simu lachra deturbauere, sacrasque extruxere ecclesias.

Qua occasione Christi nomen, Constantino rerum patiente, in orbem vniuersum propagatum sit.

CAPVT V.

CVM verò ad hunc modum per vniuersum imperium Romanum se dilaret ecclesia, Christiana religio etiam ad ipsos Barbaros peruasit. Nam gentes circa Rhenum accolentes, fidei Christianæ se dederunt. Celta; item & populi Gallia; vltimi, qui proximè ad Oceanū habitant, Gotthi etiam, & gentes illis finitimæ, quæ antè ad ripas istri habitauerant, iam pridem fide in Christum recepta, se ad cultum & humanitatem ciuiliorem cōuerterant. Causa autem, cur omnes ferè Barbari Christianam religionem amplecti cōperint, fuisse bella variis temporibus, vt pote regnante Galieno, & imperatoribus, à quibus ei successum est, à Romanis, & exteris hominibus administrata. Nam cum infinita ferè & promiscua multitudo gentium, ex Thracia in Asiam traiecisset, eamque incursionibus factis occupasset, aliique Barbari in aliis locis Romanis sibi finitimis idem præstitissent, multi sacerdotes Christi pariter captiui à Barbaris abducebantur. Qui quidem cum homines in illis locis morbis afflictatos sanarent, & dæmonibus occupatos solo nomine Christi, filii Dei, inuocato liberarent, & sincerū præterea ac pium vitæ genus colere, & virtutum præstantia obrestatorum ora penitus obturare viderentur, Barbari eos cum vitæ, tum factorum admirabilium causam magnopere admirati, & eos valde prudentes esse, & se, si tam præstabiles hominum mores imitarentur, numenq; diuinum ad eorum exemplum colerent, Deum sibi propi-

propitium habituros. Itaque ab illis, quid sibi agendum sit, doceri constituunt: discunt fidei nostræ præcepta, baptismum recipiunt, & conuentus more Christianorum celebrant.

Quomodo Iberi in Christum crediderint.

CAPVT VI.

EOdè Imperatore regnate, fertur Iberes ad Christi fidem deductos esse. Est hæc quidè gens Barbara, robusta, & bellicosissima: Armeniam interiorem incolit versus Septentriones, Hanc fama est suasu mulieris Christianæ captiua; patriam & auitam religionem deseruisse: quæ mulier, quoniam fidei & pietatis plenissima erat, idcirco cum apud exteros ætatem ageret, nihil de cōsuetudo vitæ genere remisit, sed ieiunare, noctes diesque præcari, Deo laudibus gratias agere continuo solita est. Barbaris autem sciscitantibus ab illa, quorsum eiusmodi subiret molestias, respondet verè & ex animo, Christum filium Dei ita coli debere. At illis & nomen illius, quem colebat, & cultus ac religionis modus valde peregrinus visus est. Forte fortuna adolescentulus ibi grauitè ægrotare cœpit: quæ mater per singulas aedes circunferens, ostendit. Nam istud facere in more positum erat Iberibus, ad eum finè, vt si quis fortè reperiretur, qui morbum aliquem curauisset, eius opera alii eodem morbo laborantes facile sanarentur. Vbi verò adolescentulus à nemine posset curari, deferretur ad captiuam. At illa, medicamenta, inquit, vel ex vnguentis, vel ex emplastris confecta neq; scio, neque eorū vsum experientiam me teneo, sed credo, o mulier, Christum, quem colo, verum illum & præpotentem Deum, filium tuum sanaturum. Statimque vt est pro adolescentulo præcata, cum iam iam mori expectaretur, morbo liberatus est. Haud longò post tempore, regis illius gentis coniugem, quæ iam erat morbo insanabili interitura, simili ratione ad integrā valetudinè restituit, Christū cognoscere docuit, eū largitorè sanitatis, vitæ, & regni, omnium deniq; dominū esse declarauit. Regina igitur, ea re, quæ sibi accidisset inducta, verba captiua; vera esse credidit, estq; religionè Christianā amplexata, & magno in honore mulierè habuit. Rex autè & valetudi-

valetudinem tam cito restitutam, & miraculum fidei simul admiratus, rogat causam à coniuge: quam cum didicisset, iubet captiuam donis remunerari. At horum, inquit regina, ei, licet valde pretiosa sint, nulla cura est. Nam solum Dei sui cultum magno aestimat. Quòd si igitur illi volumus gratificari, & tutò atque adeo præclare ætatem degendi studio ducimur, age, nos quoque Deum illum præ potentem veneremur, qui & seruator est, & reges, si ei libitum sit, in eo honorum gradu, in quo sunt, manere facit: & rursus potest perfacile ex magnis viris, abiectos, & ex ingloriis illustres efficere, & eos, qui rebus asperis affligantur, eripere. Quæ cum sæpius præclare apud Regem commemorasset, rex tamen incipiti distrahebatur cogitatione, non tamen induci potuit ad credendum: quando quidem & rei nouitatem suspectam habuit, & uitam religionem admodum reueritus est. Non ita diu post, in Syluam vnà cum suis ad venandum proficiscitur. Vbi de improviso caligo densissima, & crassus aer illis vndique circumfusus, cælum solemque obscurauit. Ibi tum singuli sibi metuentes, ab se inuicem dissipati sunt. Rex autem solus oberrans, quemadmodum solet euenire hominibus, quorum animi in rebus arduis perplexi hærent, de Christo cogitare eumq; Deum esse existimare cepit, & imposterum illum colere prorsus animum induxit, si modo ex periculo, in quo constitutus erat, euaderet. Dum ista animo agit, caligo subito discussa est, & aer in serenitatem mutatus. Itaq; solis radiis per syluam diffusis, inde emerfit. Ac cum id, quod sibi obrigerat, cum coniuge communicasset, accersit ad se captiuam, quo modo Christus sit colendus, docere iubet. Quæ cum regi exposuisset ea, quæ mulieri fas erat vel dicere, vel facere, ille conuocatis subditis, diuina beneficia, quæ tum sibi, tum coniugi accidissent, palam cõmemorat. Et quanquam mysteriis religionis Christianæ nondum erat initiatus, Christi tamen doctrinam subiectis impertit, & omnibus communiter Christum colere persuadet, ipse quidem viris, coniunx autem vnà cum captiua mulieribus. Ac breui post communi totius suæ gentis consensu ecclesiam ædificare parat. Vbi verò parietes templi vndiq; erecti sunt, suppositis machinis, columnæ etiam tolluntur in sublime,

8c

& in basibus firmè locantur. Fertur tamen, prima & secunda erecta, tertiam columnam perdifficilem fuisse, ad loco suo statuendū neq; peritorum artificū opera rectè locari, neq; hominum viribus, quanuis multi in ea in altum subuehenda laborarent, in suum locum induci potuisse. At cum nox aduentasset, & captiua sola (nam tum ceteri omnes, tum rex imprimis, inde animo anxio & conturbato decesserat) ibi totam noctem vigilans, Deum enixè præcata esset, columnas facile erectas fuisse. Nam quæ ad mediam altitudinem erecta erat, obliquè suspensa hærebat, pedeque in solo fixo manebat immobilis, idque non alia de causa, quam vt liberum in Deum fides multò magis inde, quam ex antegressis miraculis confirmaretur. Nam cum prima luce ad ecclesiam accederent, columna, quæ pridie eius diei steterat immobilis (res planè admirabilis & somnio similis) erecta quidem iam videbatur, sed exiguo tamen interuallo interiecto supra basim suspensa manebat. Quam rem omnibus cum stupore admirantibus, & Christum verum Deum consentientibus, columna in conspectu eorum suoque nutu pedentim delapsa, in basi, perinde ac si arte factum fuisset, se ipsam desigebat. His confectis rebus, reliquæ columnæ facile erectæ sunt, Iberesque quod restabat operis, alacrioribus animis absoluerunt. Itaque ecclesia studio accurately ædificata, captiua admonitu, mittuntur legati ad Constantinum imperatorem Romanum, societatem & foedera cū eo facturi: petituriq; pro his rebus sacerdotes, qui ad suam gentem docendam mittantur. Cum autè imperatori exposuissent, & quæ apud ipsos accidissent, & quo pacto vniuersa gens sedulo admodum Christum coleret, eorū legatione vehementer delectatus est. Qui cum omnia, quæ volebant, perfecisset, eos dimisit. Ad hunc modum Iberes fuere ad fidem in Christum inducti, & eum adhuc permagno studio colunt.

Quomodo Armeni & Persæ Christianæ religioni sese dediderint. CAP. VII.

DEinceps, autem religio Christiana ad gætes finitimas permanauit, et in multos diffusa est. Armenios autem iam antea se ad fidem Christi recepisse accepi. Nā fertur Terida,

Teridatē, qui tum huic genti præerat, admirabili quadā & diuina uisione, quæ circa illius ædes fortē apparuerat, hō modo ad Christianam religionem uocatum esse, uerū etiā edito oribus subiectis imperasse, ut fidei Christi se addicerēt. Postea uerò ad vicinas gentes eadem peruasit religio, & ad multos uagata est. Quod ad Persas spectat ex illis initio Christianos arbitror factos fuisse nōnullos, qui propter cōsuetudinem, quā habebant cum Osroenis & Armeniis, in colloquiū, ut uerisimile est, cum diuinis uiris, qui ibi erāt, uenerant, & uirtutis eorum periculum fecerant.

De Sapore Persarum rege, quanto contra Christianos odio exarserit, & Symione Persidis Episcopo, & VS Ithazane Eunuchō, quā strenuē martyriū certamen peregerit.

CAP. VIII.

Cum autem tempore progrediente numerus eorum uehementer cresceret, adeo ut conuentus agere, & sacerdotes ac diaconos habere cœperint, hæc res non mediocriter offēderat animos Magorum, qui uelut tribus aliqua aut sacerdotalis stirps successionē quadam religionem Persarum inde ferē ab initio administrauerant. Iudæos quoque permagna affecit molestia, qui præ inuidia naturaliter quodammodo ipsis insita religioni Christianæ semper infensi esse solent: & ob eam causam Symeonem id temporis Seleuciæ, & Ctesiphontis, urbis in Perside primariæ archiepiscopum, cœperunt apud Saporem tum regem Persarum accusare, quod imperatori amicus esset, quodque ei res Persarum proderet. Quorum calumniis persuasus Sapore, primo omnium tributis immoderatis eō affigit Christianos, quod ipsorum quā plurimos uoluntariam egestatem excolere norat. Deinde uiris difficilibus & inhumanis illorū tributorū exigendorū potestatem dat, quō & inopia pecuniæ, & exactorum feritate coacti, suam religionem aspernari inciperent. De qua uere summo opere ab eo laboratū est. Post hæc sacerdotes & ministros dei, gladio trucidari, ecclesias dirui, earū thesauros ac monumenta in publicum proferrī, & Symeonem, ut regni

regni Persarum, & religionis proditorem adduci iubet. Itaque Magi ope Iudæorum, qui in ea re eos alacri animo iuuabāt, ecclesias demoliuntur: Symeonē cōprehensum, & catenis ferreis uinctum ad regem deducunt. Qui se ibi & spectatum & strenuum uirum præstitit. Nam cum Sapore eum, ut daretur in quæstionem introduci iussisset, neque ueritus est quicquam, neque regem adorauit. Quare grauitè commotus rex, sciscitatur quid sit causa, cur iam neutiquam ipsum adoret, cum ante id fecisset. Cui Symeones, non antè, inquit, deductus eram ad uerum deum prodendum, & propterea non recusabam debitos honores regi præstare: at iam idem ipsum facere fas non est. Nam iam pro pierate & nostra religione decertaturus uenio. Quæ cum dixisset, iubet rex, ut solem adoret. Quod quidem si facere uelit, pollicetur se ei multa daturum munera, & in magno honore habiturum: sin autem detrectet, & illum & uniuersum Christianorum genus è medio sublaturum minatur. Vbi uerò Symeonem neque minis terere, neque promissis flectere posset, sed uirili & constanti animo affirmantem se nunquam uel solem adoraturum, uel suam ipsius religionem proditurum audiret, iubet in uinculis aliquamdiu teneri, ratus, ut uidetur, eum uelle respiscere. Quem in carcerem deductum conspicatus Vsthanes senex, eunuchus, educator Saporis & in familia regia principem locum obtinens, confurgens (sedebat fortè pro foribus palatij) eum honorificè salutat. At Symeones uerbis illum contumeliosis increpare, & bile incensus, uociferari cœpit: atque auerso uultu ideo præterijt, quod cum esset Christianus paulo ante uic coactus, solè adorauerat. Quare Vsthanes eunuchus fundere lachrymas, ingemiscere, uestem splendidam, qua erat indutus, exuere, & tanquam homo in luctu constitutus, nigram circumjicere cœpit: pro portis regia sedet, lamentatur, plorat cū gemitu, sicque ait: heu me miserum, qualem erga me deum fore debeo expectare, quem iam dudum denegauimus? Nam ob hanc causam Symeones, ne uerbum mihi loqui dignatus, sic ore auerso prope prætergressus est. Vbi ista relictus Sapore, illum accersit, rogat causam luctus, & eque illi in uerbis obtigisset calamitas. Cui Vsthanes,

E in hisce

SOZOMENI HISTOR.

in hisce ædibus, inquit, o rex, nihil mihi accidit infortunil. Utinam enim pro eo, quod mihi contigerit, in omnia alia calamitatum genera incidissem: quippe id quidem certè fuisset toleratu multò facilius. Tam verò lugeo, quod manes in vita, quodque cum dudum mori debuissem, adhuc tamè solem videam, què, quò tibi gratificarer, non reuera ex animo, sed specie solù simulata adorauerim: adeo ut vtraq; de causa mortè meritis sim, tū q̄ Christi proditorè, tū q̄ vete ratorè erga te meipsum ostèderim. Quæ cū dixisset, celi & terræ opificem Deū cū iureiurando testatur, se in posterū de ea sententia nunquā destitutum. Sapores autem incre dibilem Eunuchi mutationem vehementer admiratus, grauiore quidem iracundia in Christianos exarsit, perinde quasi illi præstigijs hanc rem confecissent: sed tamen misericordia erga senem commotus, modò mansuetū, modo ferum se in illum ostendit: atque omnibus viribus laborauit, ut de sententia deduceret. Vbi nihil profecit, constanter asseuerante Vst hazane se nunquā tam stultum fore, ut pro omnium conditore Deo res ab eo conditas colat, tum ira inflammatus, mandat caput ense ceruicibus abscindi. Ad quod supplicium à licitoribus deductus Vst hazanes, orat eos, ut paulisper expectent rem enim se animo tenere, quam regi significare velit. Vocato igitur ad se eunuchosibi fidelissimo, iubet ista Sapori nuntiare. Quam tandem benevolentiam ab ineunte adolescentia ad hoc vsque tempus, o rex, erga tuam familiā præstiterim, & quanto studio cum patri tuo, tum tibi inseruierim, nullis videt egere testibus, apud te præsertim, qui hæc fatus exploratè cognita habeas. Quare pro omnibus officijs, quæ in vos aliquando tam beneuole contulerim, hoc mihi vnum, velut remunerationis loco cōcede, ut his qui me ignorat, nō videar tanq̄ infidus erga regnum tuum, aut in aliquo maleficii genere deprehensus, istud supplicium subire. Et quò hoc pateat omnibus, fac præco palam prædicet, caput Vst hazani amputatum esse, non quòd improbitatis cuiusq̄ in palatio ab ipso admisæ conuictus sit, sed q̄ sit Christianus, & Deum suum, quò regis voluntati morem gereret, negare noluerit. Atque ista quidem regi nuntiavit eunuchus. Sapores autè eadem sicut Vst hazanes postulauerat, præconem prædicare iubet.

ECCLESIAST. LIB. II. 34

iubet. Nam ratus est alios prompto ac parato animo de religione Christiana descituros, si certiores fierent, nemini Christiano misericordiam tributā fore, quippe cum Vst hazanes senex, educator regis, ei familiaris, & beneuolus etiā esset interfectus. At Vst hazanes ad alium finem supplicij sui causam prædicari tam impense desyderauit: siquidè cogitauit, quod sicut quando timore perterritus Solem adorabat, multis Christianis metum iniecerat, sic iam non pauciores ad suam animi magnitudinem & Constantiā imitandam incitaret, si modò intelligerent, eum pro religione Christiana trucidatum fuisse.

De Christianis in Persia à Sapore neci datis, ac pri mum Vst hazane, Abedechalaa, & Anania.

CAPVT IX.

HOC modo Vst hazanes vitā, quā hic in maxima gloria traduxerat, deseruit. Symeones autè de eius morte in carcere certior factus, Deo gratias pro illo egit. Postridie eius diei, qui erat sextus dies hebdomodæ, in quo ante celebrè diè festū resurrectiōis, memoria salutaris Christi passionis quotannis recolit solet, decernit rex, ut Symeones gladio feriat. Nam antè denuò è carcere deductus ad regè, forti & magno animo cum Sapore de fide Christiana disseruit, & neque illum, neque Solem adorare voluit. Eodem die centum alios quoque, qui erant in carcere, rex itidem obtruncari iubet. Ad extremum Symeonem, cum cæterorum omniū mortem oculis aspexisset, trucidari. Horum pars episcopi, pars presbyteri, pars ex alio clericorum ordine fuerunt. Cum omnes ad locum, in quo erant necis supplicium subituri, deducerentur, princeps Magorum percunctatur ab illis, vtrum velint viuere, & eandem cum rege religionem colere, Solemque venerari. At vbi nemo eorū his conditionibus vellet in vita manere, rectā ad locum, in quo erāt securi feriendi, deducuntur. Ac dū lictores in opus incumbunt, & in eade martyrum occupantur, Symeones astans illis, dum interficiuntur, iubet bono animo esse, verbaque apud eos facit de morte, de resurrectione,

SOZOMENI HISTOR.

de pietate, & testimonijs ex sacris literis depromptis confirmat ita mori, esse verè viuere, atque præ ignauia deũ prode, esse verè mori. Eos enim, etiam si nemo ipsis necem afferret, breui morituros: quandoquidem à nemine in hæc lucem edito hic finis vitari potest. Post mortem verò ea, quæ sunt æterna, non eodem modo omnibus euentura, sed singulos velut trutina quadam examinatos, accuratam vitæ antè actæ rationem reddituros, & hos pro rectè factis præmia percepturos immortalia, illos pro maleficijs poenas sempiternas luituros: denique pro deo velle mori esse in bonis summum, & rem multo beatissimam. Dum ista Symeones dicendo percurreret, & tanquam magister gymnasij præciperet quo modo in certaminibus se gererent, singuli aures attentas ei præbentes, ad necem cupidè gradiebantur. Lictor autem, postquam centum illos interemit, postremo in loco Symeonem obruncauit, atque Abdechalaam, & Ananiam vnâ: ambos senes, presbyteros ecclesiæ, cuius Symeones erat episcopus, pariter cum illo & comprehensos, & in vincula coniectos.

De Pusice opificum Saporis præfecto, & filia eius & Azade martyribus.

CAVTT X.

Eodem temporis momento Pusices præfectus omnium regis artificum, ibi fortè stans, cum videret Ananiam, cui iam cædes parabatur, contremiscentem, paulisper, inquit, ò senex, oculos occludito, & bono animo esto. Nâ statim lumen Dei videbis. Vix est hæc locutus, cum comprehensus est, & ad regem deductus. Atque cum esset se Christianum confessus, quoniam libero ore apud regem pro religione Christiana, & pro martyribus verba fecerat, idcirco quasi aliquid nefas dixisset, dabatur lictoribus mandatum, vt admodum peregrino & crudeli in primis mortis genere afficeretur. Lictores igitur collo eius circa tendinem perforato, illac linguam extrahunt. Porro autem eius filia virgo, falsò à quibusdam in crimen vocata, comprehenditur, eodemque temporis articulo occiditur. Sequenti anno, eo ipso die, quo memoria passionis Christi recolitur, cum iam celebris dies festus resurrectionis expectaretur,

exijt

ECCLESIAST. LIB. II.

35

exijt edictum Saporis crudelissimum in vniuersam Persidem, quod iubebat vt omnes, qui se confiterentur Christi anos, morti addicerentur. Quo quidem tempore multitudine Christianorum, quæ ne numerari quidem potest, securi percussa est. Siquidem Magi ex urbibus & vicis, in quibus latitabant, summa cum diligentia eruerunt. Nonnulli autè sui inducta voluntate, nemine eos ducente, se ipsi ideo indicarunt, ne silentio Christum denegare viderentur. Ac dum omnes, qui erant Christiani, morte multarentur, plurimi etiam, qui in ipso palatio ætatem egissent, mactati sunt: in quorum numero erat Azades eunuchus regi longè charissimus. Quem cum Saporis interfectum accepisset, incredibilem animo dolorem hausit, hæcque communè eadem sedauit, atque solos religionis nostræ doctores traditari iussit.

De Tarbula Simeonis sorore, & eius æ aliarum duarum martyrio.

CAV. XI.

Per idem tempus regina in morbum delapsa, Tarbula, soror Symeonis episcopi, sancta virgo, simul cum ancilla idem vitæ genus colente, & sorore eius, quæ post viri mortem abstinuit à nuptijs, & eandem viuendi rationem tenuit, comprehenditur. Causa autem, cur hæ mulieres fuerint comprehensæ, fuit falsa criminatio à Iudæis in eas conficta, quòd videlicet ob mortem Simeonis irata, venena reninæ insidiosè parassent. Regina verò (solent enim agrotantes malis omnibus facillè aures accommodare) calumniam veram esse, & maximè quidem, quòd erat à Iudæis obiecta, existimauit. Nam eiusdem erat cum Iudæis opinionis, ad eorum morem vitam instituebat, & veraces illos, sibiq; maxime beneuolos putabat. Magi igitur Tarbulam & reliquas duas arreptas, morte condemnant. Ac cum serra diffectas patibulis suffixissent, effecerunt, vti regina spatium inter patibula intermissum transfiret, perinde quasi morbus eo pacto depelleretur. Fertur hæc Tarbulam forma valde liberali & honesta fuisse, Magum quendam eam deperisse, mercedemq; vti cum illa rem haberet, clam misisse: promissæ

E iii deniq;

ex epist
pudicijs

denique, si vellet ipsius parere libidini, tum eam, tum socias salvas fore. At illam hanc turpitudinem ne audire quidem voluisse, sed nuntios verbis contumeliosis excepisse, intemperatiæ crimen cum probro illis obiectasse: se multo libentius velle mori, quã virginitatem prodere respondisse. Porro cum edicto Saporis ratum esset, uti supra demonstratum est, ut soli sacerdotes & doctores fidei Christianæ comprehenderentur, Magi & eorum principes totam Persidem obeuntes, episcopos et sacerdotes grauibz afficiunt in commodis, cum in aliis locis, tum maximè omnium in Adiabenorum regione, quæ est pars Persidis tota fidei Christianæ dicata.

De sancti Acepſima martyrio, & alijs qui cum eo mortem oppetebant.

CAP. XII.

SUB idem tēpus Magi Acepſimã quoq; episcopũ, & cõplures ex eius Clericis vnã quidẽ comprehendunt: sed cũ antistitẽ, velut prædam per infidias cepissent, eo contenti, ceteros, direptis illorũ bonis, dimiserunt. At verò Iacobus quidam presbyter Acepſimã sua sponte sequitur, & potestate à Magis postulata, in eundẽ carcerẽ cũ eo cõcludit: eiq; vtpote ætate valde prouectõ lubẽs, inseruit, subleuat, quantũ potest, eius calamitates, & plagarum vibices fanat. Nam paulõ post quã erat comprehensus, magi loris crudis, quõ solem adorare cogent, cum acerbẽ verberant: Sed vbi non cesserit, rursus cõjiciebãt in vincula. Per idem tempus Acithalas etiam & Iacobus presbyteri, Azadanes & Abdiesus diaconi ob Christianam religionem in carcere iacuerunt, crudelissime à Magis cæsi. Multo autem iam dilapso tempore, princeps Magorum cum rege de illis communicat: atq; nactus potestãtẽ eos pro arbitrio suo torquẽdi, nisi solẽ adorarẽt, mandãtum Saporis illis, qui in carcere tenebantur, significauit. Atque simul ut respondissent se nunquam prodituros Christum, neque solem adoraturus, adeo crudelibus tormentis illos cruciauit, ut Acepſimas in fidei confessione fortiter perſtans, mortẽ obierit. Cuius reliquias quidã ex Armenia, qui obsides erãt apud Persas, tumulto cõdidere. Alii autẽ, licet nõ minus acerbẽ, quam

quã ille verberati, præter omniũ opinionẽ in vita mãserũt, qui cũ in eadẽ perſeuerãtẽt sententia, in carcerẽ denuo conpinguntur. Quorũ de numero fuit Acithalas, cuius brachia inter vapulandũ sic vsque ab humeris violenta extensione diuulsa & enernata fuere, ut manus tanquam mortuæ inde penderent: quo factum est, ut alij cibum illius ori admouerent. Isto Sapore regnante, infinita multitudo presbyterorum, diaconorum, monachorum, sanctarum virginum, & aliorum, qui in ecclesiarum ministerio versabantur, & erga religionem præclare animo affecti erant, egregia piæ vitæ testimonia dedit. Episcopi autem, quos accepi mortem in hac persecutione appetuisse, sunt Barbasymes, Paulus, Gaddiabes, Sabinus, Mareas, Mocius, Ioannes, Hormisdas, Papis, Iacobus, Romas, Maares, Agas, Bochres, Abdas, Abdiesus, Ioannes, Abramius, Agdelas, Sabores, Isaac, et Dausas, qui à loco quodã, qui Zaudæus dicitur, à Persis captiuus abductus fuerat, & illo tēpore pro fide Christiana morte multatus, vna cũ Mauream de Chorepõ & clericis, qui in eius dicecesi erant, numero plus minus ducentis quinquaginta, qui comprehensi à Persis & captiui abducti fuerant.

De Millis episcopi martyrio, & eius vita, & quãdã Sapore sedecim hominum milia qui nominatim recesserant, præter aliorum innumerã multitudinem martyrio tradidit.

CAP. XIII.

PER id temporis etiam Milles martyrio occubuit, qui primũ apud Persas militauerat, postea autẽ, relicta militia, vitæ genus planè apostolicũ excolere cepit. Fertur illũ, cũ esset episcopus vrbs cuiusdã in Perside creatus, multos sæpenumero cruciatus perſeſsum esse, verbera etiã & distractiones membrorum pertulisse. Ac cum meminim in ea ciuitate posset ad fidem Christianã traducere, agrẽ & iniquo animo ferentẽ, ciuitatẽ execratũ esse, indeq; decessisse. Nõ longo post tēpore, cũ primarij viri illius vrbs in regem peccassent, exercitũ cũ trecentis elephantis eõ profectũ, vrbe euertisse, & velut agrum colentes, in ea sementem

fecisse. Millem verò peram solum, in qua sacratum euãgeli-
 orum librum habebat, secum gestantem, Hierosolymam
 precatù se contulisse: indeq; in Aegyptù ad visendos mo-
 nachos, qui ibi xatè debebāt, concessisse. Quæ autè, quãq;
 admirabilia & quã diuina facinora ab isto Mille edita fue-
 rint, testes sunt Syri, qui eius res gestas & vitã literis prou-
 derunt. Mihi certe satis visum est hæc de eo & de his, qui in
 Perside, regnante Sapore, martyrio obierunt, hæcenus dis-
 seruisse. Nam tormenta illis inflicta, aut quinam fuerint,
 ex quò loco, aut quo genere cruciamentorum martyrio
 defuncti sint, aut quibus supplicijs affecti, vix à quoquam
 percenseri potest, quippe cum tam varij cruciandi modi à
 Persis tanto cum studio ad crudelitatem inuenti fuerint.
 Verùm vt summatim dicam, fertur viros ac mulieres, quo-
 rum nomina recensentur, martyrium id temporis per-
 tuisse ad numerum sedecim millium: at multitudinem eo-
 rum, qui præter hos trucidati sunt, ne numero quidem cõ-
 prehendi posse, & propterea perdifficile visum esse Persis,
 Syris, & incolis Edeffe, qui multum de hac re laborabant,
 illorum nomina percensere.

*Quomodo Constantinus Saporì scripserit, vt à
 Christianorum cade temperaret.*

CAP. XIII.

POSTea verò quàm erat Constantino nuntiatum, Chri-
 stianos in Perside tam acerbè afflictatos, dolebat admo-
 dum & vehemèter angebatur: atq; cù illis opè ferre ni-
 teretur, nõ tamè habebat, quid ageret, quò vitã securã et trà-
 quillã degerent. Accidit fortè, vt eodè tempore legati à re-
 ge Persarum ad ipsum accederent, quibus postulata con-
 cessit, & voti compotes dimisit. Iam verò sibi opportunum
 tempus oblatum arbitratus, Christianos in Perside Saporì
 commendandi, scripsit ad eum se gratiam ingentem immè-
 sanique illi habiturum, si erga illos, qui in ipsius ditione
 fidem Christianam profiteantur, se benignum velint osten-
 dere. Nam religionis modum minime culpandum esse: Si-
 quidem solis incruentis votis contenti sunt ad placan-
 dum Deum, cui effusio sanguinis nevtiquam grata accep-
 tãe

tãe est, cum solo puro animo, cuius acies in virtu-
 tem & pietatem intenditur, delectari solear. Ac propte-
 rea eos, qui ita crederent, iure laudandos esse. Pollicetur
 præterea, si huic religioni prouidere velit, deũ ei propitiũ
 fore: proque argumento vitur rebus, quæ tum Valèriano
 tum sibi ipsi obũgissent. Se nanque propter fidem in Chri-
 stum diuina ope roboratum, vniuersum imperium Roma-
 num, exorsum ab Oceano ad solis occasum vergente, in
 suam potestatem redegit: multa bella contra externos pro-
 sperè gessisse, tyrannos profligasse, atque ad eam rem neq;
 victimas, neque diuinationes requisuisse, sed ad victoriã
 consequendam signum crucis, quod suas copias antecede-
 bat, & vota sanguinis ac fordium expertia, satis sibi attulit
 se subsidij. Valerianum autem tantisper imperium feliciter
 administrasse, dum ecclesias nullis afficiebat incom-
 modis. Verùm simul vt constituerat Christianos persequi,
 ira diuina exagitarum esse, & à Persis subiugatum: Captiuũ
 denique ab eisdem abductum, miserandum in modũ intre-
 rijisse. Hęc scripsit ad Saporè Cõstantinus, quò eius animũ
 beneuolũ erga religionem Christianam redderet. Nã sum-
 mæ ei curæ fuit, vt salutem Christianorum vbique, seu Ro-
 mani illi, seu exteri fuerint, sedulò prouideret.

*Quod Eusebius & Theognis Arijs fautores, ex-
 hibito libello quòd Nicæno concilio assenti-
 rentur, suas vterque sedes recuperarunt.*

CAPVT XV.

HAud ita diu post conciliũ Nicenũ, Arius, qui eiectus
 fuerat in exiliũ, reuocatus est: Sed tamè Alexandriam
 ingredi adhuc prohibitus. At post, vt suo dicitur lo-
 co, reditus in Aegyptũ ei quorũdã labore ac studio patefa-
 ctus. Nec multũ iã tẽporis intercesserat, cù Eusebius epis-
 copus Nicomedia, Amphione, qui in eius locum susceptus
 fuerat, eiecto, & Theognis Nicææ episcopus, cuius sedem
 Chrestus obtinuerat, suas ecclesias recuperarunt. Nã reuo-
 cari sũt, oblato episcopis penitentiæ libello, qui se habet ad
 hũc modũ. Tamen cù antea à vestra sanctitate essemus cõ-
 demnati, nostrum fuisset ea, quæ fuerant à vobis iudicata,

E v tacitè

facitè & cum silentio tulisse, tamen quoniam absurdum erat, vt quæ essent nobis à calumniatoribus obiectata, iacere in silentio pateremur, id circo vobis significauimus, nos fidei decisioni cōsensisse atq; vi & notione verbi *ἁποστόλου* diligēter ponderata, paci nos totos addixisse, & nullū errorē secutos esse, sed tū quò ecclesiarū securitati prouidē cōsuleretur, ea, quæ in nostrā cogitationē venerant, vobis suggestisse, tū quò illos, qui nostro cōsilio & sententia acquiescere deberent, certa persuasione confirmaremus, fidei illi subscripsisse. Anathemati autem Ario à concilio denunciato, non ob eam causam non subscripsisse, quòd fidem illam inculsaremus, sed quòd diffideremus, eum eius generis hominem fuisse, qui erat accusatus præsertim cum ex illis, quæ priuatim ad nos ab eo tum per epistolas relata erant, tum per eius conciones coràm habitas declarata, pro certo essemus persuasi, ipsum longè alium esse. Quòd si sanctum concilium nostris verbis voluerit fidem adhibere, illa, quæ vestro iudicio decreta sunt, non contradicendo impugnare, sed consentientibus animis confirmare decreuimus, & hoc libello consentum illum roboramus: non huc inducti, quòd exilium grauitè & iniquo animo ferimus, sed quòd libenter cupimus erroris vitare suspicionem. Nam si nos in vestrum conspectum venire permittatis, cōperietis nos vestris decretis omnino suffragaturos. Et quoniam vestræ reuerentiæ visum est, illum, qui istarum rerum reus agitur, humanitus excipere, ad vos accersere, est planè à ratione alienū, vt qui crimine tenetur implicatus, accersatur, illisq; quæ ei obiiciuntur, respondeat, nos autē reticendo nosmetipsos culpæ cōuincere videamur. Ne grauemini igitur, sicut vestrā decet reuerentiā quæ tam propensa semper ad misericordiā esse solet, sanctissimū nostrum imperatorē de nobis in memoriā redigere, nostra postulata illi exponere, & maturè ea quæ sunt prudētia vestræ cōsentanea, de nobis statuere. Hoc igitur cōstat Eusebiū & Theognidē tū respiciisse, tum suas ipsorū ecclesias recuperasse.

Quòd Alexandro Alexandria episcopo extremum diem appetente Athanasius impulsu illius episcopatū eius assumpsit, et narratio de eodē ab ineunte eius etate, et quòd Antonio magno charus fuerit. CAP. XVI.

Eodem

Eodem tempore Alexander episcopus Alexandriae cū iam de vita decessurus esset, suum in episcopatu successorem Athanasium reliquit, diuina quadam impulsione, mea quidem sententia, ad ei suffragandū inductus: siquidem ferunt illū cum conatus fuerat aufugere, inuitum ab Alexandro ad episcopatū illum capefcendū compulsum fuisse. Cuius rei testis est Appollinarius Syrus, qui sic scribit. Neque postea à bello deslitere impii, sed vt in initio aduersus beatū huius viri magistrū arma sumpserāt, & iste non aliter atque filius patri, ei aduocatus aderat, ita post in hunc ipsum, vt primum in episcopatū successerat, impetū fecere. Qui tamen aufugerat, ne in illo gradu locaretur, diuinitus tamen denuò repertus est: quandoquidē diuinis quibusdā indicis præsignificatū fuerat beato illi viro, qui episcopatū administrauerat, nō aliū, q̄ hunc eius successorem fore. Nam cum ex hac vita vocaretur, essetq; iam morti vicinus, Athanasium, qui nenti q̄ aderat, nominatim appellat. Atq; vbi eius gentilis, qui fortè aderat, cum nomē illud audiret, respondisset, obtinuit ille, quasi eū nō vocasset. Rursus vocat Athanasium, & quia hoc sapius fecisset, ille alter Athanasius, qui aderat deinceps silentio vsus est. Siquidē ille, qui aberat significabat. Quod etiā beatus ipse Alexander more prophete apertè indicauit, cū diceret: Athanasium, putas te posse effugere, nō tamen effugies. Quibus verbis ostendit eum ad certamen vocatū esse. Hæc de Athanasio scribit Apollinarius. Ceterū Ariani dicūt, quòd Alexandro mortuo, quinquaginta quatuor episcopi, qui partibus Alexandri & Meletii fauebant, ex Thebaide & reliqua Aegypto in vnum coacti, cōmunicarunt inter se de episcopo creando, & dato iureiurando cōmunibus suffragiis cōsenserunt de vno eligendo, qui ecclesie Alexandriae gubernacula susciperet, sed septem eorū, violato iureiurando, cōtra omniū voluntatē clam Athanasium episcopum ordinasse, & ppter eā causam multos tū ex populo, tum ex clericis Aegypti eius vitasse cōmunionem. At tamen ipse equidē credo, hunc virū nō sine prouidētia diuina ad episcopatū ascēdisse, quippe tū qui ad dicendū, tū ad intelligendū, tū ad resistendū infidelis aduersariorū admodū idoneus esset: qualē certè eius tempora in primis requirebant. Erat quidem ad ecclesie negotia obeunda, & ad res sacras

tractandas aptissimus. Atque ab ineunte ferè ætate eius generis fuit, ut suo ingenio ac natura doctrina imbutus videretur. Cui quidem, cum nondum pubesceret, istud euenisse memorant. Diem festum popularem & valde splendidem maximo hominum cœtu quotannis Alexandrini eodie, quo Petrus ipsorum episcopus martyrio occubuit, adhuc etiam agunt. Quem diem cum Alexander quoque eorum antistes vnà celebraret, iamque sacra peregrisset mysteria, fortè expectauit conuiuias, qui secum præderet. Cum solus esset, oculosque ad mare conuertisset, vidit longe ab se pueros in litore colludentes, & consuetudinem quodammodo episcoporum & ecclesiæ ritus imitatione exprimèdes. Vbi autem in illo imitationis genere nihil inesse animaduertit periculi, lætatus est spectaculo, & ex rebus in ludo gestis voluptatem cepit. At tandem cum arcana mysteria imitando adumbrare inciperent, animo conturbatus est. Atque accersitis quibusdam principibus ex clero viris, pueros digito demonstrat: pueros comprehendi, & ad se adduci iubet. Percontatur ab illis de genere ludi, quibus verbis, quibusve actionibus in eo vsi sint. Illi primò metu perterriti, dicere noluerunt. Ac cum quærèdo instaret Alexander, indicarunt Athanasium episcopum & principem ludi fuisse, puerosque quosdã nõdum initiatos mysterijs, ab illo baptizatos esse: à quibus Alexander accuratè sciscitatur, quid sacerdos & episcopus ludi ipsis dixerit feceritve, & quid ipsi vel responderissent, vel ab eo didicissent. Postremò vbi Alexander comperit vniuersum ordinem ac ritum ecclesiasticum ab illis exquisite seruatum, consilio sacerdotum, quos circa se habebat, approbavit baptismum, & pueros semel in animorum simplicitate diuina gratia imbutos, rebaptizandos non censuit, sed cæteris mysterijs, quæ solis sacerdotibus fas erat obire, in illis expleuit. Athanasium autem & cæteros pueros, qui partes presbyterorum & diaconorum inter ludendum egissent, parentibus tradiderunt, Deo teste, ad ecclesiæ ministeria educandos, uti in eo munere vitam transigerent, quod imitatione adumbrassent. Haud ita diu post, Alexander Athanasium & conuictorem suum & scribam constituit. Itaque præclarè educatus, & cum in grammaticorum, tum in rhetorum scholis accuratè institutus,

cum

cum iam vir esse inciperet, ante quàm erat creatus episcopus, his, qui cum ipso in colloquium fortè veniret, se sapientem & disertum virum probauit. Ut autem Alexander obiit mortem, Athanasius, què suum reliquerat successorè, indies in maiore gloria esse cœpit, quæ cù suis ipsius virtutibus, tum testimonio Magni Antonij monachi cõfirmata est. Nam cum Antonius eius causa accersitus esset, venit in vrbes, & ad ecclesias accedens, his, quæ Athanasius de deo sentiebat, suffragatus est: denique in omnibus rebus sibi amicum habuit, & eius aduersarios atque inimicos detestatus est.

Quòd Ariani & Meletiani Athanasium celebrem fecerunt, & de Eusebii apud Athanasium sollicitatione, ut Arium susciperet, & quæ præ cæteris omnibus Eusebius Paphili & Eustathius Antiochia episcopus de voce consubstantialis summum inter se certamen iniierunt.

CAP. XVII.

Porro Ariani & Meletiani nomen Athanasii maximè illustre reddiderunt, qui tamen insidias illi tendere nunquam desistebant, tamè nullam aliquando causam ad eum capiendum reperire visi sunt. Primum igitur Eusebius per literas illius animum tentare aggreditur, velit na Arianos in ecclesiam recipere. Quòd si renuat, verbis grauer minatur se illum malè multaturum. Vbi verò Athanasius eius neutiquam cesserit sententiæ, sed constanter asseuerarit eos, qui res nouas contra veritatè inuenissent, & ob eã causam essent à concilio Nicæno abdicati, minime recipièdos esse, Eusebius toto animo cõnitebatur, ut impator ipse Arium recipiendum curaret, & ei reuertèdi potestati faceret, verù quemadmodù hæ res cõfectæ sint, dicam equidè haud ita multò post. Illo tẽpore episcopi de integro cœpere inter se, dum verbum *ὁμοῦσιον* nimis curiose expèdere laborat, magnopere discordare. Nã pars illos, qui hoc verbũ appbarèt, loqui blasphemiam putauerunt, ut potest filium essentia expertè opinantes, & cù Montano & Sabelij sentientes: pars rursus eos, qui contra sentirèt, velut Gen- tiles

tilis auerſantes, criminati ſunt, q̄ cultū multorū deorū in-
troducere ſtudebant. In quibus rebus excutiendis Eufebius
cognomento Pāphilus, & Eufſathius Antiochenus ma-
xime oīm ſua ingenia exercuere. Nā eſt vterque ſilio pro-
priā tribuit eſſentiā, tamē alter alterū tanquā diuerſa ſenti-
entē inſimulauit. Eufſathius quidem accuſat Eufebiu, vt
Cōcilij Nicāni de fide decreta innouantē: reſponderet autē
Eufebius, ſe ea quidē approbare, ſed Eufſathiu reprehē-
dere, velut Sabellij opinioni deditum.

*De Antiochēno cōcilio, & q̄ prater equū & inſtū
Eufſathius abdicatus eſt, cooptato in eius ſede Eu-
phronio, & quid Conſtātinus magnus, cōcilio et
Eufebio Pāphili, qui Antiochiā thronū recuſa-
bat ſcripſerit. CAP. XVIII.*

ITaque concilio Antiochiā conuocato, Eufſathius epiſ-
copatu eccleſiā Antiochenā abdicatur. Cuius rei verā
cauſam fuiſſe crebro hominum ſermone celebratur,
quod fidē concilij Nicāni approbat, quodq; Eufebiu cū
ſuis, Paulinū Tyri, & Patrophilū ſcytopolis epiſcopū (quo-
rum ſententiā orientis ſequēbātur ſacerdotes) vt ſedē A-
rianā addictos deteſtatus eſt, eoſque palā incuſauit: ſimula-
tam autē, q̄ ſacerdotij dignitati impuri factis dedecori fuiſ-
ſe dephēſus eſt. Propter cuius abdicationē maxima Anti-
ochiā ſeditio conſtata eſt: adeo vt parum abeſſet, quin mul-
titudo gladios ſtrinxiſſet, & tota ciuitas in graue periculū
deueniſſet. Quæ res vna eius cauſa apud imperatorē nō
mediocriter obtulit. Nā vt primū nunciatū eſt imperatori
has res accidiſſe, & populū in duas partes diuiſum eſſe, acer-
bē tulit, & Eufſathiu, velut authorē ſeditionis ſuſpectū ha-
bere cepit. Quāobrem vnū ex primariis ſatellitibus ſuis mit-
tit cū mandato, vt plebi terrorē iniiciat, & ſeditionē ſine tu-
multu & detrimēto cuiuſq; reſtinguar. Qui autē Eufſathiu
abdicauerant, atq; Antiochiā ea de cauſa cōuenerant, quo-
niā induxere aim, ſi vnū, qui ſuę ſaueret opinioni, eſſetq̄
imperatori notus, & literarū cognitione egregiē ornatus, il-
lius eccleſiā crearent antiſtitē, ſe alios ſibi facile obſequen-
tes habituros, idcirco rectum ſtatuērunt ſedem Antioche-
nam

nam Eufebio cognomento Pamphilo deſerte. De qua
re ſcribunt ad imperatorem literas, quibus ſignificant hanc
rem populo valde gratam eſſe. Ita enim poſtulatam erat
ab omnibus tam clericis, quā laicis, quorum animi Eu-
ſſathio inſenſi fuerunt. At Eufebius ſcripſit imperatori
ſe nolle eū epiſcopatū capeſſere. Quē imperator, quod il-
lū honoris gradū repudiauerat, laudauit pluimum. Legē
nanque eſſe eccleſiā ſancitā, ne qui vnus eccleſiā antiſtes
creatus eſſet, ad alteram transferretur. Scripſit etiam literas
cum ad populū, tum ad Eufebium, eiuſq; vehementer pro-
bavit ſententiā, beatūque vocauit, quod nō ad vnus ciui-
tatis, ſed ad totius orbis terrā epiſcopatū adminiſtrandū i-
doneus iudicatus eſſet. Scripſit autē ad populū eccleſiā An-
tiochenā de cōcordia, & quod alterius eccleſiā epiſcopū
nō deberent appetere, & quod malū eſſet rerū cupiditate
duci alienarū. Aliā pręterea epiſtolā ſeparatim cōcilio de-
dit: in qua & Eufebium itidem, quod epiſcopatum illum
recuſauerat, laudauit, & perſuaſum habens, Euphronium
Cappadocem preſbyterum, & Georgium Arethuſiu, viros
eſſe ſpectatæ fidei, iuſſit, vt vel alterū iſtorū pro ſuo arbi-
trio, vel alium, qui ipſis videretur idoneus, eccleſiā Anti-
ochenā antiſtitē deligerent. Quare vt primum literas
acceperit imperatoris, Euphronium conſtituerunt epiſco-
pum. Eufſathius autem, vt accēpi, ſalſam ſibi obiectam
criminationē animo quieto & tranquillo ideo tulit, quod
illud ſibi commodius fore putauit: vir quidem cum in ali-
is rebus præſtabilis & ſpectatus, tum in eloquentia iure ad-
mirandus, quemadmodū ex libris eius, qui extant, cognof-
ci poteſt. in quibus & vetus loquendi ratio, ſapientes ſentē-
tiæ, verborum elegancia, & lepos in rebus explicandis nō ſi-
ne magna omnium commendatione elucet.

*De Maximo qui poſt Macariū Hieroſolymorum
ſedem obtinuit. CAP. XIX.*

PER id tempus, cum Marcus poſt Sylueſtrū ad exiguum
tēpus epiſcopatū Romanū geſiſſet, Iulius in illā ſedē
ſucceſſit: in ſedē autem Hieroſolymorū poſt Macariū
ſucceſ-

Maximus. Quem fama est episcopum ecclesie Dispolitanae à Macario ordinatum fuisse, sed à populo Hierosolomitano, ne eam sedem capesseret, impeditum. Nam quia confessor erat, & vir alioqui spectatus, populi suffragiis decretum fuit, ut post mortem Macarii in illius urbis episcopatum succederet. Itaque cum multitudo aegre ferret, se eò priuatum fore cuius virtutem exploratè cognitã haberet, & seditio ex ea re oriri videretur, visum est Diospolitano aliũ episcopum deligere, uti Maximus maneret Hierosolymis, & sacro episcopatus munere vnã cum Macario fungeretur; & post eius mortem ecclesiam illam solus gubernaret. At tamen intelligendũ est, quod hi, qui in hac re cognoscenda accuratius laborarint, affirmant plebem istam omnia de sententia Macarii & fecisse, & summo studio conatam esse. Nam eum omni cura incubuisse, ut Maximus post se constitueretur episcopus, memorant, propterea quod mente complectebatur, illum cum rectam veramque de Deo opinionem teneret, & ob fidei confessionem populo percharus esset, necessariò ad sibi succedendum referendũ esse. Si quidem veritus est, ne se mortuo, Eusebius & Patrophilus sectae Arianae fautores, tempus idoneũ nacti, illã episcopalem sedem alicui suae opinioni dedito tribuerent: quandoquidem, dum Macarius maneret in vita, nouis rebus studere cœperunt illi quidem, sed cum ab eo essent ea de causa ab ecclesia segregati, conqueuerunt.

De Meletianis & Arianis quo pacto in vnum coaluerint, & Eusebio & Theognide, quomodo perniciem Arianam de integro suscitare connixi sint.

CAPVT XX.

DVM hæc geruntur, contentio inter Aegyptios ab initio concitata, longius manare cœpit. Nam quando in concilio Nicæno Ariana hæresis prorsus condemnata fuit, & Meletiani conditionibus illis, quas supra commemorauimus, in ecclesiam recepti, & Meletius Alexandro in Aegyptum reuerso ecclesias, quas iniquè occupasset, redidit, ipseque in Lyco iam ætatem degit, tamen non multò post, cum erat è vita migraturus, Ioannem vnum ex familiaribus

militaribus suis contra decretum Nicæni concilii in suum locum suffecit, sicque ecclesias denuò cõturbandi author & causa extitit. Ariani autem cum Meletianos nouas res moliri cernerent, ipsi quoque ecclesias turbare cœperunt. Nam uti in eiusmodi tumultibus solet euenire, alii Arii laudabant opinionem, alii sacerdotes à Meletio ordinatos debere ecclesiis præesse æquum iudicabant, eorumque partibus se addicebant. Et quanquã Ariani & Meletiani antè inter se dissentiebant, tamen cum viderent multitudinem ad partes sacerdotum ecclesie catholice deflectere, eam rapere in inuidiam, cœdera amicitie inter se ipsi iungere, cõmune odium in clerum Alexandrinũ suscipere, promiscuè illis, contra quos disceptabãt, crimina inferre, & se mutuò defendere studuerunt: vsque eo, uti progrediẽte tempore Ariani, licet cum Meletianis de ecclesiarum primatu decertarent, à plerisque Meletiani nominarentur: sed tamẽ eandem, quam Arius, de Deo opinionem tenere non desisterent. Ac quamuis vtrique suam controuersiam ab se mutuò disceptari diiudicarique recusarint, tamen contra omnium opinionem in communis similitudinis aduersus orthodoxos societate non inuiti consenserunt: singulique eorum expectarunt se facile, quae sibi in optatis erant consecuturos. Tempore autem procedente, habitum dogmatum Ariarum ex disputationibus de illis habitis nacti, eadem cum Arianis de Deo sentire cœperunt. Hincque res Arianae ad priorem denuò tumultum reuolutae sunt: atque populus & clerus à mutua inter se communionem separati. Quinetiam cum in aliis urbibus, tũ maxime in Bithyniæ & Hellespõti ciuitatibus, tum Constantinopoli quoque dogmata Arii de integro accensa. Denique fertur Eusebium episcopum Nicomediae, & Theognidem Nicæae, cum falsa persuasionem eum, cui imperator libellum de Actis concilii Nicæni custodiendum cõmiserat, circumuenissent, suas in eo subscriptiones deleuisse, iamque conatos palãm docere, non existimandum filium patri consubstantialem esse. De qua re Eusebium, cum esset accusatus, apertè ac liberè respondisse imperatori, atque veste quadam, qua induebatur demonstrata, dixisse, si vestis illa, se inspectante diuideretur, se tamen nunquam affirmaturum vtranque eius partem vnã eandemque;

eandemque essentiam habere. Quibus verbis valde grauititer commotus est imperator. Nam cum persuasum haberet tales quaestiones post conciliū Nicēnū penitus compressas fore, praeter spem eas denuo excitatas vidit. Maximè autem omnium eius animū offenderant Eusebius & Theognis, quod cum quibusdam Alexandrinis, quos ut parū rectè de fide sentientes ad poenitentiam agenda conciliū reseruauerat, communicassent. Ob quam causam eos velut dissidij authores exilij causa solum vertere imperauit. A nonnullis enim imperatorē hac de re iracundia accessum, Eusebium & Theognidē exilio addixisse memoratum est. Verū ea, quae de hac causa acceperā ab illis, qui eā accurate tenebant, supra explanauī.

Quas res contra Athanasium Ariani & Meletiani nequicquam commenti sit. CAP. XXI.

Porro autē isti duo rerū incommodarum, quae deinceps Athanasio accidebāt, authores fuere. Nam cum multū auctoritate & potētia apud imperatorē postea valeret, Arium, ut eadē secū opinione & amicitia quoque cōiunctū, Alexandriā reducere, Athanasium autē, ut aduersariū, ecclesia eijcere studuerūt. Quare eū apud Constantinū, ut seditionis et tumultus in ecclesia authorē, falso insimulat, & quod plerisque in ecclesiam ingredi cupientes prohibebat, cum liceret concordiam inter oēs cōstitui, si istud vnū permitteretur. Quas criminationes cōtra eum confictas, multi episcopi, & Clerici qui cum Ioāne cōspirabāt, quiq; cōtinēter ferē ad imperatorē accedebāt, veras esse cōfirmare: atque adeo dixere se orthodoxos esse, & tū eū, tū episcopos sibi subiectos caedis, vinculorū, plagarū iniuste inflictarū, vulnerū, & incendij ecclesiarū accusauere. Vbi verò Athanasius etiā significasset imperatori iniquas Ioannis & episcoporum sibi auertitū ordinationes, & non eas solum, verū etiā innouationē detretorū cōcilij Nicēni, fidē corruptā, seditiones, & cōtumelias orthodoxis impositas, criminis loco illis obiecit, imperator deinceps non habebat cui crederet. Ac cum eiusmodi crimina ipsi sibi mutuo intenderent, & saepe accusatores multi vtrinque multū exhiberent molestiae, scribit Athanasio (multitudinis enim consensus imprimis sibi curae fuit)

vt ne-

ut nemo aditu ecclesiae prohibeatur. Quod si sibi post illud tempus id factū esse indicaretur, se sine mora missurū aliquē, qui illū Alexandria exturbaret. Cui rei cognoscēde si quis cupiditate vlla ducatur, legat imperatoris epistolā, cuius partē hic posui, quae ita se habet. cum cōsiliū & volūtatis meae rationē acceperis, fac omnibus in ecclesiam ingredi cupientibus liberū aditū praebas. Nam si intellexero nequam, qui ecclesiae particeps fieri cupiat, vel impeditum abs te esse, vel introitu prohibitū, mittam aliquem e meis, qui mandato meo te de gradu dimoueat, locumque tuū alteri tribuat. At verò ubi rescripsit Athanasius, & imperatori persuasit non dādā esse Ario potestatem cum ecclesia catholica comunicādi, Eusebius animaduertēs se Athanasio tā acriter cōtra nitēte, non posse cōsequi, quod animo instituerat, omnibus viribus laborādum censuit, ut Athanasius ē medio remoueretur. Sed cum non satis causae haberet ad cōnatum tam insidiosam suscipiendū, pollicetur Meletianis, se eorum causam cum apud imperatorē, tū apud eos qui apud illū multum possent, adiuturum, si modò Athanasium accusare velint. Quamobrē Athanasius primū in crimē vocatur, quod tributū vestium linearū Aegyptijs imposuerat, quod tributum eum etiā exegisse accusatores affirmarūt. Verū Alypius & Macarius presbyteri ecclesiae Alexandrinae, qui ibi forte fortuna aderāt, hoc falsum crimē diluerunt. At Athanasium hac de causa accersitū, denuo accusant, quod capsam auti quod imperatori pararet insidias, cuiusdam Philumenō miserat. Caterū ubi intellexit imperator accusatorū calūniā, facit potestatem Athanasio domū reuertendi. Quinetiā scripsit ad populū Alexandrinū, Athanasijque singularē modestiā ei, & fidē sanā testificatur, & quod cum illo lubēs in cōgressum & colloquiū venerit, quodque persuasum habuerit eum virum planē diuinū esse, eumque cum inuidiae causa accusatus esset, superiores partes ab aduersariis cōsecutū. Porro imperator cum accepisset cōplures Aegyptiorum adhuc propter Arium & Meletium inter se digladiari, per epistolam eos hortatus est, ut deū ante oculos statuerent, eiusque iudicium mēte complecterentur & mutuā inter ipsos beneuolētā seruāret, denique eos, qui ipsorum concordiam per insidias dirimere conarentur, pro virili exagitant. Qua quidem epistola

F ij scripta

scripta in hanc sententiam imperator tum eos omnes communiter ad cōcordiam incitauit, tum laborauit sedulō, ne consensus ecclesiæ distraheretur.

De intentata in Athanasii propter Arsenii brachium calumnia. CAP. XXII.

Meletiani autem, quoniam prior conatus ipsos frustratus fuerat, alia duo crimina aduersus Athanasium conaturunt: alterum quod sacrum calicem cōfregerat, alterum quod Arsenio quodam interfecto, brachium eius amputauerat, & apud se ad magicam exercendam retinuerat. Iste Arsenius (erat autem clericus) cum in quoddam graue peccatum delapsus esset, dicitur se occultasse. Verebatur enim, ne apud episcopum in iudicium vocatus, pœnas daturus esset. Quod cum ita accidisset, illi, qui Athanasio machinabantur insidias, grauisimum inde crimen in eum confingere cœperunt: & propterea Arsenium diligenter conquirere: quem cum repperissent, benignè compecti, polliceri se ei omnem præstaturus beneuolentiam, in tutoque collocaturos: clam deducere ad quendam familiarem & suarum partium fautorem nomine Priuem, monasterii cuiuscundam presbyterum. Arsenio igitur ibi occultato, sedulō per publicas plateas, & per magistratuum cōuentus circuire, dissipare rumorem, Arsenium ab Athanasio interemptum. Postremò ad hoc crimen Athanasio obiciendū Ioannē quendam monachū subornare. Cuius facinoris indigni atq; adeò turpis cum fama vsque eò in vulgus emanaret, vt ad aures etiā imperatoris perueniret, Athanasius videns, quod quamuis fieri posset, vt eiusmodi criminis insimulatus, se sustineret, difficile esset apud iudices quorum animi talibus rumoribus antè occupati tenebantur, pro se respondere, fraudibus aduersariorum se strenuè opposuit, & quoad eius fieri poterat, omnibus fidem faciendo prouidit, ne veritas in occulto lateret. Erat tamen perdifficile hanc rem vulgo persuadere, præsertim cū Arsenius nusquam compareret. Itaque cum secum cōsiderasset nulla alia ratione se ipsum posse suspicione liberare, nisi eum viuere mōstraret, qui mortuus esse dicebatur, quendam ex suis diaconis, virum fidelissimū Arsenium quæsitum

quæsitum mittit. Qui in Thebaidem profectus, quorundam monachorū iudicio fit certior de loco, vbi Arsenius iam ætatem degebat. Verum simul vt venit ad Priuem, apud quem latitabat Arsenius, ibi Arsenium neutiq; offendit (nam aduentu diaconi antè cognito, illum in inferiorem Aegyptum transtulerant) sed Priuem comprehensum deducit Alexandriam, & vnà cum illo Heliam vnum ex eius familiaribus, qui dicebatur Arsenium aliò transtulisse. Qui duo ad præfectum præfidiariorum militum in Aegyptum versantium adducti, confessi sunt Arsenium viuere, & apud ipsos antè delituisse, at iam in Aegypto cōmorari. De quibus rebus, vt acciderant, imperatorem certior fieri cupiebat Athanasius: Ad quem rescripsit imperator, vt in sacerdotio diligenter fungendo perstaret, & ea, quæ ad populum ritè gubernandum, & ad colendam pietatem pertinerent, sedulō prouideret, & Meletianorū insidias pro nihilo duceret. Se nāq; exploratū habere eos inuidia inflammatos eiusmodi falsa & commentitia crimina confinxisse, atq; tumultus contra ecclesiā excitasse, & se de cætero minime permitturum, vt talia facinora admittantur, sed secundum leges ciuiles iudicium, nisi quiescant, exerciturum, & sumpturū de illis supplicium, vtpote qui non modò innocentibus iniustè tendere insidias, verum etiam rectum ecclesiæ ordinem perturbare, & veram pietatem labefactare niterentur. Hęc scripsit imperator ad Athanasium, iussitq; epistolā in cōmuni populi conuentu legi, quò omnes ipsius voluntatem cognoscerent. Ex quo tempore Meletiani metu adducti, quietè se gesserunt: siquidem imperatoris minas nō parum sunt veriti. Itaq; ecclesia per vniuersam Aegyptū pacata, & à tam egregio episcopo administrata, indies magis magisq; creuit, quandoquidē tum ex Gentilibus, tum ex aliis sectis, non pauci ei adiecti fuerūt.

Quod eo tempore interiores Indorum gentes, Frumentij & Aedesij captiuorum studio, Christianam fidem amplexati sunt. CAP. XXIII.

SVb idem tempus accepimus Indos interiores (sic enim nostra memoria appellatur) ad quos doctrina & prædicatio Bartholomæi minimè peruenerat, à Frumentio

sacerdote & doctore sacrae disciplinae, qua imbuuntur, fide Christiana didicisse. Verum ut in hoc miraculo, quod Indis accidit, intelligamus religionem Christianam non ex hominum ingenii initium cepisse, uti quidam monstrose fabulantur, causa cur Frumentius sit sacerdos institutus explicanda est necessario. Veteres philosophi Gentiles facile praestantissimi, vrbes & loca ignota perlustrare magno aestimant. Nam sic Plato Socratis amicus & familiaris fecisse dicitur, & in Aegyptum contendisse, quod eorum vrbes, instituta & mores cognosceret. Nauigasse etiam in Siliciam, ut crateres, qui illic erant, videret. In quibus ignis velut ex fonte sine intermissione profusus, sua sponte erumpere cernitur. Non raro autem ita redundat, ut instar fluminis dilabatur, atque adeo terra depascatur vicinam, uti ad hoc tempus agri complures exusti videantur, & neque sementem recipiant, neque arborum constitutionem, sicut de terra Sodomorum memoratur. Ad hos Crateres visendos Empedocles quoque accessit, vir apud Gentiles propter philosophiae scientiam admodum celebris, qui quidem rerum cognitionem, quam animo tenebat, heroico carmine persecutus est. Hic cum de ignis eruptione haesitaret, seu quod hoc modo mori satius putauit, seu istud verius dici potest, quod ipse fortasse non nouit, cur hoc immaturo mortis genere in eo loco occubuerit, in filium in ignem, sicque interiit. Porro autem Democritus Cous, plurimas peruidisse vrbes, celum mutasse, peragrasse regiones, gentes varias cognouisse, vitam in exteris nationibus ad annos octoginta traduxisse. Idem studium fuit in aliis praeterea ferere infinitis sapientibus Gentilibus, tum qui quodam, tum qui recentiore memoria vixerunt. Quorum exemplum imitatus Meropius philosophus quidam Tyrius ex Phoenicia, ad Indos profectus est. Quem comitati sunt duo pueri, quorum alter Frumentius, Edesius alter appellatus est. Ambo illius consanguinei, & literis ab eo liberaliter instituti. Vbi autem eas vrbes & loca Indiae, quae commodum poterat obisset, reuertens constituit. Atque nauem, quam traiecit in Aegyptum, forte nactus, cum in portum quendam seu aquae seu aliarum rerum necessarium causa appulissent, Indi, qui illic habitabant, accurrentes, cum ceteros omnes, tum ipsum philosophum Meropium, rupto, quod percusserat cum Romanis foedere, trucidauerunt. Pueros autem utpote etate tenera miserati, viuos ad regem suum

deduxerunt. Quorum minore natu pincernam suam fecit: maiore nomine Frumentium familiae & pecuniarum administratorem. Quippe eum & prudentem, & ad illud munus obeundum valde idoneum esse perspexit. Cum vero se ad plerumque temporis spatium tum vtilis regi, tum fideles praestitisset, rex iam moriens relicta filio paruulo & coniugi regni hereditate, eos benevolentiae causa libertate donauit, copiamque fecit etate, quo in loco vellet, transire. Itaque illi Tyrum ad suos reuertenti maturarunt. At regina, quoniam filius adhuc admodum adulescens erat, contendit ab illis, uti usque; eo regnum administraret, quoad filius ad robustam aetatem perueniat. Quae reginam istud efflagitantem reuerenti, tum palatium regis, tum regnum gubernandum suscipiunt. Frumentius autem seu diuinis fortasse incitatus visionibus, seu sua sponte, non tamen sine dei impulsione, percotatur equi essent apud Indos Christiani, aut mercatores Romani qui eodem commearent. Atque cum diligenter conquirendo, quosdam ibi esse conperisset, accessit ad se. Quos beneuolentia & humanitate summa complectens, fecit ut precationis causa in unum coiret, & more Romano conuentus agerent: templisque, extructis, hortatus est, ut deum assidue colerent. Iam vero ubi filius regis pubesceret, eum & reginam, qui aegerrime eorum discessum ferebant, orantem abeundi copiam: qua impetrata, decedentes inde cum gratia ad ditionem Romanam reuerterunt. Edesius cupidus visendi suos, Tyrum redit: ubi post presbyterij gradum obtinuit. Frumentius autem itinere in Phoeniciam in aliud tempus dilato, relictam Alexandriam, proficiscitur. Nam minime sibi rectum videbat, patriam & genus rerum diuinarum studio anteponere. Veniens igitur cum Athanasio ecclesiae Alexandriae praesule in colloquium, res apud Indos gestas exponit: docetque Christianos, qui ibi sunt, opus habere episcopo, qui ipsis praesentet. Athanasius, conuocatis sacerdotibus Alexandriae incolentibus, cum illis super hac re in consilio, ordinatque Frumentium Indi episcopum: ratus eum tum maxime idoneum esse, tum posse religionem Christianam vehementer propagare apud eos praesertim, inter quos & nomen Christianorum primus predicasset, & in quorum animis fidei Christi semina in seuisset. Itaque Frumentius reuersus ad Indos, dicitur tam insigniter sacerdotio perfunctus esse, ut eius conata omnes laudarent, non minus illum, quam apostolos admirati: quando quidem Deus per eum multos

mirandum in modum sanando, signa & prodigia edendo, eum reddidit planè illustrissimum. Sed qui fuerit apud Indos sacerdotij & Christianæ religionis exorsus, ex his factus cognosci potest.

*De Concilio Tyrio & temeraria sancti Athanasii
abdicatione. CAP. XXIII.*

Athanasio autè aduersarij per insidias de itegro facere molestiã, odiũ apud imperatorè ei struere, & magnũ accusatorum numerũ cõtra eum comparare cõeperunt. Quorum importuno rogatu impulsus imperator, cõcilium Cæsareæ Palæstinæ cogi mandauit. Ad quod uocatus Athanasius, propterea nõ obtemperauit, quòd fraudulentum iudicium tum Eusebij illius vrbis episcopi, tum alterius Eusebij episcopi Nicomediæ, tum aliorum, quos circa se habebant, veritus est. Quare licet grauius uigeretur, ut id temporis eò accederet, tamen circiter menses triginta profectioem distulit. Postea autem, cum uehementius impelleretur, uenit Tyrum. In qua vrbe multi episcopi orientis in vnum congregati, iubent eum criminibus obiectis respondere. Nam Callinicus episcopus, & Ischyriõ quidã ex factiõne Ioannis eum accusauerant, quòd calicem mystici cum confregerat, quodq; solium episcopale deturbarat, & ipsum Ischyriõnem, qui erat presbyter, sæpe in carcerè concluserat. Quinetiam quòd nomine ipsius ad Hyginũ Aegypti præfectum falso delato, quòd uidelicet in imagines imperatoris lapides coniecerat, uinculis constringendum curauerat. Item què quòd Callinicum, episcopum ecclesiæ catholicæ, quæ est in Pelusio, & conuentum cum Alexandro agentem propterea abdicauerat, quòd noluit alia conditione cum eo communicare, nisi de calicis mystici fractura, de qua erat in suspiciõnem uocatus, uerum pro certo cognosceret. Præterea quòd Marco cuidam, qui fuerat presbyterio abdicatus, ecclesiæ Pelusianæ gubernationem commiserat, ipsumque Callinicum à militibus custodiri, uerbèribus cædi, & in iudicium adduci effecerat. Porro Euplus, Pachomius, Isaac, Achilles, & Hermæõ episcopi, factiõnis Ioannis

Ioannis illum insimularunt, quòd ab eo uapularant. Denique omnes communiter ei obiectabant, quòd quorundam periurio ad episcopatum ascenderat, id què cum omnes episcopi asseuerassent, neminem debere prius ordinari, quàm crimina sibi illata diluerit: seq; ita in fraudem inductos, propterea ab illius communionè abstinuissè. Eum autè de dignatum esse causam suam persuadendo obtinere, sed uicogendo homines, & in uincula conijciendo suam in sententiam perducere laborasse. Ad hæc crimen de Arsenio renouatum est, & uti usuenire solet in insidijs, quæ de industria tenduntur hominibus, illi, qui putabantur eius amici esse, ex improuiso accusatores extiterunt: quinetiam tabulæ legebantur, in quibus scriptæ fuerunt populi contra eum uociferationes, parinde quasi plebs Alexandrina propter eum ad conuentus in ecclesia agendos uenire renuissè. Athanasius autem iussus pro se respondere, sæpe in iudicium ingressus, criminum sibi obiectorum alia diluit, de alijs diem ad deliberandum postulauit. Pendebat animi magnopere, cum uideret & accusatores ad iudicium nutum & uoluntatem se accommodare, & multos contra se testes, partim ex Arianis, ex Meletianis partim comparatos esse, & calumniatores, licet crimina falsa, quæ ipse facillè refutauerat, intulissènt, ueniam tamen impetrassè: idque maxime in causa tum Arsenij, in qua obiectum erat ipsum magicæ exercendæ gratia brachium Arsenij excidisse, tum mulieris etiam cuiusdam, in qua accusabatur munera mulieri, quòd suam cum ea expleret libidinem, dedisse, & noctu præterea inuitam compressisse. Quæ utraque accusatio ridicula planè deprehensa est, & plena calumniæ. Nam ubi mulier coram episcopis in unum conuocatis hæc obijceret, Timotheus presbyter Alexandrinus, qui astabat Athanasio (sic enim inter eos antè clam conuenerat) ita affatur mulierè: egone te per vim compressi? Tum illa, an nõ tu quæso, inquit? tempusque & locum, in quo compressa fuerat, ostendit. Arsenium autem in medium adduxit Athanasius, ambasque eius manus integras iudicibus mōstrauit: atque cõtendit ab illis, uti accusatores de brachio, quod in iudiciũ intulerant, in quæstionem darentur. Nam Arcenius iste seu diuina impulsione motus, seu, ut fertur, ab Athanasij

insidiatoribus occultatus, forte fortuna, cum quidam ei nuntiasset, episcopum eius causam in periculum incidisse, de nocte inde decessit, & pridie, quam iudicium de Athanasio exerceretur, Tyrum appulit. Itaque cum utrumque crimine ita esset dilutum, ut purgatione non egeret, prius eorum, credo, in Actis concilii ideo non extat, quod res tam turpis tamque ridicula non esset in tabulis Concilii referenda. Quod autem ad posterius attinet, accusatores pro suis partibus defendendis satis putabant dicere, Plusianum, unum ex episcopis, qui Athanasio parebant, mandato eius Arsenij domum incidisse, ipsum alligasse ad columnam, loris verberasse, in aediculam denique compegisse: at Arsenium per fenestram inde aufugisse. Ac cum esset conquiendus, aliquamdiu abditum delituisse: & quia non comparebat, hominibus opinionem fuisse non sine causa allatam, eum mortem obiisse. Ob quam causam episcopis, qui partibus Ioannis fauebant, illum ut virum illustrem & confessorum quaesivisse, rem detulisse ad magistratus. Athanasius igitur, ista animo agitando, coepit vehementer pertimescere: simulque vereri, ne sui insidiatores occasionem nacti, se ex occulto interficerent. Vbi vero sapius de hac causa conventum est, & confessus episcoporum tumultu ac turba refertus, & tum accusatores, tum multitudo, quae iudicio interfuit, vociferari cepit, Athanasium, velut praestigiatorum, hominem violentum, indignum sacerdotio, penitus e medio tollendum, illi, quibus mandatum ab imperatore datum fuerat, ut concilio, quod omnia melius tranquilliusque gererentur, interessent, admodum veriti, ne in seditione, uti erat verisimile, impetu facto, manus violentas illi afferrent, clam eum e foro iudiciali subduxerunt. Ille autem cum persuasum haberet, se non posse sine periculo Tyrum commorari, neque tutum sibi esse contra tantum accusatorum numerum apud inimicos iudices causam disceptare, Constantinopolim profugit. Concilium vero eius, indicta causa, condemnatum, abdicatum episcopatu, decernit denique, ne postea Alexandriae habitaret, inquit, tumultus & seditiones, si adsint, committantur. Ioannem autem, & omnes, qui ab eo stabant, uti incommodis, per iniuriam affectos in communione recipit, & quam illorum quisque dignitate in clero obtinuerat, cuique reddit. Episcopi porro in eodem concilio coacti, acta concilii imperatori significarunt, scripse-

scripseruntque; ad alios omnes ubique episcopos, ut minime cum Athanasio communicent, neque ad eum scribant, neque ab illo literas accipiant: quandoquidem & criminum, de quibus certiores facti fuissent, convictus erat, & partim fuga, partim quod causam suam in iudicio agere recusauerat, reus deprehensus. Praeterea per literas ostenderunt, se ad eiusmodi sententiam contra eum pronunciandam ideo impulsos, primum quod aegre admodum ferebant, quod cum imperator anno praeterito dedisset mandatum, ut episcopi Orientis eius causa Caesarem in unum convenirent, ipse non eodem accesserat, idque cum videret concilium longo tempore ipsum expectando fatigatum, quodque etiam imperatoris mandata contempserat. Deinde quod cum per multi episcopi Tyrum convenissent, hominum multitudine stipatus eo venerat, & turbas ac tumultus in concilio excitavit, modo pro se respondere tergiversando, modo episcopos sigillatim contumeliis onerando, interdum cum vocareret ab illis, dicto ipsorum minime audiendo, aliquando iudicium subire indigne & graviter ferens. Quin etiam plane coeptum esse, quod calicem mysticum frigerat, declaravit: testesque; ad eam rem adduxerunt, Theognidem Nicæensem episcopum, Marinum Chalcedonis, Theodorum Heracleæ episcopum, Valentem item, Viracium & Macedonium: quos quidem se misisse in Aegyptum dixerunt, eo consilio, ut cum in pagum venirent, ubi calix fuerat confractus, verum elicerent. Hæc scripsere episcopi, singulaque; crimina, ut mos forensis fert, perstrinxerunt, dedereque; opera, ut calumniam Athanasio, velut arte quadam contexerent. Verum complures sacerdotes, qui aderant in concilio, hoc iudicium minime sycerum esse existimaverunt. Et ob eam causam dicitur Paphnutium confessorum, qui concilio interfuit, prehensisse manum Maximi episcopi Hierosolimitani, monuisse ut surgeret. Nam non oportere se, cum essent confessores, & pro pietate tum oculos effos, tum pedum flexus debilitatos haberent, concilio hominum perditorum communicare.

De templo quod magnus Constantinus Hierosolymis in Golgotha condidit, & eiusdem dedicatione.

CAP. XXV.

Dum hæc geruntur, circiter trigessimum annum imperij Constantini, cum templum Hierosolymis quod magnam vocabatur in

Caluarie loco extructum esset, Marianus, vir nobilis, & scriba imperatoris, accedens Tyrum, concilio tradidit literas, quibus erat mandatū, ut episcopi quā maturimē Hierosolymam peterent, nouumq; templum consecrarent. Quinetiam istud quoq; (sic enim secū ante deliberauerat) necessariū putauit, ut episcopi, qui tyri in vnū cōuenerāt, lites inter ipsos susceptas primo omnium dirimerent: sicq; deinde à discordia & offensione animorū purgati, ad templū dedicandum se conferrent. Nam concordia sacerdotū tali festo peraccomodatā esse. Itaque episcopi cōtendunt Hierosolymā, & non templum solum, verū etiam thesauros & monimēta ab imperatore illuc missa consecrant: quæ ad hoc tēpus in eo templo manent reposita, multumq; admirationis propter suam magnificentiam & amplitudinem spectatoribus excitant. Ex quo tēpore ecclesia Hierosolimitana quotannis diem festū splendide admodū celebrat: adeo ut in eo initiationes sacrorum peragantur, & dies octo deinceps cōuentus fiant, cōpluresq; ex omnibus totius orbis terræ partibus, qui vndique ad sacra loca visenda cōfluere, tempore, quo hic dies festus celebrabatur, eo conuenirent.

De presbytero qui in animum induxit Constantino, ut Ariū & Euzoium ab exilio reuocaret, & libello de illorum fide, & quomodo Arius à concilio quod Hierosolymis coeuerat, rursus in communionem acceptus fuerit. CAP. XXVI.

Eodem tempore Ariani tempus idoneum nacti, laborabant, ut conciliū episcoporum Hierosolymis cogere, & Arius atque Euzoius in cōmunionē reciperentur. Ad quā ré audacius suscipiendā tali causā fuere inducti. Presbyter quidā erat forori imperatoris per familiaris, doctrinæ Arianae laudator, verū quod illi sectæ fauebat, primo omnes celare nitebatur, sed lōgo tēporis spacio dilapso, cū maiore necessitudine cū Cōstantia (hoc enim forori Imperatoris nomē fuit) cōflasset, nactus animi fidetiam, liberē cū ea colloquitur, queritur Ariū patria iniuste pulsum esse, & inuidiæ priuatarūq; inimicitiarum causa ec-

clesia

clesia eiectum ab Alexandro, qui ecclesiam administrabat Alexandriam. Nā Alexander, inquit, cum videret illū à plebe magni fieri, cœpit graui in eum inuidia inflammati. Constantia autem, tametsi ista vera esse credebatur, tamen dū vixit, nihil noui contra concilij Nicœni decreta molita est. At vbi in morbum incidit, & se iam mortem obiturā suspicata est, fratrem, cum ad ipsam accederet, orauit beneficiū, quod iam postremum peteret, sibi tribui. Petijt autē ut presbyterum, quē dixi, in numero familiarium haberet, eique vtpote recte de deo sentienti fidem adiungeret. Se nanque mox morituram esse, & de cætero vitam hanc sibi minime curæ fore, sed ei metuere, ne ipse, deo irato, vel calamitatis aliquid acciperet, vel imperium turpiter amitteret. Nam quorundam suasu, iustos & bonos viros perpetuo exilio iniuste multatos esse. Qua de causa imperator deinceps presbyterum sibi habuit coniunctissimum, auctoritatem libertatemque loquendi concessit, cōmunicauit cū eo de sororis postulatis, censuit denique causam Arii denuo discipendam esse: atque seu quod hæsitarēt, verē ne essent calumniæ Ario obiectæ, seu quod forori gratificari cuperet, haud ita multo post, Ariū reuocauit ab exilio, & formulam de sua in deū fide edere mandauit. Ille igitur nouitate verborum, quæ ante excogitauerat, declinata, aliā fidei formulam contexit, verbisque simplicibus, quæ sunt in sanctis literis vsitata, vsus est: atque se obstrinxit iureiurando, ita reuera se credere, ita ex animo sentire, & aliud præterea nihil cogitatione complecti. Sic ergo se habet formula fidei ab ipso edita.

Religiosissimo sanctissimoq; domino nostro imperatori Constantino, Arius & Euzoius.

NOs quidem, sicut tua singularis erga deum pietas, Domine Imperator, in mandatis dedit, fidē nostrā scriptis prodidimus, & de deo cū ipsi, tū cæteri, qui nobis cum sunt, ita credere cōfitemur, ut sequitur. Credimus in vnū deū patrē omnipotentē: & in dominū Iesum Christū filiū eius, ex ipso ante omnia secula genitum deū sermonē, per quē omnia facta sunt, cum quæ in cælis, tum quæ in

terris

Matth. 23.

terris: qui descēdit, & incarnatus est, & passus est, & resurrexit, & ascendit ad cœlos, & iterum vēturus est iudicare vivos & mortuos. Et in spiritū sanctum, in carnis resurrectionem, in vitam futuri seculi, in regnum cœlorum, in vnam catholicam ecclesiam Dei, ab vna orbis terrarū ora ad alteram vsque se porrigentem. Hanc fidem à sacrosanctis Euāgelijis accepimus, ipso domino suis discipulis dicente: *Euāgelij docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij, & spiritus sancti: si verò ista non credimus sicut vniuersa catholica ecclesia, & scripturæ docent, quibus quidem omnino fidem adhibemus. Iudex noster Deus sit & in præsentia, & in futuro iudicio. Quapropter tuam pietatem obsecramus, imperator sanctissime, vt quoniam viri ecclesiastici sumus, & sensum cum ecclesiæ, tum sacram literarum teneamus, nos pro tua sanctimonia, quæ & pacem conciliat, & Deum augustè veneratur, omnibus cōtrouersijs & inanibus argutijs sublatis, matri nostræ, ecclesiæ scilicet, adiungas: vti & nos, & ecclesia tranquille vitam degentes, inter nos mutuò pro pacato & pio regni tui statu, & pro vniuerso hominū genere oēs cōmuniter cōsuetas preces peragamus. Hanc fidei formulam nonnulli ita callidè compositam esse dicebant, vt verbis solum ab Ariana doctrina discrepare, re ipsa cum eadem cōsentire videretur: quandoquidem voces in ea positæ talem facultatem dabant in vtranque partem ambigendi, vt sensus vterque tum orthodoxorum, tum Arianorum ex illis colligi posset. Verùm imperator Arium & Euzoium eadem cum episcopis in concilio Nicæno coactis sentire arbitratus, re admodum delectabatur, attamen sibi non tantum sumpsit auctoritatis, vt eos antè in communionem reciperet, quâ causâ ab illis, penes quos erat potestas, sicut ecclesiæ norma postulatur, & diiudicaretur, & diligenter examinaretur. Itaq; illos mittit ad episcopos Hierosolymis id temporis conuocatos, scripsitq; vt formulâ fidei ab istis editam accurate expendere: atque vt concilium benignam de illis pronuntiaret sententiam, si vel rectè de religione sentire videantur, perq; inuidiam struere sint insidie, vel cum nihil causæ habeant, cur factum iam de se iudicium incusent, respiciere velint. Ex quibus literis illi, qui istorum causâ*

causæ studebant, occasionem denuo nacti, eos in communionem receperunt. Atque cum hoc fecissent, literas dedere imperatori, scriplereque tum ad ecclesiam Alexandrinam, tum ad episcopos & clericos Aegypti, Thebaidis, & Libyæ, eos hortari admodum, vt Arium & Euzoium lubentibus animis reciperent: quippe tum eorum fidem veram esse testimonio imperatoris confirmatâ fuisse (quâ quidè fide suis literis subiunxerunt) tum cōcilium iudicio imperatoris suffragatum esse. Atq; hæc quidè ad hunc modū Hierosolymis Arianorum studio facta esse cognouimus.

Imperatoris Constantini ad concilium Tyri conuocatum epistola, & sancti Athanasij Arianorū impulsu proscriptio. CA. XXVII.

Athanasius autem Tyro fugiens, venit Constantinopolim, atque accedens ad imperatorem, coram episcopis, qui ipsum cōdemnauerant, de iniuriis acceptis conqueritur: orat imperatorem, vt res Tyri iudicatur, ipso audiente examinentur. Itaque Constantinus eius postulationem æquam arbitratus, epistolâ ad episcopos, qui Tyri in vnum conuenerant, scripsit ad hunc modum.

Victor Constantinus, Max. August. episcopis, qui Tyri conuenerunt. S.

Quanquàm haud equidè scio cuius generis sint ea, quæ à vestro concilio non sine tumultu & magna contentionum procella decreta sunt: videtur tamen ipsa veritas turbulenta quadâ animorū vestrorum concitatione penitus labefactata. Nam vos dū similitudine, quâ nullo modo vultis deponere, mutuò inter vos exercetis, ea, quæ veritate attingunt, quæq; Deo grata acceptaq; sunt, omnino negligitis. Verùm diuina prouidentia perfectum iri spero, vt tum huius cōtentionis lues perspicuè deprehensa, prorsus dissipetur, tum nobis planū fiat, vos ne, qui ibi in vnu cōuenistis, vllâ veritatis curâ duxeritis, deq; rebus in disceptatione vocatis, neq; gratia alicuius, neq; odio adducti, sententiâ pronūtiaueritis. Quapropter opus est vt omnes vos ad meâ pietatè propere accedatis, quò ratio rerum à vobis gestarum

gestarum per vos accurate reddatur. Quid verò causæ sit, cur hæc ad vos scribenda putarim, vosque ad me per litteras accersuerim, ex illis, quæ sequuntur, intelligetis. Mihi quidem ad locum quendam vrbs Constantinopolis, quæ a meo nomine nomen accepit, quæque nostra beatissima patria est, proficiscenti (conrigerat quidem id temporis in equo vehi) Athanasius in media platea, cū quibusdā aliis, quos circa se habebat, adeo subito & præter omnem expectationem sit obuiam, adeo vt me profecto in permagnam iraduxerit admirationem. Ac Deum testor, qui res cōuertur vniuersas, me primo aspectu, quisnam esset, neuiquam potuisse cognoscere, nisi quidam ex nostro comitatu, tum quis esset, tum quam iniuriam accepisset, nobis vt par erat, de illis rebus quas retulerunt percontantibus, manifestò declarassent. Ego tamen id temporis neque sum cum illo locutus, neque sermonem contuli. Et quanquam ille rogabatur, vt à me audiretur, ego tamen planè recusabā: & parū aberat, quin eum acerbius tractatū, omnino abigendū præcepissem. Ille verò aliud nihil postulabat, quàm vt nobis presentibus, de iniuria, quam passus fuerat, opportune posset exposulare. Quod quidem cum & mihi consentaneū rationi videretur, & tempora idem ipsum postularent, non inuitus equidem ista ad vos perscribēda curauī, vt omnes qui ad concilium Tyri coactum conuenistis, è vestigio ad castra nostra maturaretis, reque ipsa vestrum iudicū æquū syncerūq; cōmonstraretis, me audiente, quem ingenuum Dei famulum esse vos ipsi non inficias iueritis. Nam mea religiosa erga Deum obseruantia, pax vbique viget, & nomen Dei ab ipsis Barbaris, qui ad hoc tempus vsque veritatem ignorarunt, sanctè ingenueq; extollitur. Ac constat inter omnes eum, qui veritatē ignorant, ipsum Deum, quoq; ignorare. Attamē Barbari mea opera, qui ingenuus scilicet Dei famulus sum (sicut antè dictum est) ad Dei notitiam venerunt, eumq; sanctè colere didicerunt: quem quidem me in omnibus locis defendere, reque vera mihi benigne providere animaduertunt. Qua de causa in primis Deum cognoscere cœperunt: quem etiam nostri imperii metu inducti, religiose colunt illi quidem, sed nos, qui sancta ecclesiæ illius mysteria propugnare videri volumus

lumus (non enim dicam, obseruare) nos, in quā, nullas alias res molimur, quàm eas, quæ discordiam & odium pariant, & in summa, quæ ad exitium humani generis spectent. Sed facite, ad nos celerrimè, vt dixi, accedatis: hoc pro certo persuasum habentes, nos omnibus viribus laboraturos, vt quæ sacro Dei eloquio contineantur, ea integrè incorrupteque conseruentur. Quibus quidem, cum hostes religionis Christianæ, qui simulatione sacrosancti Christi nominis varias ac diuersas blasphemias in ecclesiam inuexerunt, iam dissipati, protriti, & extincti videantur, nulla ignominia infamizue nota omnino iniuri possit. Quæ cum scripsisset imperator, alii metu percussi, domum reuerterunt: At Eusebius & sui fautores ad imperatorē profecti, concilium Tyri habitum iusta æquaque de Athanasio decreuisse constanter affirmarunt: testesque adduxerunt in medium Theognidem, Marin, Theodorum, Valentem & Vrsacium, atque persuaserunt ei, quod Athanasius calicem mysticū cōffregerat: multaq; alia falsò in eū cōmenti, calūniis, quod volebant, cōsecuti sunt. Nam imperator, seu quod ista vera esse credebat, seu q̄ episcopus inter se de cætero, si Athanasius è medio remoueretur, cōcordaturos existimabat, dedit mandatū, vt ad Treuerim in lendā quod est oppidū Galliæ ad occasum solis spectantis migraret. Cui obsecutus Athanasius, eò rectā se contulit.

Quod Alexander episcopus Constantinopolitanus, Arium in communionem accipere recusauit, & quomodo Arius ad exonerandum alium extimulatus, diruptus fuerit, & quid de Arii diruptione magnus Athanasius memoriæ prodiderit.

CAPVT XXVIII.

POst consilium Hierosolymis celebratum, venit in Aegyptū Arius. Ac cum ecclesia Alexandrina cum eo cōmunicare recusaret, rediit denuò Constantinopolim. Cum autem suæ doctrinæ fautores, & quotquot Eusebii

episcopi Nicomedēsis parebant sententia, separatim de indultoria cōuenissent, & conciliū habere molirentur, Alexander, qui tū episcopale sedē Constantinopolitanā obtinuit, intellecto eorum conatu, conciliū impedire laborauit. Sed cum istud minime successerit, palā renuit fœdera amicitia cum Ario iungere: dixitque nefas esse, nec ecclesiā infirmitate illud pati, vt sua atq; aliorum omnium episcoporum, qui ex vniuerso ferē terrarum orbe Nicāam conuenerant, decisio irrita fieret. Eusebius igitur cum suis, vbi initio Alexandro verbis persuadere non possent, cōtumeliose in eum insultare, & minis adiectis contestari, nisi ad certū diē Arium reciperet, eum ipsum eiectū ecclesia, in exiliū missū fore, eiusq; successorē cū Ario cōmunicaturū. Ad hūc modum id tēporis disceditur: atque Eusebius eiusq; fautores diem præsstitutum expectant, quō ea quæ fuerant minati, perficerent. Alexander autem deum precatur, ne quæ dixerat Eusebius, reipsa euenirent. Imperator quoque ab illis quodammodo persuasus, vt ipsorum caderet sententia, Alexandro grauissimū metū iniecerat. Prædie ergo ante diem dictum Alexandro ad basin altaris procidens, totam noctē pronus humi iacebat, deū enixe precatus, vt obstaret, quo minus conatus aduersariorum contra se comparati ad exitum perducerentur. Eodem die Arius sub crepusculum cum se nescio quō conferret, de repente aluo laxata compulsus, ad locum publicum ei rei destinātū pergit. Cum autem iam longo temporis spatio intermisso nō exiret, quidam, qui foris illum præstolabantur ingressi, eum mortuum in latrinis iacentem offendunt. vt primum verō hoc palam factum est, de eius morte non eadem omnium fuit opinio. Nam nōnulli vel morbum repentinum eius cor oppressisse, vel eum præ nimia voluptate, quā à rebus ex sententia sibi successuris capiebat, animo defecisse eodemque momento occubuisse: alii autem illum, vt impiū in deū, pœnas debitas perfoluisse arbitrati sunt: alij verō, qui eius sectam sequebantur, præstigijs magicis eum interfectum fuisse rumorem dissiparunt. Verū non fuerit absurdum verba Athanasij episcopi Alexandrini de eius morte in medio ponere, quæ ita se habent. Ille ipse Arius sectæ huius author & princeps, socius Eusebij, opera factionis

Eusebi-

Eusebianæ à Constantino Augusto, imperatore beatissima memorię accersitus, rogatusq; vt fidē suā scriptis proderet, scripsit quidem veterator ille, sed impudentes suæ impietatis voces occultare, dissimulatēq; more diaboli sacrae scripturæ verba nuda, & vt scripta sunt, citare laborauit. Deinde cum beatus Constantinus vrgeret, vt si nullam aliam præterea opinionem teneret animo conclusam, ipsam veritatem testaretur (nam dominus, inquit, si peieraueris, est te reuera vlturus) iusiurandum dedit miser, se nullam aliam habere, neq; contra quā scripserat sentire, licet aliquando aliter dixisset. Quare extemplo inde, velut daturus pœnas, egressus, occubuit: atque pronus decumbens crepuit medius. At tamen mors est exitus vitæ omnibus hominibus communis, & nemo cōtumeliose insectus est, etiā si hostis sit, qui obierit, præsertim cum cuiq; sit incertū, ipsum ne ante vesperum sit mors occupatura, tamen mors Arii, quoniā non vt cōmunis naturæ cōsuetudo fert, acciderit, ob hanc causam merito à nobis explicanda est. Cum Eusebius & eius fautores minarentur se Arium in ecclesiam introducturos, Alexander episcopus Constantinopolitanus, illis restitit. At Arius tamen vi & minis Eusebij confidere cœpit. Iam dies sabbati erat, & postridie eius diei conuentus in ecclesia fieri expectatum est. Graue certamen erat inter eos, qui minas iactabant, & Alexandrum, qui precibus opem à deo postulauit. Sed dominus iudex constitutus, sententiam contra eos qui iniuriam fecerant, tulit. Nam nondum sol occiderat, cum Arius ad locum, in quo occubuit, necessitate naturæ attractus est, & re vtraque, nimirum & communionē & vitæ à vestigio orbatus. Quare audita, beatus Constantinus admiratus est, proque certo nouit, Arium peierasse. Quocirca omnibus tum planum factum est, & Eusebianæ factionis minas in nihilum recidisse, & spe Arium frustratum esse. Rursus demonstratum est etiam insanam Arii doctrinam à seruatore tum in hac ecclesia, tum in ecclesia primogenitorum dei excommunicatam esse: Itaque quem non magna incessit admiratio, cum videat istos obnixè contendere, vt eum iustū declarent, quem dominus condemnarit, & cum animaduertat ab hæresi eos

G ij vindicare;

vindicare, quos dominus communionem fidelium excluderet, neque permisit illius hæresis autorem in ecclesiam introire? Hoc modo Arium mortem obiisse accepimus. Et ob eam causam fama est neminem eas latrinas, in quibus moriebatur, longo tempore post frequentasse, sed cum iam ad eum locum visendum, utpote usu publicum homines confertim, ut in multitudine fieri solet, ruerent, cumque introeuntes se mutuo cohortarentur, ut ab illis latrinis caueret, locus posteris detestabilis factus est, propterea, quod in eo Arius debitas impietatis suae poenas persoluisset. Verum ubi multum iam temporis præterierat, vir quidam locuples, & potens, sectæ Arianae fautor, dedit operam sedulo, ut locum illum à republica emeret. Quem cum emisset, prioris eius forma deleta, ædes in illo extruxit, eo consilio, uti apud populum veniret in oblivionem, & Arii mors ne cui loci recordatione deinceps careretur.

*Quæ res consopito Ario Alexandriae obuenerint,
& quid Constantinus magnus ad eos scripserit.*

CAPVT XXIX.

Verum quamquam iam Arius à vita excesserat, non tamen controversia de doctrina, quam ipse excogitauerat, suscepta ad exitum venit, neque eius doctrinae fautores illis, qui contrariae tuebantur, insidias tendere destiterunt. Quinetiam cum populus Alexandrinus continenter vociferaretur, & precibus Deum sollicitaret pro Athanasii reditu, & magnus ille Antonius monachus de eo persæpe ad imperatorem scriberet, obsecraretque eum, ut Meletianorum sententiæ minime assentiretur, sed eorum criminationes calumniarum loco duceret, imperator tamen nequam persuaderi potuit, sed scripsit ad Alexandrinos literas, eisque criminis loco pertinaciam & turbulentum animorum motum obiecit: deditque etiam mandatum clericis & sanctis virginibus, ut quiete se gererent: quinetiam constanter efferuit se neque destitutum de sententiâ, neque Athanasium, utpote feditiosum & iudicio ecclesiastico condemnatum reuocatum. Rescripsit præterea Antonio se non posse sententiâ concilii contemnere. Nam etsi pauci

vel

vel odium, vel ad gratiam iudicare solent, tamen non esse probabile, ut tantâ illustrium & spectatorum episcoporum multitudo in simili errore versaretur. Athanasium autem contumeliosum esse, arrogantem, disidii & seditionis autorem. Etenim qui animo erant erga Athanasium abalienato, hæc vitia potissimum ei falso obiecerant, propterea quod satis certo sciebant imperatorem eius generis homines supra modum detestari. Porro cum accepisset imperator ecclesiam in duas partes diremptam, atque alteram Athanasium, Ioannem alteram cum admiratione colere, iniquo animo tulit, & Ioannem multauit exilio. Hic Ioannes Meletii successor fuit, iussusque à concilio Tyri habito ecclesiæ communicare, & ut tum ipse, tum omnes eiusdem cum eo sententiæ fautores honores suos in clero capesserent. At quamuis istud minime ex sententiâ aduersariorum Athanasii euenerit, tam factum est. Verum decreta episcoporum Tyri conuocatorum nihil omnino Ioanni profuere. Nam imperator neque precibus, neque ullo postulationis genere induci poterat, ut beneuolus erga eum animo esset, quem suspicicaretur multitudines populi Christiani ad tumultum & discordiam excitaturum.

Quod sancita contra hæreses omnes lege, Constantinus ne alibi quam in ecclesia conuentus agerentur mandauerat, atque hinc effectum esse, ut complures hæreses exoleuerint, & quod Eusebius Nicomedensis & Ariani consubstantiale subruere, veteratorem conati sunt. CAP. XXX.

Dogma autem Arii, quamuis illud quidem per disceptationes à plerisque laboratum esset, nondum tamen peculiari alicui populo separatim attributum est, aut nomine inuentoris appellatum, sed omnes simul cõuentus egerunt, & cõmunicarunt inter se, exceptis solùm Nouatianis, Cataphrygibus, Valentinianis, Marcionistis, Paulianis, & si qui alii alias iam inuentas hæreses cõsectarentur. Nam contra istos omnes legem tulit imperator, mandauitque, ut tẽpla ipsi adimerentur, ecclesiisque adiungerentur, & neque in

G iij adibus

ædibus priuatorum, neq; in loco publico conuentus haberent. Quinetiam illis exposuit, quòd præstaret cum ecclesia catholica cõmunicare, atq; ad eam accedere hortatus est. Hac lege promulgata, istarum sectarum memoria magna ex parte deleta est. Nam dum superiores regnarent imperatores, omnes qui Christum colebant, tamen opinionibus dissentirèt, tamen eodẽ in numero ac loco habebatur à Gentilibus, & pari ratione torquebatur: nec poterant præ cõmunibus calamitatibus curiose in se ipsi inquirere. Et propterea singuli seorsum per se facile in vnũ cõuenire, cõuentus agere, crebrò in mutuũ venire colloquiũ solent, & licet essent numero pauci, non tamen disuncti sunt. At hac lege sancita, heretici propter episcopos & clericos, qui eos assidue obseruabant, facultatẽ minimẽ habuerunt, vel palã vel in occulto cõuentus peragendi, qua de causa complures eorum admodum perterriti, se ecclesiæ catholicæ adixerunt. Alij autem, qui in eadem perstabat sententia, quoniam neq; in vnũ conuenire permisi erant, neq; poterat sine metu suę opinionis fautores docere, idcirco nullis suę sectę successoribus post se relictis, è vita exiuerunt. Siquidẽ aliq; oēs ferẽ sectã in initio per paucos habebat æmulos, vel ppter peruersitatẽ dogmatũ, vel ppter inuentorũ & authorũ suorũ im pbitatẽ. At Nouatiani, tũ q; duces suę opinionis viros bonos sunt cõsecuti, tũ q; eandẽ, quã ecclesia catholica, de deo doctrinã tuebant, ab initio permulti extiterunt, & manserunt hætenus, nec multũ incõmodi ex hac lege acceperunt. Nam imperator, mea quidẽ sententia, dum institueret subditis suis non exitio esse, sed terrori solum, de legis sèueritate sua sponte non nihil remisit. Quinetiam Accesius, qui id temporis Constantinopoli sectã Nouatianæ episcopus fuit, quoniã propter vitæ integritatẽ imperatori charus erat, nõ parũ, vt est verisimile, suæ ecclesiæ atulit præsidij. Cataphryges autem eadẽ afficiebantur pœna, qua cæteri heretici imperio subiecti, exceptis solum illis, qui Phrygiã incolebant, & in reliquis gẽtibus illis finitimis ætatẽ degebant. In quibus locis permulti Cataphryges & à temporibus Montani extiterunt, & adhuc sunt. Sub idẽ tempus Eusebius episcopus Nicomedię, & Theognis Nicę episcopus scriptis ceperunt formulã fidei à concilio Nicæno

Nicæno æditam innouare: ac tamen non auderent palam denegare filium patri consubstantialẽ esse (pro certo enim sciebant imperatorem ita sentire) aliam tamen formulam composuerunt, verbaque fidei in cõcilio Nicæno editã ab episcopis Orientis, interpretationibus quibusdam additis, recepta esse, omnibus indicauerunt. Quæ quidẽ formula & sensus eiusdem effecerunt, vt superior controuersia in disceptationem rursus vocaretur, & cum iam videretur sedata esse, de integro ageretur.

*De Marcello Ancerano episcopo, & eius heresi
& abdicatioe CAPVT XXXI.*

DVM hæc geruntur, episcopi Constantinopoli cõuocati Marcellum episcopum Ancyre, quod est oppidũ Galatiæ, vt nouæ doctrinæ authorem (nam filium Dei principium ex Maria habuisse, & regnum eius finẽ habiturum asseruit, & librum quendam de hac re composuit) gradu episcopali abdicarunt, ecclesia expulerunt, & Basilio, qui tũ in dicẽdo tũ in docẽdo, disertus putabatur, ecclesiæ Galatarum episcopatũ detulerunt. Scripserunt icẽ ad ecclesias in illis locis sitas, vt Marcelli librum conquirerent, eumque cremandum curarent, & si quos reperirent eius opinionis fautores, eos ad fidem catholicam traducerent. Significauerunt porrò se non totum librum, quippe qui pluribus scriptus esset, subiunxisse suis literis, sed certas solum sententias in illis inseruisse, quæ ostenderent Marcellum hæc, quæ modò diximus, sensisse. A nonnullis tamen dicebatur ista à Marcello dicta esse, velut de eisdem solum quærente: & ab Eusebio & suis sectatoribus ad imperatorem per calumniam delata, perinde ac si Marcellus eadẽ constanter asseuerasset. Nam hos ei grauiter succensuisse, quòd neq; in concilio Tyri vrbis Phœnicie habitò, ipsorum decretis consentiret, neque Hierosolymis de Ario in ecclesiã admittendo concederet, neq; cõsecrationi magni templi ibi à Constantino ædificati interesse vellet, idq; nõ alia de causa, quàm vt ipsorũ vitaret communionẽ. Deniq; scripsere isti ad imperatorẽ, hæc q; ad calumniã probandã ei detulere, q; ipsũ quoq; Marcellus ideo cõtumelia affecerat

quod dedignatus esset consecrationem templi Hierosolymis extructi sua presentia honorare. Causa autem, cur Marcellus accusatus sit, fuit Asterius quidam sophista Cappadociae, qui cum libris de religione Christiana, opinioni Arij consentientes scripssisset, per oppida circumcurfare, eosque episcopis demonstrare coepit, conciliis denique ubique convocatis interfuit. Cui Marcellus contradicens, in opinionem Pauli Samosatani, seu sponte, seu imprudens, nescio, delapsus est. Verum postea, cum in concilio Sardicensi ratione ostendisset se haud quaquam ita sensisse, ad episcopatum de novo restitutus est.

Quod Constantinus magnus paulo postquam sacrosancto baptisinate initiatus erat, excedens e vita, in sanctorum apostolorum templo conditus est.

CAP. XXXII.

Imperator autem, cum iam antea imperium filijs suis Caesaribus distribuisset, & partem illius, quae vergit ad occidentem spectantem Constantio assignasset, quoniam corpore aegro iam & languenti fuit, ideo Helenopolim aduenit, balneis sua natura calidis vsurus. Ac cum morbo vehementius virgeretur, Nicomediam deportatus est. Ibi autem cum in suburbij commoraretur, sacrosancto baptisimatis mysterio initiatus est. Qua re magnopere delectatus, gratias egit deo. Factoque testamento, imperium filijs, ut supra demonstratum est, dispersiuit. Romae autem antiquae, & Constantinopoli priuilegia quaedam praeter ceteris eximia reliquit: testamentum commisit presbytero illi, quem tamen Arij fautor fuit, tamen ob vitae integritatem Constantia foror eius iam moriens commendauerat. Cui iureiurando astricto mandauit, ut Constantio, simul ut accederet, illud daret. Nam neque iste, neque alius ex caesariibus patri morienti praesto aderat. Quae cum imperasset Constantinus, ad paucos dies vitam propagans, circiter quintum & sexagesimum aetatis suae annum moritur. Ex quoru annorum numero triginta & unum regnauit: Christianae religionis fautor maximus, quippe qui primus imperatorum ad ecclesiam amplificandam

nota:
romum
est

candam acri studio incubuerit, & eius splendore ad summum perducere laborarit. In rebus ite, quas instituebat, haud scio, an quisquam fuerit fortunatior. Nam absque diuina ope, ut mihi quidem videtur, nihil aggressus est: qui in bellis ab se contra Gothos & Sauromatas gestis victor fuit, & formam reipublicae ad suum arbitrium tam facile commutauit, ut alium senatum constitueret, aliam urbem suo nomine appellatam, imperij primariam efficeret, atque religionem Gentilium, quam tum magistratus imperii, tum subditi tam diu coluerant, simul ut aggressus est, exiguo temporis spatio deiecit. Vbi vero de vita decesserat, corpus eius in loculo aureo conditum, Constantinopolim transportatum est, & super feretrum quoddam in palatio positum. Cui idem honores, idemque obseruantiae modus ab aulicis tributus est, ac si vixisset. Ut primum autem Constantius, qui in Oriente versabatur, de patris morte certior factus est, properat Constantinopolim contendit, atque funere & exequijs regalibus factis, eum in ecclesia nomine apostolorum nuncupata sepeliuit: in qua quidem ecclesia Constantinus, dum vixit, sepulchrum sibi construendum curauerat. Ab eo igitur, tanquam ex eius rei auctore consuetudine ducta, imperatores Christiani post mortem, Constantinopoli sepeliuntur, atque episcopi etiam: quippe cum dignitas sacerdotalis imperii dignitati par sit, imo vero in locis sacris primas partes obtineat.

Secundi Libri Finis.

HERMIAE SO- ZOMENI SALAMINII HI- STORIAE ECCLESIASTI- CAE LIBER TERTIVS.

Quòd post Constantini magni obitum, Eusebius &
Theognis denuò fidē Nicenā vellicare cœperunt.

CAPVT I.



ES, regnante Constantino, in eccle-
sia gestę, ad hunc modum se habuere.
Quo quidem mortuo, doctrina fidei
à concilio Nicæno stabilita in cōtro-
uersiam denuò vocatur. Nam hanc
licet non omnes approbassent, tamē
dū vixit Cōstantinus, nemo eā apertē
reicere ausus est. At vt primū exce-
sit è vita, cōplures, qui etiam antea de hac fide prodenda in
suspicionem venerant, ab ea penitus desciuerunt. Omniū
autem maxime Eusebius & Theognis episcopi Bithy-
niæ summopere laborarūt, vt Arii regnaret opinio. Quam
rem facile perfectū iri arbitrati sunt, si modò Athanasium
reditu ab exilio intercluderent, alterumque suæ opinionis
fautorem ecclesiis Aegypti episcopū præficerent. Atq; ista
animo instituebant, administrum sui conatus adepti pres-
byterum illum, qui temporibus Constantini author fuerat
Arii ab exilio reuocandi. Nam erat quoque Constantio
impertori percharus, propterea quòd ei patris testamentū
saluum tradiderat: quinetiam authoritatem ob suam
in rebus gerendis fidelitatem nactus, in familiaritatem tum
imperatricis, tum eunuchorū, qui imperatoris cubicularii
erant, quique multum apud eum gratia valebant, sese im-
mersit. Eodem tempore Eusebius imperatoris familię præ-
fuit: qui cum esset opinionis Arianae approbator, non im-
peratricem solum, sed etiam aulicos permultos ad suā per-
duxit sententiam. Hinc rursus crebrę de fide disceptatio-

nes

ECCLESIAST. LIB. III. 54

nes priuatim & publicè susceptę: simulque contumelię &
simultates ortę: deniq; res Theognidi & suis processit ex
sententia.

De magni Athanasi ex Gallis reuersione, & Con-
stantini Caesaris Constantini magni filii epistola,
& rensis rursus ab Arianis contra Athanasium
insidias, & Acacio Birrbæensi episcopo, ac bello
inter Constantem & Constantinum suscepto.

CAPVT II.

DVm hæc geruntur, Athanasius ex Gallia ad solē oc-
cidentem vergente Alexandriam reuertitur. Quem
Constantinus, dum adhuc maneret in vita, reuocari
in patriam iusserat. Fertur etiā eum hoc idē in testamento
suo præcepisse. At verò quoniam mors illum antē occupa-
uerat, quàm res perfecta sit, idcirco filius eius Cōstantinus,
qui Gallis versus solis occasum præfuit, fecit Athanasio po-
testatem Alexandriā reuerten di, literasq; eius causa ad po-
pulum Alexandrinū dedit. Quas literas hoc loco ponere
statui, quæ sunt scriptę his verbis.

Constantinus Caesar populo ecclesię catholi-
cæ Alexandrinę. S.

VEstre prudentię minime obscurū arbitror, quid cause
fuerit, cur sacrosanctę legis & doctrinę euāgelicę in-
terpres Athanasius à patre meo in Galliã ad tempus
relegatus sit: ne scilicet per nefariam improborū quorundā
peruerstatē (nā agrestis in festorū & crudeliū hostiū imma-
nitas eius capiti periculū intenderat) vulnera planē in sana
bilia sustinere coactus fuisset. Quocirca vt hæc neq; homi-
num malitiã effugeret, ex illorū quasi faucibus, qui ei stru-
ebant insidias, ereptus est, iussusq; , vt sub mea ditione vitā
degit, quò nō aliter, ac si in ea ciuitate versaretur, in qua an-
te hæc vixerit, omnibus rebus ad vitā necessariis (licet eius
eximia viri? diuina ope freta, graues asperioris fortunę grū-
nas pro nihilo putet) abūdare circūfluereq; possit. Quāob-
rem cū pater meus Cōstantinus August. dignus sanē ob res
præclarę gestas, qui sempiternę memorię commendetur,
haberet

haberet in animo, episcopum illum ad propriam sedem locumque vestrae cum primis sanctimoniae gratia, restituere, & morte, ut fors humana fert, ante occupatus occumberet, quod id, quod erat sibi in optatis, explere posset, consentaneum certe existimaui, ut ipse institutum tam pii imperatoris mihi exequendum susciperem. Quanta autem obseruantia & honore hominem complexus fuerim, ab eo ipso, simul atque in vestrum conspectum venerit, facile intelligetis. Nec mirum sane, me istud humanitatis officium erga illum declarasse. Nam cum quaedam vestri desiderii quasi effigies, tum grauis hominis persona ante oculos mentis obuersata, animum meum ad hoc ipsum commouit, vehementerque cohortata est. Deus vos, fratres mei charissimi, sua prouidentia diu seruet incolumes. Istarum literarum subsidio Athanasius reditum consecutus, ecclesias Aegypti denuo administrauit. At Arriani istud grauer tulere, neque animo tranquillo potuere consistere: hincque crebrae seditiones concitatae. Quae res causa fuit, cur nouae insidiae Athanasio denuo tenderentur. Nam Eusebiani eum apud imperatorem magnopere insimulabant, quod homo seditiosus esset, quodque contra leges ecclesiasticas, non iudicio episcoporum, sed suo ipsius arbitrio reuertisset. Verum quemadmodum istorum insidiis Alexandria rursus expulsus sit, mox idoneo loco dicitur. Per idem ferè tempus, Eusebio cognomento Pamphilo mortuo, Acacius episcopatum Caesareae Palaestinae cepisset. Qui studiosus Eusebii imitator factus, & ab eo in sacris literis institutus, cum ad inueniendum quid diceret, tum ad inuenta oratione explicanda adeo aptus fuit, ut perdisertus euaderet, multosque libros memorabiles post se relinqueret. Non ita diu post Constantinus imperator, in bello contra Constantem fratrem suum illato, in Aquilia à ducibus Constantis interficitur. Quare imperii Romani pars, quae ad solis occasum spectat, Constanti, pars autem quae vergit ad solem orientem, Constantio cessit.

De Paulo Constantinopolitano episcopo, & spiritus sancti oppugnatore Macedonio.

CAPVT III.

Interea

Interea temporis moritur Alexander, inque episcopatum Constantinopolitanum Paulus post eum succedit: quae episcopatum, ut Arriani & Macedoniani memorant, contra sententiam Eusebii episcopi Nicomediae, & Theodori Heraclae, urbis Thraciae episcopi (penes quos, ut episcopos finitimos, electio episcopi Constantinopolitani erat) ipse sibi per ambitum acquisierat: sed ut multis in ore est, ob testimonium Alexandri, cui succedebat, ab episcopis, qui tunc forte in urbe commorabantur, ordinatus est. Nam Alexander, cum annos iam nonaginta octo natus esset, quorum viginti tres in episcopatu praclare ac fortiter gerendo contulisset, cumque esset de vita decessurus, sciscitantibus suis clericis, cui ecclesiae administratio deferenda esset, Si virum, inquit pietate spectatum, aptumque simul ad docendum quaeritis, Paulum eligit: Sin hominem ad res ciuiles gerendas, & consuetudinem cum principibus habendam idoneum desideratis, Macedonius priores obtinet. Quinetiam fautores Macedonij, utriusque quidem testimonium ab Alexandro tributum contententur, sed testimonium de rebus ciuilibus procurandis, & de eloquentiae praestantia Paulo, testimonium autem pietatis vitae Macedonio datum praedicant. Nam Paulum vitam delicatam & dissolutam confectum calumniabantur. Ex quorum confessione constat, Paulum disertum virum fuisse, & ad docendas ecclesias praestabilem. Quem rerum euentus testificantur, neque vitam effusam egerisse & intemperantem, neque ad consuetudinem principum aptum fuisse. Nam insidias aduersariorum (quales verisimile est viros in eiusmodi rebus solertes machinari) ab se minimè depulit: imò verò etiam cum multitudini percharus esset, malitia eorum, qui id temporis doctrinam huius in concilio Niceno confirmatam rejiciebant, non parum accepit incommodi. Ac primum in crimine quoddam vitam neutricum egerat, vocatus, ecclesia Constantinopolitana eicitur. Ad extremum, addicitur exilio: ubi per insidias eorum, qui caedem illi machinabantur, miserandum in modum strangulatum occubuisse ferunt. Caeterum ista quidem post acciderunt.

De tumultu propter Pauli ordinationem exorto.

CAPVT IIII.

Perid

PEr id temporis autē maximus tumultus ecclesiam Constantinopolitanam propter electionē episcopi occupauit. Nā dū vita suppedibat Alexandro, Arianorū libertas in angustū coacta est, & populus, oculis in illū coniectis, eius nutum secuti sunt, & Deum laudibus extulerunt: id quē maximē post calamitatē adeo ex inopinato Ario illatā, quē diuina vltione precibus ac votis Alexandri inuecta, ad eum modum, quem diximus, extinctum esse credebant. Quare simul atque Alexander obiit moitem, populus in duas factiones diuisus, contentionibus opinionum & pugna palā cepit exardescere. Atque ab Arianis laboratum est, ut Macedonius, ab illis autē, qui filium patri consubstantialē credebant, ut Paulus crearetur episcopus: quorum quidē certē vicit sententia. Post Pauli electionem, reuersus eō imperator (nam illo tempore fortē aberat) rem in quo animo tulit, perinde ac si episcopatus homini indigno tributus fuisset. Itaque fraudulento impulsu aduersariorum Pauli conciliū conuocans. Paulum exturbauit ecclesia, & Eusebio episcopo Nicomedie sedem Constantinopolitanam tradidit.

De provinciali Concilio Antiochiæ celebrato, quod abdicato Athanasio, Gregorium in eius locū subrogauit, & de duabus fidei expositionibus, & quinam illis consenserint, & de Eusebio Emiseno, & quod Gregorio Alexandriam ingressō, Athanasius fugiens Romam saluus peruenit.

CAPVT V.

HIS confectis rebus, Constantius Antiochiā, quod est oppidū Syriæ cōtēdit. Iā verō cū ecclesia, quā tū amplitudine tū pulchritudine præ cæteris eximiam Constantinianus adhuc in vita manēs, Constantio filio administrō ad eā rem vsus, ædificare cœperat, ibi tū ad exitū perducta esset, opportunū tēpus Eusebianis, qui illud sedulo moliebantur, videbatur ad Conciliū cogendū oblatū. Quare isti cū alijs eiusdem opinionis & doctrinæ fautoribus, qui huic cōsilio tū intererāt, numerū nouaginta nouē episcoporū conficientes, conuenerūt ex multis locis Antiochiā, simula-

simulatione quidem ut nouam ecclesiam consecrarent, sed reuera, sicut euentus declarauit, ut decreta concilij Nicæni abrogarent. Eo tempore Placitus, Euphronio mortuo, ecclesie Antiochenæ præfuit, & iam quinq; annos morte Constantini, in eo munere obeundo cōtriuerat. Vbi verō omnes episcopi in vnū conuenerunt, & Cōstātius etiā ad fuit, complures eorum indignari, & grauius Athanasium accusare cœperunt: quod scilicet, legem de sacerdotio sanctam, quam ipsi tulerant, contempserat, quodque prius ecclesie Alexandrinæ administrationem occuparat, quam potestas esset ei à concilio permisa. Adiecerunt præterea eum ciuibus causam mortis extitisse, propterea, quod cum in ciuitatem intraret, seditione excitata, multi occisi, non pauci in iudicium adducti essent. Itaque grauissima calumnia his rationibus contra Athanasium contexta, decernunt ut Gregorius ecclesie Alexandrinæ antistes cōstitueretur. Quo facto, ad quærendū de fide se transferunt. & quāuis decreta concilij Nicæni minime arguant, tamen mittunt ad episcopos cuiusque ciuitatis literas, quibus docent se, cum sint episcopi, Arium minime secutos esse (qui enim fieri potest, inquit, ut eum sequantur, cum sit solum presbyter?) sed cognitores eius fidei factos, ipsum potius admisisse: se autem non aliter credere, quam fides ab initio tradita præscriberet: eam verō esse, quam Epistola suæ subiunxerat: in qua de nomine essentia patris, aut filij, vel verbi consubstantialis nulla omnino mentio facta erat, sed sensu adeo anceps & ambigua fuit, ut neque Ariani, neque concilij Nicæni fautores compositionem verborum, quod sacra litera eiusmodi minime complecterentur, insectari possent. Nam omnis illis nominibus, quæ utraque pars haud probabat, ea in formula fidei posuerūt, quæ erant tum ab Arianis, tum ab orthodoxis concessa. Si quidem filium simul cum patre esse, vniuentum esse, Deum esse, ante omnia extitisse, carnem assumptisse, paternam expleuisse voluntatem, & alia itidem cōfessi sunt. Verum utrum coæternus sit, & consubstantialis patri, an contrā, nequiquam in formula inseruerunt. At verō, cum eos istius formulæ, postea, ut est verisimile, pœniteret, aliam præterea rursus edide-

ediderunt, quæ in aliis quidem rebus, mea quidem sententia, fidei concilii Niceni (nisi quidam fortè sensus à me minime intellectus, in verbis obscurè inclusus sit) penitus cõsentit, sed his verbis, filium patii **CONSUBSTANTIALEM ESSE**, reiectis pro illis, eius **DIVINITATEM NEC CONVERTI POSSE, NEC MUTARI**, dixerunt, eumq; essentia, consilii, potentia, & gloria patris conformem imaginè esse, & primogenitum omnis creaturæ. Hanc fidei formulã, his verbis scriptam, dixerunt se comperisse Luciani fuisse formulã, viri spectatissimi, & in sanctis literis summè eruditi, qui Nicomedia martyrio occubuit. Verane ista sint, an propriam ac suam fidei formulam titulo martyris insignire laborarint, non habeo equidem dicere. Huic concilio interfuerunt, non Eufelius solum, qui post Paulum eiectũ, Nicomedia translatus, sedem Constantinopolitanam occupavit, verum etiam Acacius, Eusebii cognomento Pamphili successor, & Patrophilus episcopus Schytopolis, & Theodorus Heracleæ, quæ ante Perinthus appellata fuerat episcopus, Eudoxius item episcopus Germanicia, cui post mortem Macedoniæ ecclesiæ Constantinopolitanæ gubernatio delata erat, & Gregorius ad episcopatũ ecclesiæ Alexandrinæ delectus: qui eadem inter ipsos sentire id tẽporis omnes confessi sunt. Quinetiam Dianæus Cæsareæ Cappadociæ episcopus, & Georgius episcopus Laodiceæ, quæ est vrbs Syriæ: alii denique complures, qui ecclesias primarias easq; illustres administrabant. Quibuscum vnã adfuit quoque Eusebius cognomento Emisenus, genere oriundus ex Edeffa nobili ciuitate Osroenorum, ab ineunte ætate, vt mos patrius fert, sacris in literis educatus, deinde disciplinis humanioris literaturæ institutus, idq; à magistris, qui illo tempore ibi ætatem degebant. Postea autem ab Eusebio cognomento Pamphilo, & Patrophilo Scythopolis antistite, interpretibus & magistris suis sanctos scripturæ libros exquisitiùs perdidicit. Qui profectus Antiochiam, simul vt Eustathius fortè propter criminationè à Syro sibi illatam abdicatus erat, cõsuetudine Euphronij Eustathij successoris multum vsus est. Inde etiam, quoniã sacris initiari renuebat, Alexandriam concessit, scolasq; philosphorum ibi frequentauit. Quorum disciplinis accuratè

curatè institutus, rediit Antiochiã, & cum Placito, qui Euphronio succedebat, commoratus est. Postea verò quàm in ea vrbe forte fortuna concilium erat conuocatum, ab Eusebio episcopo Constantinopolitano ad sedem ecclesiæ Alexandrinæ capesendam designatus est. Nam putabat illum tum propter piam vitæ institutionem, tum propter singularem in dicendo facultatem, animos Aegyptiorum à beneuolentia, qua Athanasium complectebantur, faciliè auocaturum. At vbi hunc episcopatũ capessere recusauit, iratione secum inita, quàm paratum in odium apud Alexandrinos incurreret, qui videre non poterant, alterum in locum Athanasij surrogatum, ecclesiæ Alexandrinæ episcopatum Gregorio, Emisenæ autem ei tributus est. Ibi tum multo oborto, cum esset ideo accusatus, quòd eam partem Astronomiæ, quæ rerum euentus prædicere proficitur, inde fugit, venitque Laodiceam ad Georgium illius ecclesiæ episcopum necessarium & familiarem suum. Qui cum eo profectus Antiochiam ad Placitum & Narcisum episcopos, perfecit vt Emesam reuerteretur. Plurimi illum fecit Constantius imperator, secumque cum bellum contra Persas gesturus esset, deduxit. Fertur item Deum multa per eũ edidisse miracula, vti Georgius Laodicensis testatur, qui cum ista, tum alia præterea de eo cõmemorat. Verum iste licet vir tam insignis esset, non tamen eorum effugit inuidiam, quorum animos alienæ virtutes vehementer excruciare solent. Nam in crimè adductus est, quòd Sabellij tueretur opinionem, cum tamen iam tum decretis cõcilii Antiocheni suffragaretur. At verò Maximum Hierosolymorum episcopum, dedita opera ab hoc concilio abfuisse ferunt, eumq; pœnituisse, quòd in fraudem impulsus, sententiæ fuisset eorum, qui Athanasium abdicauerant, suffragatus. Porrò autem neque episcopus Romanus, neque alius quispiam vel ex episcopis Italia, vel ex illis, qui longè vltra Romam habitabant, ad istud concilium conuenit. Dũ hæc administrantur, ac Fraci Romanorum agros in finibus Gallia sitos populantur: parsq; imperii ad solem orientem spectans maximis terræmotibus cõcutitur, & maximè omnium Antiochia. Hoc concilio ibidem confecto, Gregorius proficiscitur Alexandriam, ingenti militum manu

stipatus, quibus erat imperatū, vt pacatū ei & tutum in vrbem introitum prouiderēt. His subsidio etiam fuere Ariani, qui non de hac re solum, verū etiam vt Athanasium & ciuitate pellerent, magnopere laborarunt. Quare Athanasius non parum veritus, ne populus ipsius causa aliquid acciperet incommodi, nocte subsequenti conuentū in ecclesia egit. Atq; cum iā milites ad ecclesiā venissent, precibus quibusdam peractis. primò psalmum recitari iubet Athanasius, dum concentu quodam psalmus cantatur, milites acquiescunt, illud tempus ad inuadendum Athanasium parū idoneum arbitrati. Interim Athanasius per mediam canentium turbam clam egreditur, & Romam contēdit. Gregorius verò sedem Alexandrinam occupat. Ob quam causam populus grauius commotus, ecclesiam nomine Dionysij, qui ibi fuerat episcopus, nuncupatam incendunt.

De Paulo qui mortuo Eusebio ad Episcopatum restitutus est, & de Hermogine ductore exercitus trucidato, & quòd Constantius ab vrbe Antiochena Constantinopolim profectus, tū Paulū exturbat, tū contra ciuitatem ira commotus est, deinde Macedonia in ancipiti relicto, Antiochiam reuertitur.

CAPVT VI.

HOC modo conata eorū, qui haresim fidei catholice aduersariā tuebantur, prosperè successerūt: quippe cū & hi, qui doctrinam in cōcilio Nicæno confirmatam studiose defendebant, abdicati essent, & episcopales sedes primariæ, nempe Alexandrie, vrbis Aegypti, & Antiochiæ, quod est oppidū Syriæ, & Cōstantinopolis etiā, ciuitatis ad Hellepontū sitæ, ab Arianis occupatæ: quibus episcopi eā imperij partē incolētes morē gesserūt. At ecclesiæ Romane præsul, & episcopi ac sacerdotes versus occidētē solē habitates, hanc iniuriam & cōtumeliā ecclesiæ factā, suā ac propriam duxerunt. Nā cum semper inde vsq; ab initio cōcilij Nicæni sententiā approbassent, idē sentire eodēq; animo esse hactenus nō destiterūt. Itaq; Athanasium ad se accedentem beneuolē exceperunt, & criminationē illi obiectam in se seruarunt. Quibus de causis grauius commotus Eusebius scripsit

scripsit ad Iulium, vt ipse decretorū Tyn de Athanasio sanctorum iudex esset. Attamē nō ita diu post concilium Antiochiæ celebratum, antè, quā de Iulij sententiā certior factus esset, de vita decessit. Quare hi, qui Cōstantinopoli fidē concilij Nicæni summo studio ampleterentur, Paulum in ecclesiam deduxerūt, Eodē tempore Theognis Nicææ episcopus, Theodorus episcopus Heracleæ, & alii eiusdē sectæ episcopi, qui tū fortē Cōstantinopoli aderāt, subsidio eorū, qui erāt ex multitudine aduersaria adiuti, in altera ecclesia conuenere, & Macedoniū ecclesiæ Cōstantinopolitanæ designare episcopū. Hinc crebri in vrbe cōcitati tumultus. bellis nō dissimiles. Nā multitudine vtrinq; cōfligente q̄ plurimi perierūt. Atq; ciuitas tāta seditione redundauit, vt res ad imperatorē, qui tū erat Antiochiæ, perferretur: qui inflāmatu iracūdia, iussit, vt Paulus vrbe denū eiiceretur. Imperatoris autē mādata executus est Hermogenes, dux equitatus: qui in Thraciam missus, itinere p̄ Cōstantinopolim factō, vi militū perfecit, vt Paulus ecclesia expelleretur. Verū cū multitudo minimē istud fieri permitteret, imò verò Paulū aliqua ex parte defendere niteretur, & milites violentius, quā imperatum erat, perficere laborarent, vrbis illius milites ad domū Hermogenis profecti, eam incendūt, Hermogenē trucidant, & fune ligatū per ciuitatis plateas trahunt. Quā re audita, imperator, conscōso equo, perrexit Cōstantinopolim, eo animo, vt plebem graui aliquo afficeret incommodo. Sed cū eos sibi obuiam factos lachrymis & precibus veniā petere cerneret, illis quī dem pepercit: sed tamen dimidiatam partē frumenti, quod pater eius Cōstantinus congiarij loco quotannis ex vectigalibus Aegyptijs ciuibus in cōmune tribuerat, ademit: ratus fortasse cōplures delictijs & nimia affluentia languentes ad seditionem esse paratos. Iræ autem impetum in paulum trāstulit, iussitque illum de ciuitate pelli. Porro autem Macedonio succensuit, tum quòd author putaretur cædis ductis Hermogenis, & aliorum complurium, tum quòd ante episcopus crearetur, quā ipse consensisset. Verū re illa in medio relicta, cū iam neq; eius electioni suffragatus esset, neque refragatus, Antiochiam reuertit. Dum hæc aguntur, Ariani Gregorium, vt pote in sua ipsorum doctrina

SOZOMENI HISTOR.

stabilienda tardum & negligentem, & Alexandrinis cum propter graues casus, qui in eius in urbem introitu, ibi accidissent, tum propter ecclesiae incendium valde odiosum, inde transtulerunt: inque eius locum substituerunt Georgium, genere Cappadocem: qui ab illis maximi aestimabatur, tum quod in rebus agendis promptus ac diligens, tum quod eiusdem cum ipsis opinionis perstudiosus esset.

De Archiepiscopis qui à partibus orientalibus pulsi, Romam confugerunt, & quid pro illis Iulius Romanus praefex scripserit, & quod eius literis Paulus & Athanasius sedes suas rursum receperunt, tum etiam quid orientales archiepiscopi Iulio responderunt. CAP. VII.

Athanasius autem fugiens Alexandria, Romam aduenit. Eodem tempore Paulus etiam Constantinopolitanus episcopus fortè illò accessit, & Marcellus quoque episcopus Ancyrae, & Asclepas Gazae episcopus, qui cum doctrinae Arianæ aduersaretur, in crimen vocatus est ab Arianis quibusdam, quod altare euerterat, & fuerat propterea abdicatus. Cuius locum in ecclesia Gazae administratione obtinuit Quintinianus. Itemque Lucius episcopus Adrianopolis ab aliis accusatus, sua, quam regebat, ecclesia spoliatus, Romæ ætatem degit. Quorum criminationes cum episcopus Romanus intellexisset, & omnes fidei concilii Nicæni consentientes repperisset, in communionem recepit. Ac cum propter sedis dignitatem cura omnium ad ipsum spectaret, singulis suam ecclesiam restituit: scripsitque ad episcopos Orientis, eosque incusauit, quod inconsultò de hisce viris iudicassent, ecclesiasque perturbassent, cum decretis concilii Nicæni stare nollent. Deditque mandatum, ut quidam illorum omnium nomine ad diem constitutum accederent, perspicuè declaraturi sententiam, quam de his tulerant, æquam iustaque esse. Quinetiam minatus est se de reliquo non passurum eos inultos esse, nisi nouis rebus studere desisterent. Ista quidè scripsit Iulius. Athanasius autè & Paulus ad suas sedes reuertuntur: literasque

ECCLESIAST. LIB. III. 59

literasque Iulii episcopis orientis mittunt. Quibus illi grauius commoti, conueniunt Antiochia in vnum, & epistola verbis elegantibus ornatam, & disertè, ut rhetorù mos fert, compositam ad Iulium scribunt, eamque plenè ironia, & minarum non expertem grauisissimarum. Nam quanquã literis suis fatebantur, ecclesiam Romanam primas apud omnes ferre, utpote quæ apostolorum scola & pietatis metropolis (licet aures religionis Christianæ primum ex oriente eo venissent) iam ab initio fuisset, tamen indignati sunt se posteriores ideo ferre, quòd magnitudine ecclesiae superarentur, idque cum virtute & pio viuendi instituto longe superiores essent. Quinetiam criminis loco Iulio obiciebant, quòd cum Athanasio & reliquis cum eo episcopis communicauerat, & ægrè admodum ferebant, perinde ac si tum concilium fuisset, tum ipsorum sententia abrogata. Quod factum, ut iniquum, & à lege ecclesiastica discrepans infirmularunt. His de causis cum eum ad hunc modum criminati essent, & sibi factam iniuriam testati, Iulio pacè & communionem pollicebantur, si modò abdicationem eorù qui ad ipsum profugerant, approbarent: sin autè resisteret ipsorù decretis, contraria se facturos prædicebant. Nam episcopos & sacerdotes orientis, qui ipsos antegressi fuerant, minimè refragatos esse episcopo Romano, cum Nouatus erat ecclesia ab eo eiectus. De rebus autem, quas contra concilii Nicæni decreta gesserant, nihil ei rescripserunt, cum tamè significarent se multas habere causas, quibus comòdè facta sua excusare possent. Verùm dixerunt superuacaneè esse de his in præsentia se purgare, præsertim cum in omnibus suis actis omnino iustitiam violasse suspecti essent. Iulio quidem ista eos scripsisse constat.

Quomodo deiecto Paulo, vicissim in episcopatum Constantinopolitanum Macedonius successit est. CAPVT VIII.

Episcopos autem, quos abdicauerant, rursus apud Constantinianum imperatorè accusant. Hic illo tempore Antiochia ætatem degens, scribit Philippo, præfecto Constantinopolitano, ut ecclesiam illam denuò Macedonio reddat.

dat: Paulum autem urbe expellat. præfectus verò seditione
populi veritus, ante quam mandatum imperatoris palâ fa-
ctum est, ad balneum publicum, cui nomen erat Zeuxip-
pus, illustre illud quidem atque amplissimū, proficiscitur:
eoque accersit paulum, quasi de negotiis publicis cum eo
communicaturus. Cui, statim ut venerat, literas ostendit
imperatoris, atque clam per regiam, quæ balneum attinge-
bat, eum ad mare deduci, collocari in nauigio, Thessalo-
nicam subuehi, vnde maiores eius oriundos ferunt, iussit:
denique sententiam contra illum tulit, vt omnino extra eâ
imperii partem, quæ ad orientem solem vergit, se teneret.
Illyricū & vltiores regiones ingredi nō vetuit. Egressus
dēnum ē tribunali, in quo iudicium aduersus paulum de-
derat, secum in curru habens Macedonium, ad ecclesiā per-
rexit. Populi autem multitudo (nam his rebus gestis infi-
nitus numerus in vnum collectus est) ecclesiam illico com-
pleuit. Nam singuli tum Ariani, tum pauli fautores, enixē
laborarunt, vt alteri alteris anteuertent. Vbi verò præ-
fectus, & Macedonius vnâ ad fores accessit ecclesiæ, & mul-
tudo, quò introitus illis pateret, à militibus ad cedendū
impulsa, cedere ideo non potuit, quòd loca interiora refer-
ta erant, milites rati multitudinem populi dedita opera re-
stitisse, multos gladiis confecerunt: complures item ab se
mutuò prostrati interierunt. Quare edictum imperatoris
hunc habuit exitum: atq; Macedonius ecclesiarum admi-
nistrationem obtinuit. Cum Paulus hoc pacto ex inopina-
to ecclesia Constantinopolitana priuatus esset, Athanasius
veritus Constantii imperatoris minas, ex occulto fuga sa-
lurem quaesuit. Nam Constantius ei mortem eò minatus
fuerat, quòd Ariani criminati fuissent, seditiones ab eo cō-
flatas esse, & illo in urbem introeunte multos extrinctos.
At illud in primis imperatori bilem mouit, quòd eum fru-
menti congiariū, quod Cōstantinus pauperibus Alexandriæ
donasset, vendidisse, indeq; quaesitū fecisse predicabant.

*Quòd Romanus pontifex pro Athanasio ad Orientales
episcopos scripserit, quodq; Romam missi sunt epis-
copi, qui crimina quæ episcopis Orientalibus obiecta
bantur, vnâ cum episcopo Romano examinauerent, &
quomodo Constantius Cæsar eos domum remisit.*

At

CAPVT IX.

AT verò cum episcopi Aegypti hæc falsa esse scripsis-
sent, Iulius certior factus non tutum esse Athanasio
in Aegypto vitam agere, eum ad se accersit. Ad
illos autem, qui Antiochiæ in vnum cōuenerant (nam for-
tè fortuna id temporis eorum acceperat epistolam) scripsit:
atque adeo incusauit, quòd clam contra fidem concilii Ni-
cæni nouas res moliri fuerant, quodq; contra leges eccle-
siæ ipsum ad concilium non vocarant. Nam legem esse ad
sacerdotii dignitatem spectantem, quæ pronuntiat acta illa
irrita esse, quæ præter sententiam episcopi Romani consti-
tuuntur. Ea autem, quæ Tyri, & in Mareote aduersus Atha-
nasium decernebantur, iniqua esse. Atque calumniam de
Arsenii brachio confictam, in illis criminatur: in his autē
Athanasii à Mariote absentiam. Postremò literarum perti-
naciā reprehendit. Quibus omnibus rationibus adduc-
tus est, vt Athanasio & Paulo (nam haud ita diu post,
Athanasius ipse in Italiā profectus, de iniuriis, quas acce-
perat, conquestus est) opem ferendam indicaret. At cum
literis apud episcopos Orientis, de rebus propter quas scri-
psisset, nihil proficeret, causam Athanasii & Pauli ad Con-
stantem retulit. Qui quidem dedit literas ad fratrem Con-
stantium, vt quosdam episcopos Orientis Romam mitteret,
de abdicatione Athanasii & Pauli responsuros. Itaque
ad hanc rem deliguntur tres: Narcissus, episcopus Ireneo-
polis, quæ est vrbs Ciliciæ, Theodorus Heraclæe, quod est
oppidum Thraciæ, episcopus, & Marcus episcopus Are-
thuse, ciuitatis Syriæ. Qui in Italiam profecti, acta sua cō-
stanter tutati sunt: imperatoriq; persuadere conantur,
iustum æquumque fuisse iudicium concilii in Oriente ce-
lebrati. At verò cum rogarentur de fide sua, formulam fi-
dei ab se Antiochiæ cōpositā occultauere, atq; aliâ scriptis
mandatâ cōmonstrauere, eaq; etiam à fide in cōcilio Ni-
cæno approbatâ discrepantem. Vt autē Constantius vidit eos
hiscæ viris iniustè insidias struxisse, & neq; criminis alicui-
us, neq; vitæ malè actæ causa, sicut abdicatiōes præ se fere-
bant, sed propter dissentientē fidei opinionē, eorū cōmuni
onē auertatos esse, illos haud voti cōpotes domū remisit.

H iij De

De proluxa fidei expositione, & qua in Sardicensi concilio gesta fuerunt, & quòd orientales episcopi Iulium episcopum Romanum, & Osium Hispanie episcopum, quòd cum Athanasio & aliis communicabant, abdicabant.

CAPVT X.

Triennio verò iam intermisso, episcopi Orientis aliã fidei formulam, quam *μακροστόχον*, id est, prolixam, vel multas lineas complectentem nominabãt, propterea quòd multò pluribus verbis ac nominibus, quã priores formulæ, cõscripta erat, episcopis Occidẽtis miserunt. In qua vt essentia dei nullã fecere mentionẽ: sic illis, qui filii Dei asserabant, vel ex nihilo ortũ esse, vel ex alia essentia, q̃ dei patris cõstare, vel tẽpus sæculũue fuisse, quãdo nõ erat, anathema indixere. Quã formulã ab Eudoxio episcopo iam tũ Germaniciæ, & Martyrio, & Macedonio ad se perlata episcopi Occidẽtis nõ receperũt. Nã responderunt, se decretis cõciliũ Nicani velle acquiescere, & præter ista, nihil amplius curiose exquirendũ putauerũt. Cum autẽ Cõllans imperator postulare à fratre beneficii loco, vt Athanasius & reliqui, qui in eadẽ causã erant, ad sedes proprias restituerentur, & propter Arianos, qui contrã nitẽbantur, literis nihil profecit, & Athanasius ac Paulus ad eum accedentes peterent, vti concilium cogeretur, propterea quòd ipsis, quòd vera sanaq̃ue doctrina tolleretur, paratã fuissent insidia, sententia vtriusque imperatoris decretũ est, vt episcopi partis vtriusque ad statum diem Sardicẽ, vrbẽ Illiriũ, conuenirent. Episcopi autem Orientis Philippopoli, quã est vrbẽ Thraciæ coacti, scribunt episcopis Occidentis iam Sardicæ congregatis, vt pellant è concilio Athanasium & Paulũ, vt pote abdicatos: se alioqui ad cõciliũ minime venturos dixerunt. Postea Sardicẽ profecti, cõstanter affirmarunt, se minime in eam ingressuros ecclesiam, in qua simul conuenirent illi, quos ipsi abdicauerãt. Ad quã rescripserunt episcopi occidentis, se nunquam ab eorum communione refugisse, neque iam velle ab ea refugere, præsertim cum Iulius episcopus Romanus, causã eorum accuratẽ cognita, illos neuiquam cõdenasset. Eos autem

autem adesse, atq; tum ad causã suã disceptandã, tum ad crimina sibi illata rursus diluenda paratos esse. Verã postquã his rebus per literas significatis nihil profecerunt, & iam dies præstituta præterierat, in qua de causis, ob quas in vnum conuenerant, iudicandum erat, ad extremum ea mutuo consensu ad illos scripserunt, ex quibus maior iam odii flamma, quã antea, in eorum animis accensa est: quin etiam separatim per se in vnum coacti, acta contraria sancierunt. Quare Episcopi Orientis, decretis suis, quæ de Athanasio, Paulo, Marcello, & Asclepa ediderant, stabilitis, primum Iulium episcopum Romanum, quòd primus omnium cum istis communicarat: deinde Osium cõfessorem cum propter eandẽ causã, tum propterea, quòd amicus fuerat Paulino & Eustathio, qui ecclesiã Antiochenã antistites fuissent: deinceps Maximum Treuiris episcopum, quòd primus cum Paulo cõmunicarat, & eius Cõstantinopolim reuersionis author extiterat, & episcopis ex oriẽte in Galliã pfectis ecclesiæ cõmunionẽ interdixit, abdicarunt. Præter istos abdicarũt etiã Protogenẽ episcopum Sardicæ, & Gaudentium: alterum quidem, quòd Marcelli susceperat patrocinium, quem antẽ suffragio eodem nauerat, Gaudentium autem, quòd contrario studio ducebatur, quã Cyriacus, cui successerat, & magni faciebat eos, quos ille abdicauerat. Hæc cum decreuissent, omnibus episcopis per literas significarunt, ad eum finẽ, vt istos neq; in cõmunionẽ admitteret, neq; scriberet ad eos, neq; literas ab illis scriptas reciperet. De Deo autẽ eo modo sentire iubebãt, quo formula fidei epistolæ subiũcta præscribere ret: quẽ vt nullam verbĩ *CONSVBANTIALIS* fecit mentionem, sic illis cõmunionẽ ecclesiæ interdixit, qui diceret tres esse deos, aut Christũ non esse Deũ, aut patrẽ, & filiũ, & spiritum sanctum eundem esse, aut filium ingeneritum, aut tempus sæculumue fuisse, quando non erat.

Quòd contra Osium & ñ qui idem cum eo sentiebant, orientales archiepiscopos in alio concessu, gradu priuabant, & aliam fidei expositionem proferebant.

CAPVT XI.

EX altera parte autem, Osius & qui cum eo in vnū cō-
uenerant, culpa vacuos esse declararunt, tum Athana-
sum, cui episcopi Tyri coacti iniuriam per insidias
fecissent: tum Marcellum, qui ingenue fatebatur, se nunq̄
ea sensisse, quæ falsò sibi obiecta essent: tum Asclepam, qui
Eusebii cognomento Pamphili, & aliorum iudicum sen-
tentia ad episcopatum restitutus fuisset. Quòd autem ista
vera essent, ostenderūt ex commentario quodam, in quem
istorum iudicium relatu erat. Tum Lucium deniq; quòd
accusatores eius non comparerent: atque ad singulorum
ecclesias scripserunt, vt eos pro suis haberent episcopis, eo-
rumque reditum expectarent. Gregorium autem episcopū
Alexandriæ, & Basilium Ancyra, & Quintianum Gazæ,
neque nominarent episcopos, neque cum illis vllam habe-
rent communionem, neque pro Christianis quidem duce-
rent. Porro Theodorum Thracem, Narcissum Irenopolis
episcopum, Acacium episcopum Cæsareæ Palæstinæ, Me-
nophantum Ephesi, Vrsacium Singidonis, quæ est vrbs
Myssiæ, Valentem Murforum, quod est oppidū Pannoniæ,
& Georgium Laodiceæ episcopum (licet ad hoc cōcilium
cum episcopis orientis non venisset) gradu episcopali ab-
dicarunt. Istos propterea sacerdotio priuarunt & commu-
nionem, quòd filium à patris essentia separarant, quodque
eos, qui iam pridem propter hæresim Arianam fuerant ab-
dicati, ad se receperant, & ad altiores diuini ministerii gra-
dus extulerant. Postremò, cum illis, his de causis denunti-
assent anathema, & alienos ab ecclesia pronūtiaissent, scri-
pserunt ad omnes episcopos literas, vt rebus ab ipsis iudi-
catis suffragarentur, & secū de fide consentirent. Eodē tē-
pore quoq; aliā fidei formulā ediderunt, pluribus quidem
verbis scriptā, q̄ quæ in concilio Nicæno edita fuisset, sed
tamē eandē cōplectentem sententiā, & verbis nō multū ab
illa discrepantē. Ad extremū Osius & Protogenes, qui prin-
cipem locū inter episcopos occidētis, qui Sardicæ cōuene-
rant, obtinebant, veriti ne quibusdā viderentur decreta cō-
cilii Nicæni innouare, scripsere ad Iuliu, & testati sunt se
illa quidē rata habere, sed quò facilius intelligerentur, eadē
plurib⁹ verbis explicasse: eo consilio, ne Arianis, qui breui-
tate formulæ fidei in eo cōcilio editæ abutebāt, facultas ex
verbis

verbis daret imperitos in absurdā aliquā opinionē rapien-
di. His rebus ex vtraque parte cōfectis, conciliū dimissum
est, & ad suam quisque sedem reuertit. Est quidem hoc cō-
cilium celebratum, Rufino & Eusebio Coss. anno decimo
post mortem Constantini. Eo conuenere ex verbis
versus solem occidentem sitis episcopi numero circiter trecē-
ti: ex orientem autem septuaginta sex. Cum quibus vnā
aderat Ischyrius, cui aduersarii Athanasij episcopatu Ma-
reotis detulissent.

*Quòd post concilium Orientales & Occidentales
episcopi inuicem discordabant, & Occidenta-
les quidem Nicenam fidem probè tenebant, O-
rientales verò propter dogma tuendum in ple-
risque turbas concitarunt. CAP. XII.*

Post istud cōciliū episcopi Occidētis & Oriētis neq;
cōsuetudine deinceps vti murua, vt hi solent, qui sunt
eiusdem opinionis, neq; communicare inter se volue-
re, sed episcopi Occidentis ad Thraciam vsque se ab alte-
ris seiuungere, Orientis autem vsque ad Illyrium. Ecclesia-
rum verò status, vt est verisimile, dissensionibus magnope-
re conturbatus fuit, & obrectationum aculeis obiectus.
Nam tamen antè de doctrina fidei dissidebant, tamen mu-
tuò inter ipsos cōmunicantes, non tantū mali inde accidit:
quandoquidem simile tenere de fide sententiam putabā-
tur. Ecclesia autem versus solem obeuntem sita, quoniam
patrum decretis ritè gubernata erat, omnino à contentio-
ne, & captiosis verborum argutiis, quæ inde nasci solent, li-
bera & vacua fuit. Nam quāuis Auxentius episcopus Me-
diolani, & Valens, & Vrsacius ex Pannonia oriundi, impē-
se laborarent opinionem Arii in illam imperij partem tra-
ducere, tamen eorum conatus haudquaquam successit ex
sententia: quandoquidem sedis Romanæ antistes, & alij
episcopi ac sacerdotes studiose præcauerunt, & illius hæ-
resis germina amputarunt. Pars verò imperij ad solem ori-
entem vergens, etsi post concilium Antiochenum disside-
re, & à fide Concilij Nicæni palam iam dissentire cepit,
tamen, meo quidē iudicio, si complurium mentem spectes,
in eandem,

SOZOMENI HISTOR.

in eandem reuera sententiã quasi pedibus itum est, cõces-
sumq; filium ex patris essentia constare. At verò quidam
contentionis studio adducti, cõtra verbũ CONSVBSTAN-
TIALI pugnauerunt. Nam alij in initio huic voci, vt mea
fert opinio aduersati, videri superatos esse (quod plerisque
solet accidere) turpe duxerunt. Alij autem propter habi-
tum ex crebris de eisdem rebus disputationibus acquisitũ
ad sic de deo sentiendum inducti, postea de sententia dedu-
ci non potuerunt. Alij verò, quibus erat satis exploratè
cognitum non contendendum esse, vt alterutri parti gra-
tificarentur, vel propter potentiam, vel propter fami-
liaritatẽ, vel propter alias causas, quibus homines addu-
ci consueuerunt ad largiẽda ea, quæ parũ sunt cõsentanea,
vel vt liberè illis rebus indulgeant, ob quas meritò repre-
hendi deberent, de veritate deflexerunt. Multi, qui ridicu-
lum putarent in eiusmodi verborum concertationibus tẽ-
pus terere, in sententiã cõcilij Nicæni acquieuerũt. At præ-
ter cæteros omnes, qui in Oriente ætatem debebant, vñ
sunt decretis concilij Nicæni mordicus adhærescere, Pau-
lus episcopus Cõstãtinopolitanus, Athanasius Alexãdrie,
& tota monachorum multitudo: quinetiam Antonius ma-
gnus, qui adhuc in vita manebat, & qui cum eo versabatur
omnes: alij denique quàm plurimi cum in Aegypto, tum
in aliis Romanorum prouincijs. Ac quoniam in istorũ mẽ-
tionem inciderim, percurrã oratione eos, quos in illo impe-
nio illustres fuisse accepi.

*Sanctorum virorum qui illa tempestate in Aegy-
pto illustres fuerũt, enumeratio, puta Antony,
duorum Macariorum, Hexaclidis, Cronij, Pa-
pnnij, Pontubastis, Arsisii, Sarapionis, Pity-
rionis, Paconij, Apolonij, Acuph, Hilarionis,
& complurium id genus. CAP. XIII.*

Fordium verò capiã ex Aegypto, & duobus mona-
chis, qui Macarij nominabantur, quique cum summa
laude monasterijs in solitudine Sceti, & mõe, qui ibi
est, positis præraunt. Quorum alter in agris Aegypti, al-
ter in vrbe natus (erat enim Alexandrinus genere) & ita
institu-

institutus ciuilibus educatus, vt & sũs id est, vrba nus ap-
pellaretur. Ambo autem viri sanctissimi, diuina præscien-
tia, & sapientia eximia imbuti, dæmonibus terribiles, rerũ
deniq; admirabilium & sanationum effectores. Aegyptiũ
verò fama est mortuum ad vitam reuocasse, quò homini,
qui contrã sentiret, posset persuadere mortuorum fore re-
surrectionem. Vixit annos circiter nonaginta: quorũ sexa-
ginta in solitudine contriuit. Qui simul vt studio mona-
sticæ & seueræ disciplinæ, cũ adhuc adolescens esset, sede-
didit, sic in eo excelluit, vt à monachis *παιδαγωγὸς* *παιδ*
hoc est, adolescens senis mores & grauitatẽ præ se ferès, nũ
cuparetur. Vbi autẽ annum iam ætatis egit quadagesimũ,
presbyter ordinatus est. Alter verò diu post presbyter in-
stitutus. Qui nullũ non ferè seueræ vitæ ac disciplinæ mō-
dum expertus est: atque quædam instituta viuendi ipse ex-
cogitauit, & quæ ab alijs acceperat, ea omnino exquisitè
excoluit: adeo vt præ cutis duritie pili barbæ non enascere-
tur. Eodem tempore, eodemque in loco, monasticam de-
gebant vitã Pambo, Heraclides, Cronius, Papputius, Pon-
tubastes, Arsisius, magnus Serapion, Pityrion, qui Athenis
vixerat, & Pachouius, qui præfès fuit eorum, qui vocatur
Tabinisiota. Quibus quidem habitus erat, & vitæ insti-
tutio à reliquorum monachorum disciplina in quibusdam
rebus discrepans: in virtutis contemplatione aciem mentis
desigens: animum sic tum ad rerum terrenarum despicien-
tiam, tum ad cælestium indagacionem excitans, vt cum è
corporis custodia migraret, aditum ad cælum haberet per-
facilem. Isti ad exemplum Helix Thesbitis pellibus se in-
duebant, vt singuli ex pelle corpori circumiecta (sicut mihi
quidem videtur) virtutẽ prophetæ semper in memoriã re-
uocantes, strenuè contra cupiditates venereas confligeret,
atque studio, quo ad eius vitam imitandam incendebatur,
& spe similibus premiorum consequendorum inducti, mul-
tò alacriore animo se à voluptate temperarent. Fertur itè
eos indumenta alia, quàm quibus monachi Aegypti vt so-
lebant, sibi cõparasse. quò specimẽ darent seuerioris cuius-
dam viuendi disciplinæ: neque tamè temerè & inconsultò
à cæterorum monachorum habitu variasse. Nam tunicis
se induebant manicis carentibus, quò docerent se manus
habere

habere ab iniuria & contumelia faciendā penitus alienas: caput integumento, quod Cucullum appellare solent, operiebant, quō ostenderent se vitam perinde simplicem atq; synceram degere, atque pueros lacte nutritos, quorum caput, quod in membris obtinet principatum, eiusmodi tiaris obvoluitur, ut tum tegatur ab estu & frigore, tū vndiq; foueatur. Habebant præterea cingulum, & humerale, quorum altero lumbos circumdantes humeros, & brachia altero amicientes, significarūt se ad deo seruiendū, & ad ea opera exequenda, quæ ab eo præcipiuntur, paratos esse. Non sum equidē nescius de his aliter ab aliis idq; pluribus verbis cōmemoratum esse, sed tamen mihi hæc solum dixisse fat est. Pachomium verō aiunt primum in spelunca vitā monasticam coluisse: eiq; sanctū angelū visum esse, præcepisseq; ut adolescentes monachos in vnū cogeret, atque vnā cū illis ætatem ageret. Nam eum in monastico viuēdi genere præclarè exercitatum, & ob eam causam debere præesse monachorum cōuentibus, ut multis prodesset: eosq; educaret legibus, quas esset ipse daturus. Dedisse autem illi tabulam, quam monachi adhuc seruāt. In qua inerat scriptū quoddā quod copiā faciebat singulis, tantum comedendi, bibendi, operandi, ieiunandi, vel secus, quantum natura ferret. His verō, qui largius possent comedere, opera laboriosiora imposuit: faciliora autē & minus molesta, his qui corpora ieiunij & abstinentia castigarēt. Præscripsit præterea, ut multas adiculas extruendas curaret, & in singulis ut tres monachi habitarent in vna tamē domo ut oēs cibū caperēt, vescerēt cū silērio, & ad mēsas sederent vultu operto, ad eū finē, ut nec videre vel se ipsos mutū, vel aliud quicq; præter mēsas, & apposita cibaria: ut nullus pegrinus vnā cum illis epularet, nisi dūtaxat illac iter faciēs exciperēt hospitio. Si quis cū ipsis habitare cuperet, ut primo oīm ad trienniū grauioribus laborib⁹ exerceret, & ita eorū cōiuctus piteps fieret. Ut vestiret pellib⁹, & caput tiaris laneis tegeter. Has autē tiaras tanq̄ pūctis purpureis notari iussit. Quinetiā ut tunicis lineis, & zonis vterent, mādaui: ut itē cicti, in tunicis simul & pellib⁹ dormirēt: idq; sedēdo in sellis ita cōstruētis, ut vtrinq; circūseptæ, strātū cuiusq; in se cōtinerent. Ut præterea primò hebdomadæ, & vltimo die, ad diuinorū mysteriorum

mysteriorū cōmunionē altari accedētes, soluerēt zonas & pelles deponerēt. Ut duodecies in singulos dies orarent, & sub vesperū itidē. Toties etiā noctū: hora nona, ternis vicibus. Cum cibū caperēt, ut ante singulas preces psalmū cantarent. Postremò ut totus conuentus in quatuor & viginti classes distribuerēt, & singulę singulis literis Græcis vocerēt, verbi gratia ut simplices nūcuparetur jota, ut vasti ℞, vel .ε. ut alij aliarum literarum nominibus appellarentur, quemadmodum forma literæ rationem viri classis cuiusq; aptè videretur exprimere. His legibus suos discipulos instituit Pachomius, vir cū primis benignus, & deo valde charus: adeo ut prænosceret futura, & persæpe cū sanctis angelis in colloquium & congressum veniret. Degit autem ætatem in Tabenna insula Thebaidis: vnde Tabēnesiotæ ad hoc tempus vsque nominantur. His legibus vitam instituentes, sunt maximam famæ celebritatem consecuti: eorumq; ita creuit multitudo, ut viri ad septem milia vnā ætatē traducerent. Nam conuentus eorum, qui insulam Tabennam incolebant, quibus cum vixit Pachomius, circiter mille & trecentos numero habebat. Ceteri autē in Thebaide, & Aegypto habitabāt. Vna est viuēdi ratio ac disciplina omnibus, & oīa omniū cōmunia. Cōuentū autē, qui est in Tabēna insula, matris loco ducūt: & qui illi præ sunt, patres & principes arbitrantur. Per idē tēpus Appolloni us quoq; ob monasticā viuēdi disciplinā in magna laude fuit: quē ferunt quindecim annos natū, in solitudine vitæ coluisse monasticā: at cum annū iam ætatis quadragesimū ageret, diuino iussu ad loca ab hominibus habitata se recepisse. Habuit hic etiam in Thebaide conuentum monachorum. Erat quidem deo summè charus, admirabiliū tum curationum, tum signorum quasi architectus & effector. Erat præterea eorum, qui se vitæ monasticæ dedebant, magister bonus & perhumanus. Eius item preces ita exaudiebantur à deo, ut nihil non eorum, quæ ab eo petebat, effectum redderet. Nam cum perfectè sapiens esset, sapiētē postulabat ea, quæ diuinum numen lubens solet cōcedere. Eisdem temporibus etiam sanctum Acuph vixisse coniectio: quem audiui ex eo tempore, quo primum Christum exci-

tatis ingenuè confessus est, neque falsi quicquam dixisse; neque ullam rem terrenam concupiuisse: sed tamen quæ à Deo posceret, cōsecutum omnia, & à sancto angelo magistro omne virtutis genus didicisse. Sed de monachis Aegypti sint hæc quidem hæc tēnus à nobis cōmemorata. Iam verò etiam Palæstina ab Aegyptiis edocta, par vitæ monasticæ genus ingressa fuerat. Quo quidem tempore sanctus Hilarion ibi percelebris fuit: huic patria erat pagus nomine Thanatha, ab australi parte Gaza situs prope torrentē, quem indigenæ pagi nomine nuncupant, in mare illabentem. Is grammatici cuiusdā scholæ Alexandriæ frequētans, in solitudine quò videret Antonium, profectus est. In cuius colloquiū & congressum cum venisset, decreuit monastico viuendi generi se similiter dicare. Cum autem esset aliquātiſpei ibi commoratus, in patriam reuertit. Nam non dabatur ei facultas illic ex animi sententia acquiescendi, propterea, quod multi indies ad Antonium accederent. Vbi verò parentes repperit mortuos, fortunas suas fratribus & viris opis indigentibus distribuit. Ac cum nihil sibi omnino reliquisset, propter mare in loco deserto, qui aberat à pago, in quo natus erat, circiter viginti stadia, tempus ætatis degit. Habitauit autem in parua quadam domo, ex laterē, storea, & contractis tegulis constructa: cuius latitudo, altitudo, & longitudo ea fuit, vt cum staret, caput inclinare, eum iaceret, pedes contrahere cogeretur. Omnino enim se ad ærumnarum tolerantiam, & ad mollitiē vincendam assuescit. Deniq; continentia modesta ac seuera, eorū quos nos norimus, nemini secundus: quippe contra inedia, sitim, frigus, æstum, contra alias etiam perturbationes, cōtra illecebras quasque corpus & animum titillantēs animo virili certauit. Erat spectatus moribus, oratione grauis, & in sacris literis exquisitè eruditus. Postremò adeo Deo charus, vt ad sepulchrum eius etiamnum complures tum morbis vexati, tum exagitati dæmonibus curentur: atq; id fit nō apud Palæstinos modò, vbi iam sepultus est, verum etiam, quod summè mirandum videtur, apud Cyprios, vbi ante sepultus fuerat. Nam dū in Cipro versabatur, fortè obit mortem: ex cuius insulæ indigenis tumulo conditus est, & magno in honore & veneratione habitus. Postea verò Hesy-

chyas

Sychas discipulus eius facilè illustrissimus, reliquias illius clam abreptas deportauit in Palæstinam, inque suo monasterio sepeliuit. Ex quo tempore dies festus maxima hominum frequentia & summo splendore quotannis ab indigenis celebratus est. Nam Palæstinis in more positum est bonos ac pios viros, qui apud ipsos vixerint, eo honoris genere afficere: quod quidem erga Abriulum Anthedonium, Alexionem ex Bethagathone, & ex Asalea Alaphionem: viros eodem tempore, eodemque regnante imperatore, monasticum viuendi genus tam piè tantaque animi magnitudine excolentes, vt in vrbibus & pagis illius regionis, superstitioni Gentilium admodum deditis, Christianam religionem magnopere amplificarent. Per idem tempus circiter Edessam Iulianus exquisitissimum genus disciplicæ monasticæ exercuit: qui velut corporis expers talem vitæ institutionem ac modum secutus est, vt carne carere, & ex ofsibus atque cute solum cōstare videretur: quæ causa fuit, cur Ephraim scriptor Syrus opus de eius vitæ contexuerit. Quin etiam Deus ipse hominum de illo confirmauit opinionem: quandoquidem dedit ei facultatem tum eijciendi dæmones, tum morbos cuiusque generis sanandi: quod quidem non medicamentis, sed precibus ab eo factitarum est. Eodem tempore illa imperij pars multis aliis quoque viris ecclesiasticis, qui se totos in seuera viuendi disciplina ponebant, admodum floruit: vt pote in agro Edessenorum, in Abidenorum oppido, quod circa montem Gangalium situm est: ex quorū numero fuere Daniel & Symeon, verum de monachis Syriæ hæc quidem in præsentia dicta sint. Postea autem, diuina largiente gratia, de illis accuratius disseremus. Apud Armenios verò, Paphlagonēs, & Ponti incolæ fertur Eustathium ecclesiæ Sebastianæ, quæ est vrbis Armeniæ, episcopum, primum cœpisse vitam monasticam & austeram illius institutionem colere, à cibis ad viuendum necessarijs, & à vestibus, quibus vtendum est, abstinere: morum & vitæ accuratè traductæ author rem exiitisse: adeo vt nonnulli constanter affirmant librum Basilij magni Cappadocis, qui *δουκτικὸς*, id est, de vitæ ac disciplina monastica inscribitur, ab eo editum fuisse. Dicitur porro de præ nimis exquisita disciplinæ norma ad ab-

furdas obseruationes delapsus esse, easq; à legibus ecclesiasticis penitus discrepantes. Attamen sunt quidam, qui illum crimine eripiant, incusentq; nonnullos ex eius discipulis, quod nuptias reprehendant, quod in ædibus eorum qui matrimonium contraxerint, orare renuant, quod presbyteros, qui habent vxores contendant, quod diebus dominicis ieiunent, quod in ædibus agat conuentus, quod diuites omnino à regno dei exclusos pronuncient, quod detestentur eos, qui carnibus vescuntur, quod tunicas & stolas cõmuniter quidẽ vstitatas induere nullõ modo velint, sed peregrino & insueto vestitu vtatur, quod deniq; alia q̄ plurima innouare studeant. Vnde mulieres non pauca adducta in fraudem, primum viros deseruerunt: deinde cum nõ possent se tẽperare à stupro, grauius peccarunt. Nõnulla aut̄ pietatis simulatione caput tõdere, & contra q̄ deceret sexũ muliebrẽ virilẽ habitũ induere. His de causis episcopi finitimi Gãgris, quæ est vrbs primaria Paphlagonum, in vnum conuenerunt, & istis ecclesia catholica interdicunt, nisi singula dogmata, quæ modò recensuimus, secundũ de creta cõcilij rejiciant. In quo concilio fama est Eustathiũ declarasse se non pertinaciã, sed piã & seuerã disciplinã causã hæc introduxisse, & docuisse suos mutare habitũ, & non aliter atque reliquos sacerdotes passim incedere. Qui quidẽ cum vitam ita institueret, inter cõcionandũ magnã hominibus excitauit admirationẽ. Et tamẽ si verũ dicere volumus, in dicẽdo neutiq; disertus erat (nã dicẽdi artem neutiquã exercuerat) sed ingenio plane admirabilis, & tã aptus ad persuadendum, vt multos tum viros tum mulieres, qui in stuprũ se totos effuderãt, ad temperantẽ & moderatam vitam traduxerit. Porro cõmemorant illũ operam sedũlo dedisse, vt virũ ac mulierẽ, qui secundũ institutũ ecclesię virginitatẽ professi fuerant, & tamen erant de cõgressu iter ipsos accusati, à mutua cõsuetudine auocaret. At cũ frustra laborẽ suscepisset, vehemẽter ingemuisse, dixisseq; mulierẽ quandã q̄ legitimo matrimonio viro copula erat, cũ suas de castitate cõciones audiuisset, à cõsuetudine, qua cõiugibus cũ p̄priis viris vti liceat se abstinuisset: at hos nefaria inter se vlos cõiunctione, sua oratione nequaquam à turpitudine abduci potuisset. Quare in ea orbis terræ parte exqui-

te exquisitum monasticæ disciplinæ genus talem habuisse authorem memoriã proditũ est. Thraces autem, Illyrici, & cæteri Europæ incolæ, tametsi conuentus monachorũ adhuc non haberent, tamen viris qui illud seuerũ viuendũ genus excolebant, non penitus caruerunt. Apud quos id tẽporis percelebris fuit Martinus, Saboriã, quod est oppidum Pannoniã, illustri genere natus: in armis & re militari cũ magna gloria versatus, deniq; præfectus cohortis erat. Qui cum dei cultum omnibus rebus præponeret, seuerã & monasticã vitæ rationẽ consecutus est. Primũ apud Illyricos atate degit. Ac cum verã fidẽ tueri proptõ animo cõtenderet, & quosdã illius regionis episcopos Arii doctrinã olere deprehendisset, insidijs appetitus, & sæpe palã verberibus cæsus, demũ in exiliũ pulsus est. Qui cum Mediolanũ venisset, solus vitã egit. Inde etiam cũ Auxentius illius vrbs episcopus, qui erga fidem cõcilij Niceni parum sano ac sincero animo affectus erat, ei parasset insidias, se clam subduxit. Atq; ad aliquod tẽporis spatium radicibus herbarum cõtentus, insulã, quã Gallinariã vocat, incoluit. Est illa quidẽ insula parua, & ædificiorũ expers in Tyrheno mari posita. Postea verò episcopus ecclesiæ Tarracensis constitutus est. Vsq; eo item in miraculis edendis processit, vt mortuum excitasse credatur, aliaq; signa edidisse apostolorum signis nõ inferiora. In eadẽ imperij parte Hilarium p̄ idẽ tẽpus vixisse accepim⁹, virũ & vitæ institutionẽ & doctrinẽ p̄stantia planẽ diuinũ: qui exilij Martini p̄pter verã religionis studium se participẽ & velut sociũ effecit. Sed de viris, qui illo tempore pietatis & ecclesiæ institutis obsecuti, sanctũ & seuerum vitæ genus colebant, ista, vt à me literis prodita sunt, accepi. Erãt tamẽ permulti alij, ijq; valde illustres, qui eodem tẽpore in ecclesiis magna cũ laude vixerãt. In quorũ numero facilẽ primas tulere, Eusebius episcopus Emesæ, Titus Bostræ, Scapion Thmæ, Cæsariæ Acacius, & Cyrillus, qui sedem Hierosolymitanã administravit. Monumenta autem doctrinæ suæ, quæ tum scripsere, tum post se reliquere, sunt multa sanẽ & admodum memorabilia.

SVB idē tēpus Didymus etiā scriptor ecclesiasticus magna gloria fuit, sacre scolæ Alexandrinæ, in qua sanctæ literæ ac disciplinæ docebatur, præfectus. In cuius animo sapiētia cuiusq; modi habitauit: adeo vt nō poetas solū & oratores, sed Astronomiā etiā, Geometriā, Arithmetiā, & philosophorū opiniones accuratē perculluerit. Quorum rerū omniū cognitionē sola mente, & sensū audiendi consecutus est. Nā cū adhuc adolefcētulus, elemēta primū discere aggrediretur, lumina amisit. Iam verò vt primū puerescere cœpit, literarū & doctrinæ cupiditate inflāmatu, eos, qui hæc docebāt, adiit, soloq; aurīū subsidio illorum disciplinā conbibit. Verūm tantas in sapiētix studio fecit progressiones, vt etiā obscuras Mathematicorū præceptiones assecutus sit. Dicitur porrò linearū formas in tabula altius aliquanto incisas digitis attingendo: quinetiā Syllabas, voces, & quæ deinceps doceri solent, cōprehensione mētis, crebraq; auditione & rerū quas acceperat recordatione perdidicisse. Atque istud sanè nō vulgare erat miraculū. Quinetiā multi fama illius cōmōti Alexandria aduertarunt, partim eū audituri, partim duntaxat visuri. Arianis autem, dū doctrinā concilij Nicæni constāter tueretur, nō parum exhibuit molestiæ. Nam facilē auditores in suā perduxit sententiam: quod quidem non vi verborū perficere visus est, sed mira persuadendi ratione, dum vnumquēq; in rebus, quæ erant vocatæ in cōtrouersiā, velut sui iudicē constitueret. Qui autem ecclesiæ erant catholicæ eū summo studio & beneuolentia prosequēbantur. Nam conuentus monachorū in Aegypto vitam degentiū, cum admodū cōmendarunt, & Antonius quoq; ille magnus: quē ferunt eodē tempore ad fidē Athanasij suo testimonio cōfirmādam ē solitudine Alexandria profectū, ista Didymo dixisse: Non graue tibi, neq; molestū debet esse, Didyme, illis carere oculis, quorum lacertæ, mures, & alia minuta abiecta que animalia participia sunt, sed beatum & iucundum potius, quod oculos habes similes Angelorū, quibus verē Deū contēplaris, & veram cognitionē exquisitē perspicias.

Porro

Porro autē apud Italos & illius partis imperij incolas Eusebius & Hilarius de quo supra dixi, propter singularē patrij sermonis & eloquētiæ præstantiā magna in laude fuerunt. Hilarij autē libros de fide etiam ab his, qui cōtrariam tuebātur fidei catholicæ opinionem admodum cōmendatos esse prædicant. In eodē numero fuit Lucifer, quē hæresis cuiusdā suo nomine nuncupatē inuentorem fuisse fama est. Eodem tempore Aënius quoq; magnopere etiā ab illis qui fidei Catholicæ aduersabantur, laudatus est: vir dialecticæ peritus, valdeq; ad ratiocinandū idoneus: in pugnis verborū satis exercitatus, eiq; vni rei operā reuera nauans. Tandē verò velut temerē & incōsultō de Deo differens, & deos, id est, impius, vel sine Deo nominatus est. Ferunt præterea eum, cum medicinā Antiochiæ, quæ est vrbs Syriæ, primum exercebat, studioseque ecclesias frequentaret, & de sacris scripturis differeret, venisse in familiaritatem Galli Cæsaris, qui tum magnā ducebat rationem veræ religionis, & eos, quibus pietas curæ fuit, amicē admodum & beneuolē complectebatur: Itaque verisimile est Aetiū, cū ob tales disputationes in amicitiam Galli intrasset, istud genus differendi diligenter excouisse, quo maiore in gratia apud eū se poneret. Etenim dicitur Aristotelicā etiam disciplinā percurrisse, & magistros eiusdē Alexandria crebrō adijisse. Itemq; præter istos erāt alij numero cōplures in ecclesijs, qui cū ad docendū, tū ad differendū de sanctis literis idonei fuerunt. Verū oēs enumerare magni laboris est. Neq; cuiquā molestū videatur, quod quosdā eorū, quos percensui, cū errorum & sectarum vel authores fuerint, vel fautores, laudibus extulerim. Nā eos propter eloquentiam & dicēdi facultatem, planē admirabiles fuisse equidem fateor: de doctrina autē viderint illi, penes quos est potestas de ea iudicādi. Nam illa neque scribere institui, neq; sunt accōmodata historiæ: cuius munus est vera narrare, nihilq; adijcere de suo. Quare quicumque eo tempore, vt ad nos perlatum est, vel Latini, vel Græci sermonis periti, ob doctrinam & eloquentiam sunt maximam laudē & famæ celebritatem consecuti, in eorum numerum, quos commemorauimus, sint à nobis relati.

PE R idem tēpus præter ceteros in magna laude vixisse, & ecclesiā catholicā cum primis exornasse visus est Ephraim Syrus: qui Nisibæ natus, genus ex illius vrbis in digenis duxit. Hic disciplina monastica vitæ inlitués, cum neq; à quoq; didicisset neq; expectaret, se talē euasurū, de repēte in linguæ Syriacæ peritia tantū p̄fecit, vt summarū philosophiæ præceptionū intelligentiā adeptus sit, & nō solū facilitate ac splēdore orationis, sed etiā sentētiarū crebri tate atq; sapiētia Græcos scriptores faciliē præstātissimos superarit. Nā istorū scripta si quis vel in Syriacā velit, vel in aliā linguā conuertere, & cōdimēta, vt ita dicā, Græcarū arguriarū adimere, statim deprehēdetur priorē venustatē amississe. At verò in libris Ephraim idē minimē accidit. Nā nō modò cū ei adhuc vita suppeditaret, verū hoc tēpore etiā, eius scripta in Græcū sermonē vertūtur: atq; orationis vis, & elegātia, nō multo inferior est ea, in qua primū edita sunt, sed cū Græcus etiā illa Græcè legat, perinde ea admiratur, atq; si Syrus esset, & Syriacè legeret. Quinetiā Basiliius, qui Cæsareæ, vrbs primaria Cappadociæ postea episcopus fuit, hūc hominē eruditionis causa i primis admiratus est, & summè laudauit. Quapropter Ephraim iure optimo mihi videt hoc laudis testimoniū prolarū ore Basilij (quē omnīū sui tēporis eloquētissimū fuisse inter omnes cōstare) ab omnibus Græcis, qui tum propter doctrinā in magna admiratione fuerunt, consecutus. Dicitur porrò tricies centenas miriades carminū, si oīa simul numerare velis, cōscriptisse, eaq; haberi in manibus multorū, qui fuerunt eius discipuli, qui que studiose illius doctrinā imitati sunt: quorū illustrissimi fuerunt Abbas, Zenobius, Abraham, Meras, & Symeon, de quibus tū Syri, tum quotquot doctrinæ Syriacæ diligenter operam nauant, magnopere gloriantur. Pari ratione etiam Paulonam, Aranad, propter eloquentiā laudant illi quidem: sed tamē eos à pia doctrina per errorē desciuisse memorant. Neq; equidem ignoro olim quoq; similiter apud Osroenos fuisse viros eloquentissimos, Bardefanem, authorē sectæ cuiusdam ipsius nomine appellatæ, & Harmonium eius filium: quem dicunt Græcorū disciplinis educatum fuisse, ac primum patrium sermonē astringit ille nu-

iffe numeris, & modis musicis, cantorūq; cōtib; tradidisse: ad quē modū etiā hoc tēpore canunt Syri, nō quòd carminibus ab Harmonio scriptis, sed q̄ eodē genere cōcentus & numerorū vtatur. Nā cū Harmonius neq; à paterna heresi, neq; ab opinionibus, quas philosophi Gentiles de animo, de ortu corporis & interitu, & de regeneratione tenent, omnino vacuus esset, cūq; ea, quæ scripserat, ad Lyram cōposuisset, & easdē opiniones suis scriptis admiscuisset, Ephraim videns Syros & verborum elegantia, & numerosis modis cōcentus mirè delinitos, atq; eo pacto ad similitudinem cum Harmonio sentiendum aduēfactos, quāuis Græcæ literaturæ esset expertus, tamen in numeris versus Harmonij cōprehendēdis se attentè defixit, & ad modos carminum eius, alia carmina doctrinæ ecclesiasticæ cōsentientia cōposuit: cuius generis sunt ea quidē, quæ hymnos diuinis & laudes virorū, qui vitā à perturbationibus aī vacuā degebāt, cōplectunt. Ex quo quēdā tēpore Syri modos ab Ephraim fufos iuxta cōsentū Harmonij obseruātes canūt. Quā tum igitur ingenio excelluerit, hinc facile coniectura capi potest. Quod autē attinet ad institutionē vitæ, se bonis operibus, & exquisita viuendi disciplina nobilitauit, quietēq; & tranquillitatē vehemēter amplexatus est. Grauis p̄terea erat, & sibi vsq; eo ab hominū calūnijs cauebat, vt etiam aspectum cuiusq; mulieris sedulò vitaret. Nā fama est mulierem quandā vitā dissolutam & moribus plane impudentem, seu vt hominē tentaret ipsa, seu ab aliis mercede cōduta istud conares, quodā tēpore dedita opera ei ex aduerso obuiam in angiporto prodijisse, illūq; intentis oculis aspexisse. Eū autē acriter increpasse mulierē, iussisseq; vt terrā inrueretur. Mulierē verò respondisse: qui possum ipsa istud facere, quē nō ex terra sed ex te edita sum? Est enim acquisus, vt tu terrā aspicias, ex qua ortū habes: ipsa autem vt te intuear, vnde procreata sum. Itaq; Ephraim mulierē valde admiratus, quod inter eos acciderat, libro quodam accuratè descripsit: quem librum, qui sunt inter Syros disertis, in numerū librorū illorum, qui sunt accuratè ab eo elaborati, referunt. Est etiam memoriæ proditum, illum quanquam antea iræ moderati non poterat, tamen ex eo tempore, quo vitam monasticam excolere cōeperat, nunquam visum esse

à quoquam ira incensum. Itaque cum multis diebus, vti solebat, ieiunasset, minister, qui obsonium ei deferrebat, ollam fregit. Quem cum Ephraim videret pudore & metu percussum, quin bono animo es, inquit, atque eamus ad obsonium quoniam illud ad nos non venit. Quare circiter ollae fragmēta accūbens, cenauit. Porro autē q̄ strenuē inanē gloriam represserit, ex eo quod modò dicitur satis potest intelligi. Quodam tempore quidam ei ad episcopatum gerendum suffragati, comprehendere hominē conantur, vti ad locum in quo crearetur episcopus, deducerent. Quod simul vt intellexit, in forum cursit: atque in compositē incedendo, vestem lacerando, & cibum palam capiendo, se fere monstrat. Vbi verò hi, qui eum comprehenderant, illi ē mentis potestate exiuisse arbitrantur, & appetitio, qua ad eum constituendum episcopū ferebatur, restincta esset, ille idoneum tempus nactus, clam aufugit, & tantisper latitauit, dū alter eius loco creatus esset episcopus. Verum ista de Ephraim dixisse contentus ero. De quo tamen si eiusdem loci indigena & norunt multò plura, & commemorant, tamen vnum solum præterea, quod ab eo non longè ante mortem gestum est, quoniam mihi quidem videtur admodum memorabile, hoc loco literis mandabo. Cum famas vrbe Edessenorū iam longo tēpore antè occupasset, Ephraim ē domo, in qua monasticam degebat vitā, egressus, eos, quibus suppetebant facultates, grauiter incusauit: quod videlicet cum minimè oporteret, tribules inopia rerum necessariorū confectos negligerent, diuitias suas studiosè seruarent, idque ad suum ipsorum damnum, & cruciatū animæ suæ, quam non modò diuitiis cuiusque generis, verum etiam ipsi corpori, & aliis rebus omnibus præponendam sapienter demonstrabat. Quam quidem illos pro nihilo ducere re ipsa plane ostendit. Illi igitur hominem & eius verba reuerenti, dixere ad hunc modum: Nobis quidem opes minimè curæ sunt, sed cui eas distribuendas cōmittamus, admodum incertus sumus: præsertim cum omnes ferè lucri cupiditate ardeant, & hanc rem velut mercaturam ad quaestum faciant. Tum Ephraim sciscitatur ab illis: qualis, queso, ipse vobis videor? Qui cum fidelem, spectatum admodum & bonum virum, & talem esse, qualem opinio de eo habita

habita ostendebat, cōfiterentur, vestrum, inquit, causa, hoc quicquid est negotii mihi mea sponte sumo. Atque argento ab illis accepto, circiter lesculos trecentos in publicis porticibus constituit: & non eorum solum, quos famas in morbum coniecerat, curam suscepit, verum etiam peregrinos, & eos, qui egestate rerum ad vitam necessariorū coacti, ex agris eō venerant, benignè tractauit. Vbi autem famas extincta est, rediit in domum, in qua antea ætate degerat. Paucis verò post interpositis diebus, obiit mortem: qui quanquā in ordine clericali ad diaconatum solum elatus erat, tamen non minus omnium sermone ob virtutem celebratus est, quam hi, qui propter sacerdotii dignitatem, institutionem bonæ vitæ, & excellentem doctrinam in magna admiratione fuerunt. Quare sint ista quidem tanquā indicia quædam virtutis illius, quæ in Ephraim elucebat. Nam de eo pro dignitate dicere, atq; omnino quo pacto ille, & alij singuli, qui per idem tempus monasticæ disciplinae se dedebant, vitam & mores instituerent, & apud quos ætate degeret, accuratè differere, scriptore sanè op^o est, qualis ille ipse fuit. A me quidē certè tū propter doctrinæ tenuitatē, tū propter ignoratōnē & virorum ipsorum, & rerum præclarè ab illis gestarum, haud fieri posse video. Nam nonnulli in solitudine delituerunt: alij in turba ciuitatum vitæ degentes, se opinione hominum abiectos, & nihil à vulgo differre ostenderunt: qui quāuis virtutē sedulò excolerēt, tamē veram sunt de se ementiti opinionē, quò minimè ab aliis laudaretur. Nam dū ad bona futura, quibus recte facta remunerantur, aciem mentis acriter intenderēt, testē suorū operum Deum solū effecerunt. Gloriam autē, quæ ab hominibus virtuti tribui solet, omnino pro nihilo putarunt.

De Statu rerum tunc temporis, & quòd imperatorum & archiepiscoporum mutuo consensu Christi dogma amplificatum erat.

CAPVT XVI.

Porro cum præsidēs etiam ecclesiarum eo tempore vitā accuratè transigerēt, & populi ab eiusmodi pastoribus instituti, non sine causa se ad Christum sanctè colendū studiose compararent, religio Christiana in dies singulos

creuit, & propter ardens pietatis ac virtutis studium, atque adeo facta admirabilia ecclesiasticorum virorum sanctorum & pie vitam degentium, Gentiles superstitionis praestigis obsecratos attraxit ad se, atque traduxit. Istas res quoque auxere imperatores, qui non minus studii in ecclesiis amplificandis, quam pater, posuerunt: clericis, liberis eorum, & familiae, eximios honores & immunitatem quoque tribuerunt: atque non modo paternis suffragati sunt legibus, sed proprias etiam ac suas contra eos, qui simulachris immolare, eadem colere, aut vllum alium ritum Gentilis religionis obseruare aggredierentur. Delubra item vbiq; vel in urbibus, vel in agris posita occludi mandarunt: quae quidem distribuebant ecclesiis, quae vel locis ipsis, vel eorum materia egere viderentur. Nam maxima ab illis suscepta cura est, ut ecclesias, quae temporis diuturnitate ruinosae essent, reficerentur: alig autem e primis iactis fundamentis magnifice aedificarentur: ex quarum numero fuit ecclesia Emesae, illustrissima illa quidem, & pulchritudine plane insignis. Quinetiam lege sancierunt, ut nullus Iudaeus seruum ex alia secta emeret. Quod si secus faceret, seruum publicum esse. Porro si quisq; circumcideretur, ut lex Iudeorum postulat, capitis supplicio & bonorum amissione mulctari. Nam cum omnibus modis religionem augere studerent, huic rei etiam prouiderunt, ut nemo impunè eos, qui ex eo genere non essent, ad ritum Iudaeorum attraheret, sed ut hi, qui spem in religione Christiana posuerant, in ecclesia continerentur. Nam religio Christiana maximè ex populo gentili creuit.

De opinione liberorum Constantini, & Homoussii & Homoussii differentia, & vnde effectum est, ut Constantius a recta fide diuerterit. CAP. XVII.

Quinetiam isti imperatores de ipsa religione primò opinionem paternam tenuere. Nam ambo fidem concilij Nicani approbarunt: in qua Constans quidem ad extremum vitae diem perseuerauit: Constantius autem, etsi aliquandiu in ea perstitit opinione, postea tamen voce CONSVBstantiali reprehensa, de priore sententia depulsus est. Verum filium patri substantia similem confiteri non omnino recusauit. Eusebius autem, & alij nonnulli epi-

scopt, qui id temporis in oriente propter doctrinae & vite pie instituta praestantiam in magno honore habebantur, filium patri consubstantialem dicere, & filium patri substantia similem inter se, ut scimus, differre voluerunt. Nam hanc vocem *ὁμοούσιον* id est, CONSVBstantIALE, in corporibus proprie intelligi: velut hominum, & caeterorum animalium, arborum, & plantarum, quae ex simili substantia constant, similemque ortum habent. At verò *ὁμοιοούσιον*, id est, SVBstantIA SIMILE, in rebus corporis expertibus, ut in Deo, & angelis cernitur: cum alterutra res per se secundum propriam substantiam ac suam intelligatur. Eiusmodi rationibus etiam imperator Constantius de priore sententia deductus est. Et cum in eadem opinione, uti ipse conuicio (si modo sensum solum spectemus) cum patre & fratre esset, verbum tamen cum verbo commutans, pro CONSVBstantIALI SIMILE SVBstantIA dixit. Nam hoc quidem harum rerum interpretibus visum est: qui constanter affirmarent istud nomen ad rem significandam multò exquisitius esse: quòd si quis aliter diceret, eum visum iri rem corpore vacante pro corpore intelligere: quod quidè plerique stultum existimarunt. Dixerunt enim ex rebus, quae oculis cernuntur, noia ad res mente sola perceptas exprimendas sumenda esse: nihilque esse in verbo periculi, si non in sensu erratum esset.

Rursus de Homoussio, & Ariminesi concilio, quomodo, vnde, & qua de causa conuocatum est.

CAPVT XVIII.

NEC mirum sanè imperatori istud contigisse, cum per multi etiam episcopi, qui fidei concilij Nicani consentiebant, hoc nomen sine contentione admisisset: qui quidem vtroque verbo, discrimine omni remoto, ad vnam eandemque rem significandam vsi sunt. Quare mihi quidem videtur illa oratio, quae tam insolenter ab Arianis iactata est, multum à veritate discrepare. Atiut enim post concilium Nicanum còplures episcopos, ex quorum numero fuere Eusebius & Theognis, renuissè deinceps, filium patri consubstantiale dicere: Constantinumque ea re grauiter commotum, exilio eos addixisse. At cum somnium, aut, ut ipsi praedicant, vera visio sorori imperatoris diuinitus obla-

oblata esset, quod isti episcopi rectè de Deo sentiret, quodque iniuste in exiliū missi essent, imperatorē inde eos reuocasse: sciscitatumque ab illis esse, quid causæ esset, cur à decretis Concilij Nicæni dissentirent, idque cum ipsi formulæ fidei in eo Concilio editæ essent facti participes: eos autem respondisse, quod neutiquam ex animo ei essent fuisent, sed quod vererentur, ne ille, ut erat verisimile, contentionem de hac re susceptam improbens, à religione Christiana velut ambigua & plena controuersæ ad Gentilium superstitionem se transferret, & ecclesiā, quoniā nuper fidem Christi receperat, & adhuc lauacro minimè tinctus erat baptismatis, persequi inciperet. Qua audita satisfactioe, ferūt Constantinū veniam illis tribuisse: prouidisseque ut aliud rursus conciliū cogeretur. At verò dū ista institueret, morte antè occupatū, quā possit ea perficere: ac propterea filio Constantio, utpote maiori natu, quā Constantius, dedisse in mandatis, ut hanc rem perficiendam curaret: quippe imperiū ei nihil profuturū, nisi diuinum numē primò omnium fidē cōsentiente ac cōcordi coleretur. Itaque Constantiū patris volūtati obsequētē, Conciliū Arimini cōuocasse: ex qua vna remaximè eorū mēdaciū perspicuè deprehēditur. Nam Arimini cōuenere ad conciliū episcopi Hypatio & Eusebio Cōs. cū iā Cōstātius post mortē patris in imperij administratione circiter viginti duos annos confecisset, multaque interea tēporis cōcilia celebrata essent, in quibus de his vocibus **CONSVBSTANTIALI & SVBSTANTIA** simili, disceptatū fuisset. Omnino autē nemo filiū patri substantia similē opinari voluit, quoad Aetius grauiter de hac re disseruisset. Ad quā doctrinā tollendam imperatoris mādato episcopi tum Arimini, tum in Seleucia eodem tempore in vnum conuenerunt. Quare constat non mandatum Constantini, sed Aetii disputationem causam concilii Ariminenfis verē fuisse. Atque quod ista quidem ita se habeant, in sequenti quoque sermone ostendemus.

Quod epistolis Constantij reuersus Athanasius sedem suā cepisset, & de Episcopis Antiochenis & alterna Constantij & Athanasij petitione, et numinis in hymnis celebratione. C.A.P. XIX.

Constantius

Constantius autē rebus gestis in cōcilio Sardicēsi cognitis, scripsit ad fratrem Constantiū literas, uti Athanasio & Paulo ecclesias suas redderet. Vbi vero intellexit fratrem diē de die ducere, scripsit denuo, ut vel viros istos reciperet, vel se ad bellum gerendū pararet. Constantius igitur cū de hac re cū episcopis orientis cōmunicasset, stultum putauit ob eā causam bellum ciuile & intestinum suscipere. Quo quidē cōcilio inductus, Athanasium ex Italia accersit, datque illi potestatem publicos currus, quibus rediret, capiēdi, atque crebris literis ad ocys reuertēdum hortatur. Athanasius autē eo tēpore in Aquileia vitam agens, acceptis Constantii literis, venit Romam cum Iulio, quid sibi agendum sit, constituturus. Qui eum perhumanitū dimisit, deditque eius causa ad clerum & populum Alexandrinum literas, quibus tum eum ut pote multis periculis nobilitatū, magnopere, uti par erat, laudaret, tum ecclesię Alexandrinę reditum, tam præclari episcopi gratularetur, tum denique, ut eadē cum illo sentiret, hortaretur. Inde verò Antiochiā, ubi Syriæ, in qua iā tum cōmorabatur imperator, rectā cōtēdit. Cuius vrbs ecclesias iā administrat Leontius. Nā post exiliū Eustathii, fautores sectæ Arianæ Antiochiæ sedē obtinebāt: primū Euphroni^o: deinde Placitus, rē Stephan^o: quo, velut episcopatu indigno, iē dimoto, ad extremū Leontius episcopatu illū gessit: quē quidē, ut à fide catholica auersum, deuitauit Athanasius. Atque cū illis, qui Eustathiani vocabantur, cōmunicauit, cōuentu in ædibus priuatis peractō. Vbi autē Constantiū beneuolū erga se, & facile expertus est, & putauit suā sibi ecclesiā restitutam fore, imperator admonitus ab Arianæ sectæ præsidibus, sum equidem, inquit, paratus ad promissa præstanda, qui us impulsus te accersui. Quare ipse beneficium, quod ego abs te petam, iure debes mihi concedere. Id quidem est, ut ex multis ecclesiis, quæ tuæ ditioni subiiciuntur, vnam habeant illi, qui tecum communicare detrectent. Cui Athanasius, maxime, inquit, o imperator: quandoquidem æquum, imò vero necesse est tuis mandatis obtemperare: neque profecto tibi equidem contradicam. Verum cum Antiochiæ quoque sint, qui communionem eorum, qui aliter atque nos de religione sentiunt, omnino refugiant, idcirco si-

mile

mile beneficium abs te mihi tribui postulo: vt videlicet isti itidem in hac vrbe vnam habeat ecclesiā, in qua liberè ac sine metu in vnum conueniant. Postulatione igitur Athanasij ab imperatore, velut æqua approbata, cōmodū visum est Arianis rē silentio præterire: quippe existimauerunt suam opinionem propter Athanasij nullā omnino apud Alexandri nos progressionē facturā, præsertim cum ille non modò ad suę doctrinę fautores in eadē firmè continēdos, verū etiam ad pelliciēdos aduersarios satis haberet viriū & facultatis. Apud Antiochenos autem, si istud fieret, primū Eulastianos, qui multi erant numero, conuentus factūros: deinde vti simile veri erat, nouas res molituros, cum impune suos in vnum cogere possent. Quandoquidem, Arianis etiā ecclesias occupantibus, totus clerus ac populus Antiochenus eorum opinionibus non penitus obsequeretur, sed in cœtus pro more, dum deū hymnis collaudabant, distributi, sub finem hymnorū, singuli suā opinionē declararent, & alij non patrem modò, sed filium etiam, vtpote patri honore æqualem, gloria efferrent, alij patrē in filio esse dicerent, atq; per hanc præpositionē, IN, filium patrē inferiorē ostēdere conarentur. Tandē, his rebus ita cōparatis, Leonthius, qui sectæ Arianae deditus, illo tēpore sedem episcopalem Antiochenam gubernaret, incertus animi, quid ageret, tamen si non aggrediretur eos qui hymnis fidei concilij Nicæni consentientibus deum laudarent, prohibere (meruebat enim ne populus seditionē cōflaret) tamen manu ad caput, quod iā valde canescebat admota, dixisse fertur: hac niue liquefacta, multum erit luti. Quo significare voluit, se mortuo, dispares illos hymnorū modos tandē in populi seditionem recasuros, quando episcopi, qui ei succederent, nullo modo paterēt itidem se populi arbitrio in omnes partes circumferri.

Quid Cōstāntius pro Athanasio Aegyptiis scripserit, & de Hierosolymitano concilio. C. A. XX.

Imperator autem dimittit Athanasium in Aegyptū, scripsitq; pro eo literas cum ad episcopos & presbyteros cuiusq; ciuitatis, tū ad populū ecclesiæ Alexandrinæ: quibus & vitæ eius piæ actam & probitatē morū cōmendauit, eosq;ue

eosq;ue cohortatus est, vti ei, vtpote suo antistiti parentes, precibus & orationibus deum religiose colerent. Quòd si qui malevolentia suffusi, se seditiosos ostenderent, eos secū dū leges de eiusmodi hominibus sancitas pēnas daturus. Dedit præterea mandatū, vt literæ, quas cōtra Athanasij, & ei' cōmunionis participes è tabulis publicis eximerent, atq; vt clerici quoq; illius pristina immunitate, quę ipsorū ministerijs tributa fuerat, fruerētur. De qua re scripsit etiā ad Aegypti & Libyæ præfides. Athanasius autē cū venisset in Aegyptū, quotquot sectæ Arianae deditos cognoscebat, eos abdicauit: quorū verò fidē habebat exploratē cognitā & probatā, illis ecclesiarum cōcredidit administrationem, fidē concilij Nicæni tenere, eiq; studiose adhærescere iussit. Dicitur porro per alias quoq; nationes eodē tēpore iter faciens, si quas forte ecclesias ab Arianis occupatas offenderet, eodē modò cū illius egisse. Itaq; istud demū ei criminis loco obiecerunt: quòd scilicet in vrbibus nihil ad se pertinentibus, ministros ecclesiæ instituire auderet: Verū cū inuitis etiā aduersarijs res propter reditū ei prospere succedere, & propter amicitia Cōstāntis imperatoris à nemine cōtemni, sed in maiore, quàm antè, honore haberi videretur, cōplures etiā episcopi, inimicitijs erga illum depositis, cum eo communicarunt, in quorum numero fuere episcopi Palæstini. Nā cū id tēporis per Palæstinā trāsiret, cum beneuolè & humanitus exceperūt: atq; cōcilio Hierosolymis eoacto, Maximus & alij episcopi pro eo scribere ista.

Cōcilio Hierosolymitano ad Aegyptios pro Athanasio epistola. CAPVT XXI.

Sanctum concilium Hierosolymis coactum, episcopis Aegypti, & Lybiæ, & presbyteris, quoque & diaconis, & populo Alexandriae, charissimis & cū primis desideratis fratribus in Christo.

Deo vniuersarū rerū moderatori, fratres chariss. pro admirabilibus beneficijs, cū quę oī tēpore in nos, tum q; modò in vestrā ecclesiā contulerit, Athanasij pastore vestrū, & dñm ac collegā nostrū vobis reddēdo, nullomodo dignas gratias agere possum⁹. Nā q; aliquādo sperare poterat se oculis ista aspecturū, q; vos iā eius re ipsa consecutus

See ved-

Sed vestrae preces sine dubio sunt exauditae ab omniū rerū gubernatore Deo, qui vestrae curam gerit ecclesiae, qui vestras lachrymas & lamenta intuitus est: ac propterea vestris orationibus aures clemens adhibuit. Eratis enim tanquam oves abiectae, malè vexatae, non habentes pastorem. Et ob hanc causam, qui verus pastor est & suarum ouium diligens curator, in vos de caelo respexit, & quem desyderabatis, vobis benignè restituit. Quinetiam nos omnia, quae ad pacem ecclesiae faciant, molientes, & vestrae aspirantes charitati, cum antè amicè amplexati sumus, quàm ad vos venerit. Atque cum eo comunicantes, has salutationes ad vos, & vota nostra gratulandi causa per illum misimus ad eum finem, ut intelligatis tum nos vinculo charitatis cum eo colligatos esse, tum vos debere pro religiosissimis sanctissimisque imperatoribus Deum sedulo precari, qui vestro perspecto desyrio, & eius sincera pietate cognita, illum vobis honorificentissimè restituere dignati sunt. Quare obuiis, ut aiunt, vlnis eum complexi, debitas preces cum gratiarum actione Deo, qui hoc beneficium vobis tribuerit, pro eo adhibere laborate, quò vos perpetuò, Dei largiente gratia, letemini, & dominum Deum laudibus efferatis in Christo Iesu, domino nostro, per quem patri sit gloria in perpetuū. Amen.

Valentis & Vrsacii Arianorum ad episcopum Romanum confessio, quod falsa conficta & fuerunt, qua contra Athanasium loquuti sunt.

CAPVT XXII.

Atque haec quidem concilium Hierosolymis conuocatum, ex Palaestina scripsit ad hunc modum. Vnde certissimum extabat argumentum, episcopos Tyri congregatos iniuste Athanasium condemnasse. Nam Valens & Vrsacius, qui cum Theognide, ut supra dictum est, in Marcotem proficiscebantur, quaesitum, vtrum sacrum calicem, sicut ab Ischirione accusatus fuerat, cofregisset nec ne, poenitentia inducti, haec ad Iulium episcopum Romanum scripsere.

Demino Beatissimo Papa Iulio Vrsacius & Valens. S.

Quoni-

Quoniam nemini obscurum est, nos per literas nostras, quibus tuae sanctitatis literis respondimus, iam pridem Athanasio grauiter obrectasse, & ea de causa, quam significabamus, in fraudem deductos, non potuisse rationem facti nostri reddere, idcirco apud tuam pietatem praesentibus omnibus praesbyteris, fratibus nostris, ingenue confitemur, omnia, quae ante hoc tempus ad aures nostras de praedicto Athanasio peruenerunt, falsa esse, comentitia, & ab eo reuera omnino aliena. Quamobrem cum illo deinceps communicandi magna cupiditate ducimur, id quae maxime, quod tua pietas propter iustam sibi bonitatem nostro errori ignoscere dignata est. Quin etiam hoc quoque confitemur, si quando nos episcopi Orientis, vel Athanasius ipse, praemalitia in iudicium de hac re vocare voluerint, nos ab eo, quod tu statueris, minimè defuturos. Ario autem, & eius propugnatoribus, qui non modo dicunt tempus fuisse, quando filius dei non erat, & Christum ex nihilo constare, verum etiam negant Christum deum esse, & filium dei ante secula extitisse, (sicut in superiore nostro libello Mediolani edito ostendimus) & hoc tempore & aliàs semper semper anathema denuntiamus. His literis nostra ipsorum manu scriptis confitemur rursus nos, heresim Arianam, ut antè dictum est, & eius defensores perpetuo condemnasse.

Ego Vrsacius hunc meae confessioni coram subscripsi. Similiter etiam & ego Valens.

Quare quae Iulio confitebantur, sunt ista quidem: quae autem scripsere ad Athanasium, hoc in loco quoque à me sunt ponenda necessario. Sic enim se habent.

Eorundem ad magnum Athanasium pro incuncta cum eo concordia epistola, & quomodo reliquis Orientalibus episcopis sine cuique sedes reddita fuerint, quoad rursus erecto in Macedonia Paulus episcopatum recuperauit. CAP. XXIII.

K.

Occasi-

SOZOMENI HISTOR.

Domino ac fratri Athanasio episcopo Vrsacius & Valens episcopi. S.

Occasionem quidem nacti, frater charissime, per fratrem & compresbyterum nostrum Musæum, qui ad te venit, literas dandi, per hunc ad te ex Aquileia salutem mittimus: petimusq; abs te, vt sano ac sincero animo nostras literas legas. Atq; si per literas nobis responsum dederis efficias profectò, vt nos de tua nobiscum recòciliata gratia admodum confidamus. Nam te scire volumus, nos tecum & pacem habere, & communionem ecclesiasticam. Has quidem res ita se habere, salutatio à nobis per istas literas ad te missa, satis magno indicio est.

Athanasius igitur ab ea imperii parte quæ vergit ad solis occasum, in Aegyptum reuertit. Paulus item, Marcellus, Afclepas, & Lucius suas episcopales sedes recuperarunt: quandoquidem ex literis imperatoris hisce quoque facta est potestas ad sua redeundi. Quinetiam Paulo Constantinopolim ingressò, celsit Macedonius, & separatim per se conuentus egit. Ancyra autem, cum Marcellus in eam intraret, Basilio ex illa ecclesia depulso, maximus tumultus fortè ortus est. Cæteris verò episcopis ad suas sedes non ita difficilis patebat aditus.

TERTII LIBRI FINIS.

HERMIAE

74
HERMIAE SO-
ZOMENI SALAMINII HI-
STORIAE ECCLESIASTI-
CAE LIBER QVARTVS.

De Constantis Augusti eade, & rebus quæ Roma euenerint. CAPVT I.



TQVE ista quidem ita accidisse cognouimus. Quarto autem anno post concilium Sardicense, Constas in Gallia versus solè occidentem sita, interficitur. Magnentius verò, qui cædè ei per insidias parauerat, omnem eius ditionem in suam potestaté redegit. Porro Britannio quidam Sirmii à militibus Illyricis imperator declaratus est. Maxima autem pars istarum calamitatum in damnù antiquæ Romæ propterea recidit, quòd Nepotianus, filius fororis Constantini imperatoris, cum multos gladiatores sibi afciuisset, de imperio decertare cepit. Verùm iste quidem à militibus Magnentii trucidatus est. Constantius verò, vbi summa imperii ad ipsum solum rediit, imperator renuntiat, ad tyrannos è medio tollendos omni cura & cogitatione incubuit. Interim Athanasius concessit Alexandriam, conciliumque episcoporum Aegypti cogendum curauit, quò decreta tum Sardiæ de ipso, tum in Palestina sancita suffragiis suis quoque confirmarent.

Quòd Constantius Athanasium rursus abigit, & qui consubstãtiale propugnabãt exilio multat, & de Pauli Cõstantinopolitani morte, & q; Macedonius iterũ ad sedè restitutus, multa neq; uaria designant, & de Martirio & Marciano martirib⁹ CA. II.

Imperator autè Cõstantius calũniis Arianorũ inductus, non in eadè quidem persistabat sententia, sed contra acta concilij Sardicensis iam dudũ promulgata, iubebat eos,

K ij qui

SOZOMENI HISTOR.

qui ab ipso potestatem ad suas sedes reuertendi naſti fuiſent, denuò in exiliũ pelli. Quo quidem tempore Marcello rursus eieſto, Baſilius eccleſiam Ancyræ occupauit: Lucius autem conieſtus in uincula, interij: Papius perpetuo additus exilio, Cucuſum, oppidum Armeniæ, abduſtus eſt: in quo quidem oppido obiit mortem, morboſe, an vi extinſtus, pro certo equidem dicere non queo. Percrebeſcit tamen adhuc fama, eum laqueo à Macedonianis ſtrangulatum. Vbi verò in exilium miſſus eſt, Macedoniũ eccleſia Conſtantinopolitana occupata, præſidijs monaſteriorũ complurium, quæ ipſe Conſtantinopoli extruenda curauerat, & fœderibus cum finitimis epiſcopis percuſis ſe ipſum muniens, dicitur Pauli fautores varijs affeciſſe incommodis: ac primum eccleſijs eos exturbaffe: deinde vim illis iudeo atuliſſe, vti cum ipſo communicarent: Vnde factum eſt, vt multi uerbis grauius caſi, perirent. Poſtremò alios fortunis, vrbe alios priuaſſe: alios in fronte notis ab illo cõpunctos fuiſſe, vt præ cæteris inſignes eſſent. Quare intellecta, imperatorẽ factum condẽnaſſe, in crimen uocaſſe Macedoniũ. Eodem tẽpore igitur cum Macedoniũ ob hanc cauſam eſſet epiſcopatu eccleſiæ Cõſtantinopolitanæ abdicatus, malum ad cædẽ prorupit. Nã cum alij nõ nulli, tum Martyrius & Marrianus obruncati ſunt, quos utpote Pauli cõuictores à Macedonio fertur præſecto traditos eſſe, & cum accuſarẽtur tãquam authores necis Hermodenis, & ſeditionis cõtra eum cõſtate, fortiter mortẽ operuiſſe. Quorum alter ſubdiaconus erat, alter, uidelicet Martianus, cãtor, & ſanctarũ ſcripturarũ lector. Horũ quidem inſigne ſepulchrum eſt, pro mœnibus Cõſtantinopolis extructum, & uelut monumentũ martyrũ, tẽplo circumdatum: quod templũ ædificare cepit quidẽ Ioannes, Siſinius autẽ abſoluit perfecitq;: qui duo poſtea eccleſiæ Cõſtantinopolitanæ fuere antiſtites. Nã indignum cenſuerunt, eos honore martyrij carere, quos deus ipſe honore affecerat: quando quidem locus ad quem abduſti, ſecuri percuſi ſunt, cum ante inaccessus eſſet, à ſpectris purgatus eſt, inq; eo homines dæmonijs agitati morbo liberati: atque multa alia præterea miracula ad eorum ſepulchrum edita. Sed de Martyrio & Marciano hæc haſtenus. Quod ſi eadem cuiquam

ECCLESIAST. LIB. IIII. 75

cuiquam minimè credibilia uideantur, nullius penè nego cij erit ab illis, qui ea ipſa exploratè cognita habeant, accuratius perdiſcere. Etenim iſtis multò ſunt fortatſe admirabiliora narraturi.

Quod Conſtantiũ ducto in Ilyrios exercitu Sirmium uenit, & de Bretanione & Magnentio, & quòd Conſtantiũ ubi Gallum Cæſarem reuerti auerat, illum ad populos orientales amandauit.

CAPVT III.

Per idem ſerè tempus, cum Athanaſius fuga ſalutẽ que fuiſſet, Georgius eos qui in Aegypto eius opinioni aſſentire renuebant, grauius vexauit. Imperator autẽ bello contra Ilyrios ſuſcepto, uenit Sirmium: quo in oppido pactis quibuſdam conditionibus, Bretanio illi ſit obuiam. Nam militibus, qui eũ imperatorẽ declarauerant, in alteram partem traductis, & ſolum iam Conſtantiũ imperatorẽ & Auguſtũ eſſe uociferantibus (vt enim iſta fierentum ab ipſo Conſtantiũ, tum à ſuis impenſe ante laboratũ fuerat) Bretannio, vt intellexit proditionem, pronũ ſe abiecit ad pedes Conſtantij, ab eo que ſupplex ueniam poſtulat. Conſtantiũ igitur, ablato ei ornatu imperatorio, & purpura, hominis miſertus eſt, uitãq; priuatæ degendæ fecit potestatem, & omnia ad uictum & cultum neceſſaria ei ex publico ſubminiſtrari mandauit: dixitq; rem multò accommodatiſſimam eſſe ei, utpote ætate prouectiore, vt de cetero cura imperatoria liberatus, ætatem in otio & tranquillitate ageret. Vbi autem res contra Bretannionẽ geſte hunc habuere exitum, Conſtantiũ ingentẽ exercitũ, aduerſus Magnentium in Italiam miſit. Gallum autem conſobrinum, cum Cæſarem eum deſignatẽ, amandauit in Syriam, vti partes imperij uerſus Orientem defenderet.

Quòd poſtquam Cyrillus eccleſia Hieroſolymitana gubernacula poſt Maximum ſuſceperat, rursus maxima crucis figura pluribus diebus conſpecta eſt, quæ ſolem ipſum ſplendore ſuperabat.

CAPVT IIII.

K ij Eodem

Eodem tempore Cyrillo, post Maximum ecclesiā Hierosolymitanā administrāte, signū crucis in celo visū est: quod clare admodū respanduit, nō vt cometes sollet, diffusis radiis, sed luce multa in vnum conferta, valde clēso iubare & perlucido emicuit. Tantū pertinebat in lōgitudinē, quantum est interuallū inter Caluarix locū, & mōrem Oliuarū. Quindecim autē stadia supra locum in celo suspensum hāsit. Latitudo verō lōgitudini proportione respōdit. Quo quidē, velut insigni miraculo, omnes obstupuerūt: ita vt singuli aedibus, foro & opere, quod quisque forte habebat in manibus, relicto, pariter cum liberis & vxoribus in ecclesiā conuenerint, & vno ore Christū laudibus celebrarint, & deū lætis animis confessi sint. Quæ res ad nostram regionē quoq; perlata, nō mediocriter oēs obstupescit. Nā quanq̄ visio ipsa nō admodū diu cōtinuata est, tamē quia ex oibus (prope dixerim) terræ oris, vt i fieri solet, homines vel præcādi, vel loca illa visendi causā Hierosolymā aduenissent, res, quas id tēporis aspexissent, suis indicarunt. Erat etiam imperator de hoc viso certior factus, cū per alios complures nuntios, tū per literas Cyrilli. Dicebatur autē à viris rerū eius generis peritis, hāc visionem diuinā quadam propheta in sanctis literis quoque præsignificatam fuisse. Quod quidem certe cum ita accidisset, multos cum gentiles, tum Iudæos ad fidem Christianam deduxit.

De Photino Sirmij episcopo, & eius hæresi, & Concilio contra eum Sirmij coacto, & tribus fidei libellis, & q̄ Photinus post abdicationē renuit renire vocatus, vt q̄, à Basilio Ancyre episcopo inanis ostentator sui conuictus sit. CAP. V.

Sub idē tēpus Photinus ecclesię Sirmij antistes, qui iā antē hæresis cuiusdā author fuerat, cū imperator ibi præsto esset, palam suam doctrinā asserere non dubitauit. Et quoniā ingenio tum ad bene dicendū, tum ad persuadendum multum valebat, idcirco multos ad suā opinionem traduxit. Qui tametsi affirmavit vnū deum omnipotentem esse, qui proprio verbo condidit vniuersa, tamē

men quōd filius dei antefecula generatus sit, & extiterit, nullo modo concedere voluit, sed Christum ex Maria genitum docuit. Quod quidem dogma, cum apud multos vulgatum esset, magnopere offendit animos episcoporum tum occidentis, tum Orientis: quandoquidē hoc cōtra cuiusque opinionē nouatū esse arbitrati sunt. Etenim à sententia tum corū, qui fidem in concilio Nicæno traditā cū admiratione amplexabātur, tū corū, qui appbant Arij doctrinam oīno discrepare cōperiebatur. Imperatori præterea bilē mouit. Qui eodem tempore Sirmij vitam agens, concilium ideo conuocauit. Ad quod cōuenere ex Orientis episcopis cū alijs, tum Georgius ecclesię Alexandrinæ antistes, Basilius Ancyre episcopus, & Marcus episcopus Arethuse: & ex Episcopis autē Occidentis: Valēs Mursorū episcopus, & Osius cōfessor, qui quoniā concilio Nicæno interfuisset, inuitus huic concilio præsto fuit. Nam quanquam haud lōge ante Arianorum infidijs exilio cōdēnatus fuerat, ab imperatore tamē, qui opera ac studio eorū, qui Sirmij in vnum cōueniant, ad eā rē impulsus erat ad conciliū accersitus est. Siquidē arbitrabātur, si vel persuasione, vel vi eū, qui vir tā illustris erat, & ab oibus mirifice laudatus, ad suā sententiā suffragandū possent inducere, fore vt ipsorū dogma restē locupletē haberet. Vt primū igit Sirmij coacti sunt, (proximus hic quidē annus erat post consulatū Sergij & Nigriani: in quo nullus Cōsul vel ex oriēte, vel ex occidente propter statum reip. à tyrannis tum fortē perturbatū designatus est) primū Photinum abdicarūt, vtpote opinionis Sabellij & Pauli Samosatēni fauentē. Deinde contra ea quæ ante in cōcilijs fuerāt decreta, tres fidei formulas ediderūt: quarū vnā Græcē, reliquas duas latinē conscribebant: quæ in multis, neque ipsæ sibi, neque formulis antē compositis vel verbis, vel sensu consentiebant. Atque est illud quidem intelligendum formulam, Græcē scriptā, filium patri neque confubstantialem, neque substantia similem asseruisse, sed illis, qui dicerent eum sine principio esse, aut essentiam dei velut dilatatam illum procreasse, aut eum patri honore parem & non inferiorem sentirent, anathema indixisse. Alteram autem, quæ Latino sermone scripta erat,

tum de οὐσίᾳ quā Latini substantiam vocant, tum vtrum filius patri dō substantialis, aut substantia similis sit, vetuisse differere: propter quod voces illæ neq; in sanctis reperitur scripturis, neque hominum cogitatione aut intelligentia facile comprehendi possunt. Quinetiam precepisse, vt omnes confiterentur, patrem filio honore, dignitate, deitate, & ipso nomine paterno maiorem esse, atque putarent filium cum cæteris omnibus creaturis patri subiectum esse: & patrem nullum habere principium, filijque generationem omnibus, præterquam patri soli, incognitā esse. Fertur verò, cum hæc formula iam edita esset, episcopos, laborasse, vti eam tanquam temerè & imprudenter cōpositā reuocarent, eo consilio, vt corrigerent: imperatoremque idem ipsum mandasse, atq; supplicium minatum esse illis se inficturum, qui eam occultarent. Verùm cum semel edita esset, in occulto latere non potuit. Tertiam verò formulā sensu cum alijs formulis iam olim editis penitus cōsensisse, præterquā quòd substantiæ nomen sustulit: hancq; cause, præterquā quòd substantiæ nomen sustulit: hancq; causam cur id fecerit attulisse, quæ est his ferè verbis explicata. Quoniam nomen substantiæ, quod à patribus simplici animo in formula fidei positum est, à vulgo autem incognitū, nō parū propterea attulit offendiculi, q̄ in literis sacris non extat, idcirco placuit cōcilio, vt tolleretur, & nulla omnino mentio fieret illius, præsertim cum sanctæ scripturæ substantiæ patris, aut filij, nusquam meminerint. Substantia enim aut patris, aut filij, aut spiritus sancti, ne nominari quidē debet. Itaq; nos, sicut literæ sanctę loquunt, filiū patri similit̄ dicim⁹. Atq; hæc quidē de fide, p̄sente ipso imperatore, decreta fuere. Osi⁹ verò initio quidē illis cōsentire renuit: at post vi cōpulsus, & verberibus, vt fama est, licet senex, grauiter cæsus, cōsensit, eis dēq; subscripsit. Placuit p̄terea cōcilio, postq̄ Photinū abdicauerat, eius animū tētare. Si quo modo posset à priore sententia deduci. At ille, tametsi episcopi eum ad hoc cohortabantur, & episcopatum si propriam ac suam reiceret opinionem, atq; ipsorum formulis fidei suffragaretur, ei reddituros promittebant, tamē induci non potuit, sed ad disputationem eos prouocauit. Quare cum episcopi ad certum & statutū diem in vnū cōuenissent, & iudices quidam, qui & doctrina, & autoritate eo tem-

eo tempore primas in palatio obtinere videretur, ex mandato imperatoris concilio præsiderent, Basilius episcopus Ancyræ partes suscipit contra Photinum disputandi. Ac cum differendi certamen propter multa ac varia vtriusq; tū interrogata, tum responsa longius procederet, & celeres scribæ rationes vtrinq; allatas exciperent, Basilius superior discessit. Photinus autē condēnatus exilio, ne sic quidē suā defendere opinionē destitit: sed libros tū Latino, tum Græco sermone conscriptos edidit, quibus nō suam modò, verum etiā falsas aliorum opiniones probare ostendēdūq; laborauit, de Photino & eius hæresi hæc hætenus dicta sint.

De Magnentij & Siluanij tyrannorum interitu, et Iudæorum in Palestina tumultu, & quòd Galus Cæsar dum res nouas moliri putaretur, interfectus est. CAP. VI.

DVm hæc geruntur. Magnentius, antiqua Roma occupata, multos tū ex ordine senatorio, tū ex plebe trucidauit. Qui cum accepisset duces Constantij iā propius ad bellum cū ipso gerendum accedere, secessit in Galliam versus solis occasum sitam. Quo in loco, multis præliis inter vtrumq; exercitū commissis, nunc hi, nūc illi vsque eo fuere superiores, quoad Magnentius ad extremum deuictus, Mursam, quod est castellū Galliæ, profugit. Qui cum videret milites suos, vtpote victos, animis cadere, in loco edito consistens, eos confirmare conatus est. Illi autē, cum sicut alijs imperatoribus acclamare cōsueuerant, Magnentio quoque illustre laudis testimoniū tribuere in animis haberent, imprudentes atq; adeo inuiti Constantium pro Magnentio Augustū esse clamarunt. Vnde Magnētius coniecturā faciens imperiū sibi à deo minimè donatū esse, illo castello relicto, vltèrius progredi cōstituit. Verùm cū exercitus Cōstantij persequeretur, prælio circa Mōtiōseleu cū factō, solus fugā capessens, Lugdunū salutis causa confugit. In qua vrbe & matrē interfecit, & fratrem quoque, quem Cæsarē creauerat: ad extremū manus graues ipse sibi attulit. Neq; ita multò post, Decēnius, alter eius frater, laqueo sibi necē consciiuit. At tumultus reip. ne sic quidē cōpressi ac sedati sunt. Nā haud ita diu post, Siluanus quidā in Gal

lia ad Solé occidenté vergente tyrannidé exercere cœpiti quē breui post, duces Constantij è medio sustulere. Porrò Iudæi Diocæsareæ, cùm Palæstinâ, tū cæteras gentes finitimas occupauere: sumptisq; armis, amplius Romanis parere renuère. Quibus rebus cognitis, Gallus Cæsar atq; iâzum Antiochiæ degēs, misso exercitu, eos subiugauit, & Diocæsareâ euertit. Qui cum ré præclarè gessisse uisus esset, prosperitatē haudquāq; ferre potuit, sed istituit animo occupare tyrannidē. Cuius conatus nou⁹ ex cæde tū Magni Quæstoris, tum Domitiani præfecti Orientis, quos interfecerat, imperatori Cōstantio patefactus est. Qua re Cōstantius grauitè cōmotus eū accersit ad se. Qui cū aufugere nō posset (erat enim metu percussus) iter facere perrexit. iam verò cum non lōgè à Plabone insula abesset, iussu imperatoris interfectus est, ad tertiū suū Consulatū, Constantij autem septimum.

De Constantij ad urbem Romam professione, & Concilio in Italia collecto, & quid Arianorum insidijs Athanasio magno obtigerit. CAP. VII.

Vbi verò Constantius, tyrannis occisus, se malis, quæ casu inuecta fuerant, penitus liberatum existimauit, decedens Sirmio, Romā antiquā concessit. Nam ibi triumphū de uictoria contra tyrannos parua agere cōstituit: & quoniam arbitrabatur se posse episcopos primarios utriusque partis ad eadem de fide sentiendū inducere, eodem tempore concilium in Italia cogi mandauit. Interim Iulius, cum ecclesiæ Romanæ episcopatum ad annos viginti quinque administrasset, moritur: cui succedit Liberius. Iam verò hi, qui fidem Concilij Nicæni reiciebant, tempus opportunum ad calumnias orthodoxis cōtexendas se nactos arbitrati, impense admodum apud imperatorem laborarunt, uti omnes, quos ante ipsi abdicauerant, ecclesijs eijcerent, tum quòd doctrinā ipsorum opinioni repugnantem tuerentur, tum quòd dedissent operam, dum adhuc uiueret Constans, uti inimicitia inter eum & fratrem Constantium, penes quos imperium erat, susciperentur: Cōstantem enim fratri, uti antè demonstratum est, denuntiasse, se bellum contra eum facturum, nisi Athanasium & alios episcopos reciperet. Maximè autem omnium

omnium Athanasium insimularunt: qui præ nimio odio, quod aduersus eum conceperant, neque dum Constanti uita suppeteret, neque dum Constantius illum beneuolentia complecti simularet, similitatem in eum exercere desierunt: sed Narcissus Cilix, Theodorus Thrax, Eugenius Nicensis, Patrophilus Scytopolitanus, Menophantus Ephesus, & alij episcopi numero circiter triginta Antiochiæ in unum cōgregati, alijs omnibus scripsere episcopis illum cōtra ecclesiæ leges Alexandriam reuertisse, & nō cōcilij sententia, sed contentione eorū, qui eiusdem erant cū eo opinionis, culpæ expertè declaratū esse: & propterea iusserūt, ut neq; cū eo cōmunicarēt, neq; ad eum scriberent, sed cū Georgio, quē ipsi episcopū ordinauerāt. Verū Athanasius ista crimina pro nihilo tum putauit: quippe qui res multò grauiores esset postea subiturus. Nam simul ut interijt Magnētius, Constantius, qui solus iâ imperio Romano potitus est, eò omne suū studiū cōtulit, ut episcopos occidētis, ad eorū opinionī consentiendum, qui filiū patri consubstantialē esse denegarent, induceret. At verò istud primò non aperta vi efficere, sed eis duntaxat persuadere conatus est, ut rebus contra Athanasium ab episcopis orientis iudicatis suffragarentur. Nam sic cogitabat, si Athanasius cōmuni omnium sententia è medio remoueretur, se res ad religionē pertinētes faciliè ex sententiā cōfecturū.

De Mediolanēsi Cōcilio, et Athanasij fuga.

CAPVT VIII.

CONcilio igitur impulsu imperatoris Cōstantij Mediolani cōuocato, ex Oriente pauci episcopi illò aduertarunt, propterea quòd alij morbo, ut est uerisimile, pediti, alij itineris longitudine deterriti, eo accedere recufabant. At episcorū occidentis ibi congregati sunt trecēti. & amplius. Cū autē episcopi orientis postularēt, ut Athanasius cōdēnaretur, atq; ad eo oīno pellerēt Alexandria, alij quidē uel metu, uel fraude, uel ignoratiōe rerū gestarū inducti, assenserunt: soli autē Dionysius episcopus Albe, q̄ est urbs primaria Italiæ, & Eusebius Vercellorū, quod est oppidū Ligurię episcopus, & Paulin⁹ episcopus Treueris, & Rhodanus, & Lucifer cōtra uociferati sunt, testatūq; nō oportere

oportere Athanasium tam temere condemnare. Nam si illud fieret, malum non eo in loco acquieturum, sed ad insidias decretis recte vereque de Deo sanctis fruendas, & ad fidei concilii Niceni euertendam progressurum: atque ad has res perficiendas tum imperatorem, tum Arianos, omni cura & cogitatione incumbere. Atque isti, quia tam liberè in concilio locuti sint, addicebantur exilio, & Hilarius vnà. Causam autem concilii Mediolani cogendi, quàm ipsi memorarant, veram fuisse euentus rerum comprobauit. Nam haud ita diu post, concilium Arimini, & alterum Seleuciae conuocatum est: quod vtrūq; res nouas moliri contra decreta concilii Niceni aggressum est, quemadmodum mox demonstrabo. Athanasius verò, quoniam persuasum habebat sibi in palatio imperatoris paratas insidias, ipse neque ad imperatorem venire ausus est, neque in rem suam esse existimauit. Itaque quinque episcopis Aegypti ad eam rem delectis (ex quorum numero fuit Serapion Thmuetenſis, vir tum vitae institutione sanctissimus, tum oratione disertus) eos ad imperatorem iam tum in ea imperii parte, quae ad solem occidentem spectat, iratam degentem mittit. Quibus cum vnà mittit quoque tres suae ecclesiae presbyteros, qui tum imperatoris gratiam sibi reconcilient, tum ad calumnias aduersariorum, si opus sit, respondeant, tum denique alias res obeant, quas ecclesiae & ipsi commodissimas fore animaduertent. Non multo autem post, quam illi Alexandria soluissent, recepit imperatoris literas, quae eum ad aulam vocabant. Qua re & ipse Athanasius, & populus ecclesiae grauiter turbati sunt, & accipiti cura ac dubia distracti. Nam neque imperatori, qui opinionem à fide alienam tueretur, morem gerere tutum, neque ei resistere extra periculum esse existimarunt. Attamen Athanasius mansit Alexandria, & qui literas attulerat, re infecta reuertit. Sequenti autem aestate alter imperatoris mandato cum magistratibus eiusdem gentis accedens ad Athanasium, coegit eum ex urbe exire, clericumque illius ecclesiae grauiter exagitauit. At cum primum populum ecclesiae causa magnos sumere spiritus, & ad bellum se instruere videret, iste quoque labore frustra suscepto, inde decessit. Non longo verò temporis spatio intermisso, copia, quas Latini legiones vocant, ex reliqua Aegypto & Libia illo accersuntur. Atque simul

vt

vt nuntiatum est Athanasium in ecclesia nomine Theonae nuncupata occultatum esse, praefectus ordinum militarium, acceptis militibus, & Hilarius, qui imperatoris iussu iam secundo venerat, vti has res maturaret, ex inopinato & tempore iam importuno, ruptis fenestris ingrediuntur in ecclesiam, & cum vndique conquisiuisent, Athanasium intus non offenderunt. Nam fertur, quod sicut diuinis iudiciis admonitus, multa alia quoque pericula saepe effugerat, sic hanc eorum irruptionem à Deo sibi praesignificatam habuit: & propterea illico ecclesia egressus est, milites autem venisse ad fores ecclesiae, & per exiguum temporis momento post eius abitum iam dilapso, factum est, vt eum comprehendere non possent.

Quod multis modis ab Arianis cum esset peritus insidiis Athanasius, varia pericula sibi à Deo, utpote homine diuino patefacta vitauerit, & quam grauiter post eius discesum à Gregorio afflictus fuerint Aegyptij. CAP. IX.

NEquè profecto cuiquam dubitandum est, quin iste vir planè diuinus fuerit, vereque quod esset futurum, praeviderit. Nam res multo sanè admirabiliore, quam quae sint à nobis iam commemoratae, de eo accepimus: quae perspicue testificantur eum rerum futurarum habuisse scientiam longè exquisitissimam. Nam eo pacto primo anno, cum Constantius adhuc in vita maneret, quando imperator Constantius cogitabat eum graui aliquo malo afficere, fuga capta, apud familiarem quendam laetauit, & longo tempore intra terrae recessum, in quodam obscuro domicilio, quod aquae antè fuerat receptaculum, vitam egit. Quae res omnibus incognita fuit, praeterquam iis, apud quos delitescerat, & ancillae, quae tam fidelis videbatur, vt sibi negotium ei ministrandi conceditum haberet. Caterum cum vehemèter laboraretur ab Arianis, vt hominè viuū caperent, ancilla dominis & pollicitationibus, vt est credibile, impulsam, eum iam in dicatura erat. Verum insidiis eorum à deo illi praesignificatis, aliò antè demigrauit, quod eum possent comprehendere. Ancilla autè poenas dedit, utpote quae contra dominos suos mèrita

fuisse:

fuisse: qui etiam ea de re fugæ se mandassent. Nam nõ leuè crimen illis, qui vel exciperent hospitio Athanasii, vel occultarent, obieciabant quidem Ariani, sed tanq̃ edictis imperatoris aduersantes, & delinquentes quòque in temp. in iudicium vocabát. Aliud præterea huic nõ dissimile Athanasio alio quoq; tẽpore accidisse auditione accepti. Etenim cum tali de causa fugiens in Aegyptũ aduerso flumine Nilõ nauigio subueheretur, & quidã de eius profectioe per indices certiores facti, persequerentur eo cõsilio, vti eũ cõprehenderent, diuinitus de illis, qui persequiebantur, præmonitus, his qui vnã secum nauigabát, enuntiauit: iussitq; versus Alexandriã reuerti. Ac dũ secundo iã flumine nauigat, insidiatores aduerso flumine subiectos prætergressus, ad urbẽ Alexandriã confugit, ibiq; propter populi frequentiam, & multitudinẽ ædiũ tutius latitauit. Itaq; his de rebus, & aliis permultis, quẽ similiter ab eo præsignificabátur, ex Gentilibus aduersariis suis, & Arianis in crimẽ falsõ vocatus est, quòd eas per præstigijs magicas conficeret. Nam fama est quodam tempore, cum per plateas ciuitatis incederet, fortẽ fortuna coruũ versus eũ volitantem crocitasse: rurbaq; Gentilium casu astantẽ, eum tanquã præstigiatorẽ irrisisse: atq; adeo ab illo postulasse, vt quid dixisset coruus, ipsis memorareret. Illum autem leniter subridentem respondisse, CRA S: quod Latino sermone diẽ proximẽ sequentem significat. Quare cum istam vocem emisserit, obnuntiat vobis diem crastinum vobis peracerbũ futurum. Præmõstrat enim vobis mãdato imperatoris prohibitũ fore, ne vestrum diem festũ, qui proximẽ sequit̃, celebretis. Quæ Athanasii prædictio, licet ipsis videretur ridicula, vera tamen extitit. Nã die crastino literæ imperatoris sunt magistratibus ciuitatis redditæ, quæ iubebát, ne Gẽtilibus amplius potestas permitteretur vel ad fana sua accedẽdi, vel cõsuetos ritus & conuentus celebrandi. Itaq; festus dies, qui tum fortẽ incidit, isq; Gẽtilibus venerãdus ac magnificus, sublatu est. Verũ quòd Athanasius dono prophetiæ imbutus fuerit, ista quidẽ dixisse sat est. Vbi verò, vti antè dictũ est, manus eorum, qui ad ipsum comprehendẽdũ venisset, effugerat, clerus eius & populus ecclesias aliquamdiu tenuerũt: vsq; eo nimirum, quoad præses Aegypti, & præfectus militum eiusdem

eiusdem regionis, omnes, qui ei obtemperabant, indẽ eiicerent, easque illis, qui Georgium cupidẽ expectabant, traderent. Haud ita multo post venit Georgius ipse, & ecclesias sibi subiecit: quippe qui multo violentius, quàm modus sacerdotum & consuetudo postulat, regere instituerit, atq; cũ aliis omnibus se terribilem præbere, tum erga Athanasii fautores crudelem se ostendere studuerit, adeo vt tum viri, tum mulieres, vincula & plagas eius opera subirent: vnde factũ est vti eum tyranni loco ducerent. Qui cum hac de causa odio omnibus esse cõeperit, plebs ad iram incitata, eum in ecclesia fortẽ versantem adorta est, atque parum aberat, quin illum confecisset. Itaque quoniam in tantum discriminis adductus, agrẽ euaserat incolumis, maturẽ ad imperatorem profugit. Quare confecta, Athanasii fautores ecclesias denuo occuparunt: sed tamen non ita longo tempore eas tenere permisi sunt. Nam præfectus militum Aegypti, his, qui à Georgio starent, illas iterum reddidit. Secundũ ea, scriba imperatoris, qui ex numero notariorũ fuit, missus Alexandriam, ad supplicium de Alexandrinis sumendum multos torsit grauiter, & verberibus cruciauit. Breui post; Georgius quoque eò reuertitur, & ob eas causas, quæ sunt modo commemoratæ, vti credibile est, illis multo maiori terrori fuit, & ideo in grauius odium, quàm antea, vocatus, tum quòd imperatorẽ ad cõplures acerbẽ affligendos: incitauerit, tum q̃ à monachis Aegypti (quorũ opinionẽ populus sequebatur, & eorũ testimonia propterea vera ducebat, quòd virtutẽ assidue excolerent, & piẽ viuendi disciplinæ se totos traderent) propter peruersam fidem & intolerandã arrogantiam admodum infimulatus fuerit.

De Liberio p̃tifice Romano, quas ob causas à Constantio in exilium eiectus sit, & Felice qui illum subsequutus est. CAPVT X.

Istæ quidẽ res etsi non eodẽ tẽpore, tamen aliã deinceps: ex aliis Athanasio, & ecclesiæ Alexandrinæ post Cõstantii mortẽ obtigerũt: suntq; à me hoc loco, quòd historia magis perspicua sit, cõmemorate. Cõcilio verò, quòd Mediolanensi celebratũ erat, iã nulla re in eo cõfecta, dimisso, impator oēs, qui aduersariis Athanasii contradiceret de medio re-
mouit,

mouit exilioq; cōdemnauit . Qui cū plurimū laboraret,
 vt ecclesia vbiq; de doctrina fidei secū cōsentiret, & epi
 scopi de eadē inter ipsos cōcordarēt , cōstituit omnes
 episcopos in Occidentem accerere . Verū cum cer
 neret animo, hoc propter longinquitatem locorum &
 maris interiecti perdifficile factū esse, incertus erat ani
 mi, quid ageret: non tamen à suscepto consilio penitus
 desistit, sed in eadem persans sententia, prius, quā ve
 nit Romam, & pompā triumphi, sicut Romanis in more
 positū erat, contra victos celebravit, Liberio episcopo
 Romano ad se accerato persuadere conatur, vt senten
 tiā episcoporum, quos circa se habebat (ex quorum nu
 mero fuit Eudoxius) assentiretur. Quem ipsi refragan
 tem, constanterque affirmantem, se nunquam illud fa
 cturum, iussit Beroam vsque, quod est oppidum Thra
 cix, relegari. Dicitur autem præter hanc, aliam quoque
 fuisse causam, cur Liberius exularit: nempe quod cum
 Athanasio communicare non recusauit, sed audacter &
 liberē in eius defensione cōtradixit imperatori, qui nō
 solum eum accusabat, quod ecclesias affecisset iniuria,
 quod ex duobus fratribus suis, alterum, videlicet maio
 rem natu, peremisset: alterum autem, Constantē nempe,
 quoad eius fieri poterat, ipsi inimicum reddidisset, verū
 etiam iudicium cum aliorum omnium episcopo
 rum, tum eorum maximē, qui Tyri ad eum condemnan
 dum in vnum conuenerant, aduersus illum protulit.
 Quibus quidem episcopis, vt pote vel odio, vel gratia
 ad sententiam de eo ferendam adductis, neutiquam fi
 dem adhibendam esse dixit Liberius: postulauitque ab
 imperatore vt fides in cōcilio Nicæno tradita subscri
 ptionibus omnium vbiq; episcoporum confirmaretur,
 & illi qui propter eius defensionem in exilio ætatē
 degerent, domum reuocarentur. Quibus rebus ritē cō
 fututis, requirebat præterea, vt neque publici curus,
 neque pecunia cuiquam episcoporum tribueretur, ne
 vel molestiæ quicquam, vel dāni alijs afferre videren
 tur, sed omnes propriis ac suis sumptibus Alexan
 driā consenserent: in qua vrbe tam de eo qui fecerat iniuriā,
 quā de his, qui eandē acceperant, diligenter cognos
 ceretur,

feretur, in crimina inquireretur, & accurata de eorum ve
 ritate haberetur quæstio. Quinetiam testimoniū Valentis
 & Vrfaci de Athanasio (quod quidem literis mandatum
 Iulio, qui sedem ecclesiæ Romanæ ante eum rexerat, vt rī
 veniam pēterēt, tum acta ab se in Mareote sancita, falsi esse
 declararent) ei ostendisset, contendit ab illo, vt Athanasīū
 absentem minimē condemnaret, neque rebus id temporis
 decretis fidem adiungeret, quippe cum fraus & insidiæ, que
 in illis versarentur, iam perspicuē deprehensæ essent. Neq;
 fratrum causa expectaret vltionem fieri per manū episcopi:
 quam Deus non ad hanc rem, sed ad mysteriōrū sanctifica
 tionem, & ad omnem iustam bonamque actionem exequen
 dam paratā esse voluit. Quapropter imperator, cum Lybe
 rius eius imperatis hoc modo restitisset, dedit mandatum,
 vt in Thraciam, nisi intra biduum sententiam mutaret, re
 legaretur. Cui Lyberius, mihi, inquit, o imperator, dies ad
 deliberandum non est opus. Iam olim enim ista & delibe
 rata sunt à me, & decreta. Itaque iam ad hinc discedendum
 paratus sum. Fertur item imperatorē ei iam cum in Thra
 ciam abduceretur, quingentos aureos misisse: illum autem
 eos minimē recepisse, sed dixisse ei, qui attulerat: Abi, & nū
 tia illi, qui hoc aurum miserit, vt ipsum det suis assentato
 ribus, & histrionibus, quos continua egestas præ infatibili
 cupiditate in dies singulos grauiter premit: quippe qui
 perpetuō appetant diuitias nec vnquā fatiari possint. Nos
 autem Christus, qui patri in omnibus rebus similis est, nu
 trit, & omnia bona nobis suppeditat. Itaque hac de causā
 Lyberius ecclesiæ Romanæ episcopatu priuatus est. Cui
 præficitur Felix illius cleri diaconus: quem aiunt fidei concilij
 Nicæni semper consensisse, & omnino, quantum pertinebat
 ad religionem, reprehensione caruisse: atque ob id
 solum in crimen vocatum esse, quod non modo Arianos
 ministros ecclesiæ ordinaret, verū etiam quod eorum cō
 munionem vteretur. Imperator verō, vt primū Romam
 ingressus est, & ingens ibi populi multitudo pro Liberio
 clamorem edidit, eumque denuō habere postulauit, consi
 lio cum episcopis, qui secum erant, inito, decreuit eum re
 uocare, & populo petenti reddere, si modō episcopis, quos
 secum haberet, consentire in animū induceret.

SOZOMENI HISTOR.

De Actio Syro & Eudoxio cui post Leōrium Antiochiæ episcopus obtrig, & de consubstantiali.

CAP. XI.

Sub idē serētēpus, palām quam de deo habebat opinionem, docuit Aetius: diaconus eo tempore ecclesiæ Antiochenæ à Leontio institutus. Qui eiusdem cum Ario opinionis fuit. Nam filium dei creatum esse, ex nihilorum, & patri dissimilem asseruit. Vir valde litigiosus, & in disputationibus de deo susceptis adeo audax, uti ab illis doctrina discrepare, quibus cū opinione cōsentiret, videretur. Et propterea eiectus ex eorum ecclesia, prætextuit ideo se illorum vitare communionem, quod contra quæ deberent, cum Ario cumcommunicassent. Nam Arius, inquit, cum poenitentia adductus, iusiurandū daret Constantino imperatori se cum episcopis, qui ad concilium Nicænum conuenerant, de doctrina fidei penitus consentire, planè peierauit. Atque ista quidem hoc modo commemoratur. Porrò dum imperator adhuc in ea imperij parte, quæ spectat ad solis occasum, ætatem degeret, nūtiatum est Leontium, episcopum Antiochiæ è vita abiisse. Itaq; Eudoxius orat imperatorem, quoniam illi ecclesiæ opus esset custode, ut ipse ea de re in Syriam redire possit. Quo impetrato, properè contendit Antiochiā, illiusq; ecclesiæ sibi ipse episcopatum assumit, idque sine consensu tum Georgij, episcopi Laodiceæ, tum Marci Arethuse episcopi (qui duo id temporis inter episcopos Syriæ perillustres fuerunt) tum denique aliorum, penes quos electio erat. At verò multis in ore est, cum istud egisse de sententia imperatoris: qui cū eunuchi in palatio vitā degētes, eadem de re diligenter egissent: qui quidem pariter cum Eudoxio dogma Aetij defenderunt, filiumque patri dissimilem asserunt. Quapropter Eudoxius, simul ac episcopatu ecclesiæ Antiochenæ potitus est, parta iam liberè & audacter loquendi potestate, palam hanc hæresim defendere non dubitauit. Atque Antiochiæ veniens in congressum cum illis, qui hanc opinionem tuerentur (ex quorum numero erant Acacius Cæsareæ Palestinæ episcopus, & Vranus episcopus Tyri, (qui cum verbo CONSUBSTANTIALI, etiam

SVBSTAN-

ECCLESIAST. LIB. IIII. 29

SVBSTANTIA SIMILE abrogauerat) causam simulauit suæ doctrinæ, quod videlicet episcopi occidētis eidē suffragati essent. Ofus enim cum quibusdam alijs ibi episcopis, quò Valentis, Vrsacij & Germanij pertinax cōtentio tolleretur, vi quidem compulsus, Sirmij, uti ante diximus, concessit, ut voces CONSUBSTANTIALIS, & SVBSTANTIA SIMILIS, minimè à quoquam proferretur: tum quòd in sanctis literis nequiquam reperirentur, tū quòd substantiam dei curiose indagare, hominum captum longè superaret. Postquam autem literas Olij hac de re scriptas, uti volebant, consecuti sunt, epistolam Valenti, Vrsacio, & Germanio miserunt, illisque egerunt gratias, atq; causam, cur episcopi occidentis ad rectè de fide sentiendum deducti essent, ipsis attribuerunt.

Eudoxio res nouas moliente, literæ ad episcopos ut eum reprimerent à Georgio Leodicensi episcopo scriptæ sunt, & de missis Ancyra ad Constantium legatis. CAP. XII.

Vbi verò Eudoxius res nouas ad hunc modum moliri cepit, cōplures ecclesiæ Antiochenæ, qui ei aduerfarentur, inde eiecti sunt: qui cum literis Georgij episcopi Laodiceæ, Anciram, quod est oppidum Galatiæ, rectè concesserunt. Nam Basilius fortè fortuna eodē tempore ad ecclesiam, quam ædificauerat, consecrandā, cōplures episcopos suæ ecclesiæ finitimos cōuocauerat, quibus literas Georgij tradidit: quæ ita se habent.

Dominis honoratissimis, Macedonto, Basilio, & Cæcropio, Georgius in dño. S.

Naufragium fidei, quod ab Aëtio factum est, vniuersam penè Antiochiā occupauit. Nam Eudoxius discipulos execrabilis Aëtij, qui sunt à vobis honoris ecclesiastici gradibus dimoti, ad se ascitos, in clerū ascribit, & ipsum Aëtium hæreticū habet in eorū numero, quos summo honore prosequitur. Quare subuenite huic tā illustri ciuitati, ne eius naufragio, totus orbis terrarū etiā eueratur. Atq; vos qui iā sitis in vnū coacti, vnā cū ceteris, qui ad vos fortè sint cōuenturi, subscriptiones ab alijs quoq; episcopis exigite, ad eū finē, uti Eudoxius tū ipsum Aëtium

L ij eijciat

eiiciat ecclesia Antiochena discipulos eius in clerū dele-
ctos inde amādet. Quod si pergat cū Aëtio filiū patri dissi-
milē vocare, & hos, qui istud dicere audeāt, illis, qui cōtra
dicāt, antepone, actū est penitus, vt ante dixi, de ecclesia
Antiochena. Ista quidē literæ Georgij cōplexæ sunt. Epi-
scopi autem Ancyræ congregati, simul vt Eudoxij fidei
innouandæ studium exploratē perspectum erat, ex decretis
de doctrina fidei literis proditis, quæ vnā cum episcopis,
in quorum congressū & colloquiū Antiochiæ venerat,
sanciuisset, rem imperatori significant: postulantq; aliquā
fieri prouidentiam, vt quæ essent in Sardicensi, Sirmiano,
aliisque conciliis decisa, rata stabiliaque manerent: in qui-
bus quidem concilij cōsensum est filiū substantia patri si-
milem esse. Deliguntur autem ad legationem apud impe-
ratorem obeundam, Basilius ipse episcopus Ancyræ, Eu-
stathius episcopus Sebastia, Leontius Cizyci episcopus,
& Leontius presbyter ex Thalamepoli Regia. Vt primum
veniunt ad aulā imperatoris, offendunt ibi Asphaliū pre-
sbyterū Antiochiæ, hæresis Aëtij fautorē maximū, qui is
res, pro quibus venerat, cōfecisset, essetq; modō cū literis,
quas ab imperatore accepisset, inde decessurus. Cæterū hæ-
resi per legatos, qui Ancyra venerāt, indicata, Cōstantius
Eudoxium condēnat: recipit denuo ab Asphalio suā, quā
ei dederat, epistolam, hæcque scribit.

*Constantij Imperatoris epistola, vt Eudoxius &
qui illum sequebantur expellerentur.*

CAPVT XIII.

*Victor Constantius Max. August. Sancta ec-
clesia Antiochena. S.*

EVdoxium non à nobis missus, ad vos venit: neq; quif-
quā sic putet. Ab eo enim longē absumus, vt eiismo-
di hominibus fauere velimus. Quod si præter cæte-
ra, istud præterea cōminiscuntur, certē perspicuū est eos
in deum Opt. Max. falso emētitos esse. At æquæ res sunt,
à quibus se sua sponte abstineant illi, qui dominandi libi-
dine accensi, ciuitates inuadere, & velut transfugæ, ex
vna & alia deuolare, omnes deniq; recessus ac latebras po-
tentia

retia & facultatum augendarum studio rimari non cessant.
Fama est præterea apud hos esse præstigiatores quosdā &
Sophistas, quos ne nominare quidem fas est: officinā pla-
ne maleficam, & maxime impiā. Omnino certē & vos ipsi
horum conspirationem perspicitis: omnino etiā ex verbis
ipsius hæresis tū eius authorē agnoscitis, tum cæteros, qui
ad eādem hæresim propagandam operā ac studiū cōferūt.
A quibus hoc vnum duntaxat laboratur, vt populum sui
erroris contagione inficiant. Cæterum veteratores isti, &
audacia ad omnia proiecti, iam tale quiddam apud quos-
dam iuueniliteri cōtulerunt, quod nos sumus eorum ordina-
tionē, qua ipsi se ministros ecclesiæ ordinarint, lætati. Ista
quidē ab illis decantantur, qui talia passim iactare solent.
Verūm res neque omnino ita se habet, neque prope ad id
quidem accedit. Quin reuocate quæso in memoriā verba
prima, quæ tū habebatur, cū de fide deliberatū est: quibus
quidem demonstrabatur seruatorē nostrum, filiū dei, sub-
stantia patri similem esse. At verō generosi isti, ea, quæ
temerē sibi succurrunt, de deo effutientes, eo impie-
tatis processerunt, vti cum res à veritate alienas ipsi affer-
rant, tum easdem alios docere moliantur. In quorum ca-
put licet hanc impietatem tandem recasuram credamus,
tamen interim placet eos à conuentibus ecclesiasticis, &
communi populi congressu prohibere. Etenim in præsen-
tia illis ea prædicere cogor, quæ breui post, nisi à rabie
ista se temperent, sunt profecto subituri. Qui quidem
(nam quid est quod nō tentent, quò malū hoc adaugeāt)
improbissimos homines, tanquā ex mandato, in vnum co-
gunt, hosq; errorum scilicet duces, qui venerandum sacer-
dotum habitum adulterāt, in clerū ascribunt, perinde ac si
ipsis liceret agere & ferre omnia. Atqui quis est inter vi-
uos numeratus, qui istos possit ferre? qui quidē vrbes im-
pietate referciunt, suam superbiam vi occultare student:
atq; hoc vnum opus ipsis voluptati est, nimirum vt bonis
perpetuò inuideant. Ac desinat tandē malitiosa hæretico-
rum conspiratio diuinis episcoporum sedibus in fidiā tē-
dere. Iam tempus est, vt veritatis alumni in lucē prodeant,
hiq; veniant in mediū, qui domicilijs ac sedibus relictis,
aufugerint, metuq; iam pridē implicati fuerint. Nā & ho-

rum sapientia exploratè perspecta est, & nulla noua machinationis ratio excogitari potest, quæ illos impietate queat eximere. Bonorum officium est fide patrum viuere, hæcque, vt dictum est, adaugere, neque vltra curiose inquirere. Cohortarer autem eos, qui licet serò ex hoc erroris barathro se exemerint, vt assentiantur huic decisioni, quam episcopi literarum sanctarū valde periti de Deo Opt. Max. aptè & conuenienter fanciuerint. Ex illo quidem tēpore hære sis Anomianorum, id est eorum, qui filium patri dissimilem assererēt inualuisset, nisi imperator ipse episcoporum opera & diligentia, intercessisset.

Quòd Sirmii cum venisset Constantius, reuocati denuo Liberium Romæ restituit, ac Felici vt simul cum eo sacerdotio fungeretur permittit. CAP. XIII.

HAud longo tempore post, imperator Roma Sirmii reuersus, rogatu legatorum, quos episcopi occidētis ad ipsum miserant, Liberium Berœa reuocauit. Atque præsentibus legatis episcoporum Orientis, & quibusdā sacerdotibus, qui erant fortè in exercitu, in vnū coactis, compellere tētavit eū fateri filium patri nõesse cõsubstantialē. In stabant porro, & imperatorem ad hanc rem incitabant, Basilii, Eustathius, & Eleusius: qui apud eum autoritate & gratia plurimum poterant. Hiq; id temporis, cum decreta de Paulo Samosateno, & Photino Sirmiano, quinetiam formulam fidei in ecclesiæ Antiochenæ consecratione editam in vnum libellum congelessent, causa conficta, nimirū quòd quidā simulatione huius verbi CONSUBSTANTIALIS hæresim priuatim stabilire molirentur, conantur, vt Liberius & Athanasius quoque, Alexander, Seuerianus, & Criscens, qui in Aphrica sacerdotij munere fungerentur, huic consentiant. Consentiant itidem Vrsacius, Germanius episcopus Sirmij, Valens Murforum episcopus, & quotquot orientis episcopi ibi fortè aderant. Vicissim autem cõfessionis fidei formulam à Liberio adduxerunt, quæ illis, qui filium patri non substantia & cæteris rebus omnibus similē asseuerarent, interdixit ecclesia. Nā cū Endoxius, & cæteri cū eo Antiochiæ hæresis Aetianæ fautores, epistolā Osij nacti fuissent, rumorē dissipa-

nō Athanasius ille Alexandrinus, sed aliter eodē nomine appellatus.

runt Liberium quoque verbum CONSUBSTANTIALE reiecit, asseruisseq; filium patri dissimilem esse. Vbi verò hæc res legatis episcoporum Occidentis hoc pacto successere, imperator dat Liberio potestatem Romam reuertendi. Atque episcopi Sirmij cõgregati, scribunt literas Felici tū Romæ ecclesiæ antistiti, & clero eiusdem ecclesiæ, vt Liberium recipiant: & ambo pariter sedē apostolicā administrent, cõmuniquē consensu & concordia sacerdotio illo fungatur, atque tum casum acerbum, qui in electione Felicis obtigisset, tū exiliū Liberij obliuione deleat. Nā populus Romanus Liberium, tū quòd in alijs rebus vir excellēs & spectatus erat, tū quòd imperatori aīo adeo excelso & cõstanti in fide defendenda contradixerat, tā eximie charū habuit, vt seditionē planè maximā eius exilij causā cõflaret, resq; ad cædem prorūperet. Haud ita diu post mori Felix, solusq; deinceps Liberius ecclesiæ illi præest. Quod quidē nõ sine diuina prouidentia factum est, ne sedes Petri à duobus præfulibus gubernata, (q̄ est plane nota dissidij) & à sacrosanctis ecclesiæ legibus aliena, vlla infamiæ macula aspgeret.

Quòd propter Aetij hæresim & res Antiochiæ nouatas, Deceuit imperator vt Nicomedia concilium ageretur. Sed cū terramotus & pleraque interim alia interuenissent, primum id Nicææ, deinde verò Arimini & Seleusie celebratum est, post de Vrsacio cõfessore pauca referuntur.

CAPIT. XV.

ATque Sirmij quidē hæc gesta sunt: quo quidē tēpore propter metū imperatoris ecclesia oriētis, & occidētis, in doctrina fidei consentire visa est. De rebus autē Antiochiæ nouatis, & de hæresi Aetij imperator cõstituit cõciliū Nicææ cogere. At cū Basiliius eiusq; fautores propterea reuenerent, q̄ olim in ea vrbe de fide inquisitū fuisset, placuit idē Nicomediæ, quæ est vrbs Bithyniæ, cõuocare, & episcopos cuiusq; gentis, qui tū maximè idonei viderentur ad res prudenter cõsiderandas, tū ad intelligendū, acutè, disertèq; dicendū cū primis valerēt, ad certū diē eò diligētè accersere, vt singuli pro oibus suæ gētis sacerdotibus cõciliij fierēt participes, rebusq; iudicatis interessent. Iā verò cū multi episcopi essent in itinere, nunciatū est grauem calamitatem Nicomediā occupasse, deūque vniuersam

L iiii urbem

urbem terramotu concussisse. Postquam autē fama ubiq; percrebuit, ciuitatem funditus euersam esse, impedimento fuit, quo minus episcopi longius in itinere progredērēt. Nam fama, quod quidē solet efficere, his qui longē aberāt, nuntiauit, hanc cladē nō modō eos afflictaisse quos reuera afflictauerat, verū etiā Nicēā, Perinthū, & alias vrbes finitimas, quin etiam Constantinopolim in eiusdem calamitatis societatem venisse permulgauit. Qui quidem casus non mediocri dolore affecit episcopos, qui sanæ doctrinæ fauebant, propterea quōd ecclesia, quæ tam magnificē in ea vrbe extructa fuerat, terramotu conuulsata corruit. Vnde homines nostrę religioni infensi arripere occasionem imperatori nuntiandi, quōd multitudo episcoporum, & aliorum virorum, puerorum, & mulierum, qui spe inducti se in ea ecclesia fore incolumes, eō profugerant, ibi oppressa periisset. Quod quidem minimē verum fuit. Nam hora secūda diei, quo die nullus in ecclesia ageretur conuentus, terramotus urbem inuasit. Atque ex episcopis solus Cecropius episcopus ipsius vrbis Nicomedię, & alius ex Bosphoro extra ecclesiam oppressi interierunt. Quin etiam ciuitas tam exiguo temporis momento terramotu concussa est, vt qui cuperent, aliō cōfugere non possent: sed prima periculi aggressiōe, quo quisq; stetit loco, in eo magna ex parte aut seruatus est, aut periit. Est præterea multis in ore Arsacium hanc antē vidisse calamitatem, quā acciderit, qui genere Persa fuit. & ex milite, qui imperatoris leones nutrebat, in signis Cōfessor, regnante Licinio, factus: relictaq; militia in arce Nicomedię intra murum monasticam disciplinam exercens, habitauit. Quo in loco diuina visio ei oblata, iussit ex vrbe egredi, quo vitaret cladem, quæ esset eam postea occupatura. Qua re confecta, maturē ad ecclesiā profectus, dat mandatum clericis, vt Deo preces supplices sedulō adhibeant, vt orationes ad eum placādum faciant, quō clades, quam vrbi minatus fuerat, ab ea depelli posset. Vbi autem illis frustrā persuadere conatus est, & pro ludibrio habitus, simul vt calamitatem eos nec opinantes oppressuram præsignificauerat, ad arcem reuertitur, & humi in faciem proiectus, Deum precatus est. Interea temporis, vrbe terramotu concussa, complures obruti perierunt, qui autē supererant, in

in agros & solitudinem profugerunt. Siquidē velut in ciuitate opulenta & ampla, singulis in ædibus ignis accēsus fuit: in focus, furnis, & caminis balnearū, & eorum, qui eas exercent artes, quibus igni opus sit: adeo vt tectis ædiū terramotu disturbatis, flamma eorum materiem occuparet, lignisq; aridis, vt est verisimile, admixtis, & rebus oleo & pinguedine perfusis, quæ faciliē incendi solent, affatim nutrita cresceret: atque in omnes partes serpens, ac tandem velut in vnum cōfluens, effūceret, vt tota vrbs instar vnius (penē dixerim) rogi videretur. Et quoniam in hac clade ad ædes accedi non posset, qui incolumes ex terramotu euaserant, ad arcem procurerunt. Arsacius autem in turri, quæ steterat inconcussa, pronus decumbens, sicut se, cum orare cēpisset, extenderat, mortuus repertus est. Fama verō est eum à Deo precibus contendisse, vt antē cladem mortē oppeteret, mori; maluisse, quāam calamitatem oculis cernere vrbis illius, in qua primū Christum cognouerat, & ecclesiastica disciplina imbutus fuerat. Sed quoniam ad hunc virum nostra delapsa est oratio, intelligendū est eum præ amore, quo Deus illum complexus est, potuisse dæmones abigere, & homines eisdem agitados, illis purgare. Nam cum quidā vexatus dæmonio per forum, gladio stricto, curreret, omnesque fugerent ab eo, & tumultus urbem occuparet, Arsacius factus illi obuiam Christum nominauit, verbo hominem deiecit, cum extemplo dæmone purgauit, & ad sanam mentē reduxit. Edita sunt etiā ab illo multa alia opera, quę supra facultatem humanā artēq; putanda sunt. Quorum hoc vnū fuit. Erat fortē draco, vel aliud serpentis genus, quod viatores, qui illac transirent, antē statu suo peremit, quāam oculis eorum cerneretur. Nam in quodam specu propter viam oblituit. Ad quem locum accedens Arsacius, orauit: serpens autem sua sponte egreditur è specu, & capite bis ad terram alliso, se ipse interfecit. Atque ista commemorarunt hi, qui dicebant se ea ab illis audiuisse, qui ipsum Arsacium oculis aspexissent. Episcoporum verō, sua ad concilium profectiōe propter calamitatem Nicomedię cælitus illatam impedita, pars noua imperatoris decreta expectarunt, pars, quam habebant, de fide opinionem, scriptis declararunt. Imperator autem, quoniam incertus erat, quid ageret, scripsit ad

Basilium literas: a quo sciscitatus est, quid de concilio fieret. Qui cum eum ob pietatem, ut videtur, per epistolam laudasset, & de clade Nicomediae in uelut exemplis à sacris historiis petitis consolatus esset, hortatur, ut concilium matura, & ne desistat à proposito, praesertim cum studium pietate susceptum sit, neque episcopos ad hanc rem conuocatos, cum iam domo exierint, sintq; in itinere, re infecta, dimittat. Locum autem concilio designauit, pro Nicomedia Nicæam urbem: ut ibi de fide ritè decideretur, ubi iam pridem de eadè quæri ceptum est. Atq; hæc quidè rescripsit Basilus imperatori, ratus ita se illi rem gratà significaturum, propterea quòd ipse initio concilium Nicææ congregari statuerat. His literis Basilij acceptis, imperator primùm dat mandatum, ut in eunte ætate, episcopi omnes Nicæam conueniant, exceptis illis, quibus in ualuetudo esset impedimento, hiq; suo loco presbyteros, vel diaconos, quos uellet, eò mitterent, qui ipsorum declararent sententiam, & de rebus controuersis concilium inirent, ut communiter omnes de omnibus inter se concordarent. Deinde ut decem episcopi ex partibus occidentis, & totidem orientis, quos concilium communi sententia deligeret, ad palatium suum unà uenirent, sibiq; quæ decreta essent, exponerent, ad eum finem ut ipse quoque non cognosceret solum, utrum conuenienter scripturæ sacræ inter se cõsensissent, uerùm etiã quid optimùm factu uideretur, decerneret. At uerò his cõfectis rebus, inuito rursus consilio, iussit ut omnes aut ubi iam essent, aut in propriis ecclesiis usq; eò manerēt, quoad locus concilio præscriberetur: significareturq; ipsis, ut illò accederent. Postromò scribit Basilio, ut per literas sciscitetur ab omnibus orientis episcopis, quo in loco conciliū cõmodè celebrari posset: uti sub initium ueris istud omnibus cõstaret. Nam Nicæam locum concilio habendo minime iam oportunum censuit, propterea, quod gens illius urbis terræ motibus afflicta, in mœrore esset. Basilium autè literis imperatoris propositis suis literis, episcopis cuiusq; gentis significat, uti mature cõsiliū de re capiāt, & q̄ primum locū, qui ipsis opportunus uideretur, indicaret. At cum, uti in eiusmodi rebus euenire solet, non omnes unum eundèq; locū delegissent, iter suscipit Basilus ad imperatorē, qui tū Sirmij cõmorabatur, &

& cùm alios quosdã ibi offendit episcopos priuatis ac suis negotiis occupatos, tū Marcum Arcthusium, & Georgiū episcopum Alexandriae. Vbi uerò iam uisum est concilium Seleuciæ, quæ est urbs Isauriæ, Valens cum suis (hic enim iã Sirmij fortè aderat) Anomianorum hæresi delectatus, laborat, ut episcopi, qui erant in castris, formulæ fidei, quam habebat in promptu, subscribant: in qua formula nomen substantiæ minime positum fuit. Interea dum de concilio habendo seriò laboratum est, Eudoxius, Acacius, Vrsacius, & Valens, quoniam inducebant in animū, quòd episcoporum omnium, alij formulæ fidei in concilio Nicæano, alij fidei in consecratione ecclesiæ Antiochenæ editæ fauerent, atque quòd utraq; fidei formula nomen substantiæ contineret, & filium patri in omnibus rebus similem assereret, quin etiam quòd si in unum omnes conuenirent, fore, ut reuera Aëtij condemnarent opinionem, quam ipsi licet ab utraque formula discrepantè laudabant, idcirco perficiunt, ut episcopi occidentis Arimini, episcopi autem orientis Seleuciæ, urbis Isauriæ, in unum conueniant, eo cõsilio, quòd putabant facilius esse paucis, quàm omnibus persuadere: & si quidã ipsorum ad hoc, quidam ad illud conciliū profecti, efficerēt ut utruq; concilium suæ suffragaretur sententiæ, rectè esset, sin minus, ut alterum saltem: quòd hæresis Aëtij non omnium suffragiis reiiceretur. Atq; in ijs rebus illis fuere subsidium Eusebius primarius eunuchus familiæ imperatoris, qui & necessitudine cum Eudoxio, & opinione etiam coniunctus fuit, tum complures alij potentes uiri, qui Eusebio gratificari studebant.

De rebus gestis in Ariminenſi Concilio.

CAPVT XVI.

Imperator uerò, quoniam persuasum habuit neq; ex usu esse vel reip. propter impetās, vel episcoporum propter longa itinera, ut in unū locū omnes cõuenirent, cõciliū in duas partes distribuit: scribitq; episcopis, qui id tēporis tū Arimini, tū Seleuciæ cõuenerāt, ut primū de his, quæ in fide ambigua uiderentur deciderent. Ad extremum, uti lex ecclesiæ postulat, causas etiam episcoporum qui querebantur se vel iniuste abdicatos esse, vel in exilium missos

(quorum

SOZOMENI HISTOR.

(quorum vnus erat Cyrillus episcopus Hierofolymorū) disceptarent, deque criminibus quibusdā episcopis illatis, accuratē iudicarent. Nam alii alios accusauerant: Aegyptij autem Georgium rapinā & contumeliarum infimulabant. Rebusque omnibus diiudicatis, decem vtriusque partis ad aulam accederent, qui quæ acta essent, ipsi renuntiaret. His mandatis impulsī, singuli eum ad locum conueniūt, ad quē conuenire imperatum erat: atque concilium Arimini prius coactum est. Ad quod concilium congregati sunt amplius quadringenti episcopi. De Athanasio quidē hi, qui in senso animo atque inimico erga eum affecti erant, commodissimum duxerunt, vt nulla omnino institueretur actio. Cum autem quæri ceptum est de fide, Valens, & Vrsacius in medium simul prodeuntes, quibus subsidio fuere Germanius, Auxētius, Caius, & Demophilus, postulāt, vt formulæ fidei iam ante editæ, antiquentur: teneaturque ea, quam dudum Syrmij Latino sermone composuerant, quæ filium patri similem secundum scripturas docuit: atque vt nulla fieret in Deo mentio substantiæ. Quam formulam etiam imperatorem approbasse dicebant: eamque à concilio recipendam esse necessariò, atque concilium de cætero non debere curiose, quid quisque sentiret, inquirere, ne dissidia & contentiones inde nascerentur, cum verba in disceptationem, accuratamque disquisitionem vocarentur. Nam præstare imperitius disserere, modò rectè de Deo sentiāt, quàm inanes verborum argutias introducere, quæ sunt cum captiosis dialecticorum prestigiis cognatione quadā coniunctæ. Significabant autem obscure, imo verò apertè arguebant verbum Consubstantialis, vtpote nec in sanctis literis repperit, & multis obscurum & ignotum: volebantque vt proco diceretur filium patri rebus in omnibus similem secundum scripturas. Vbi verò formulam ista complectentē, quā ipsi secum eò antè attulerant, perlegerunt, complures nihil opus esse noua fidei formula cōstanter affirmabant: sed acquiescendum decretis, quæ ante suam ætatem erant de fide sancita. Se iam in vnum conuenisse, vt si quid cōtra ista nouaretur, prohiberent. Postulant item ab istius formulæ authoribus, vt si ea, quæ lecta erant, nihil noui contra ea decreta continerent, vt palàm ipsi dogma Arii reiiciant: quod quidem

ECCLESIAST. LIB. IIII. 94

quidem dogma ab ipsius Arii ætate hætenus omnibus ecclesiis causa tumultus extitisset. Hoc postulatum cum Vrsacius, Valens, Germanius, Auxētius, Demophilus, & Caius facere recusarent, concilium iubet, formulam fidei tum aliarum sectarum, tum episcoporum, qui Nicææ olim conuenerant, legi: vt si sectæ reiicerentur, decretaque concilii Nicæni omnium confirmarentur suffragiis: atque in posterum nemo ea argueret, aut cōcilium cogi de illis postulare, sed eisdem iam olim editis contentus acquiesceret. Nam absurdum esse, quasi iam credere inciperet, eiusmodi nouas fidei formulas cōscriberent, & temporis antegressi traditionem reprehenderent: quam traditionem non modò ipsi obseruassent, verum etiam qui ante se rexissent ecclesias, tenuissēt: quorum complures per fidei in tormentis confessionem, & martyrium ē vita migrauerant. Atque hi, istis rationibus adductis, postulant ne quid nouarum rerum in concilio teneretur: Valentem autem & Vrsaciū, qui huic postulationi morem gerere nollent, sed instarent, vt formula fidei, quam ipsi protulerant, confirmaretur, abdicat, & formulā, quæ modò in concilio perfecta fuerat irritam esse decernunt. Quin etiam absurdū putant, vt huic formulæ talis præponeretur titulus, qualem habuit, cum Syrmii edita est: nempe, PRAESENTE CONSTANTIO, AETerno, MAGNO, AVGVSTO, EVSEBIO ET HYPATIO COSS. Quemadmodum Athanasius quoque ad suos scribit necessarios his verbis. Ridelicet planè esse Constantium imperatorem æternum nominare, filium autem Dei negare æternum esse: & certū tempus huic formulæ præponere, nō alio concilio, quàm vt fides veterum patrum, & sacerdotum, qui ante hoc tempus vixerint, coargueretur. His rebus Arimini gestis, Valens & Vrsacius iniquo ferētes animo se abdicatos esse, properè ad imperatorem contendunt.

Ariminensis Concilij ad Imperatorem Constantinum epistola. CAP. XVII.

Concilium autem viginti episcopos ad eam rem delectos, mittit Legatos ad Imperatorem, hæc ad eum Latino sermone scribit.

Concilij

Quoniam tū mandatū dei, tum tuæ pietatis edictū ita postulat, idcirco ea, quæ olim de fide fuerint decreta, nostris suffragiis stabilienda iudicamus. Nam euncti episcopi ex oībus ciuitatibus ad occidentē sitis, Arimini in vnū conuenimus, vt & fides ecclesiæ catholicæ fieret illustrior, & illius aduersarij perspicuè deprehenderentur. Postq̄ igitur diu deliberatū est, placuit eā fidē, quæ ex antiquis ducta temporibus hæcenus permāserit, quæq; à pphe- tis, ab euāgelistis, ab apostolis deniq; p̄ grām dñi nostri Iesu Christi, tui imperij defensoris, conseruatorisq; valerudinis, prædicata sit, firmē retinere, retentā perpetuò defendere. Absurdum enim, imò nefas certē videbatur, quicq̄ eōmutare in illis, quæ rectē vereq; definita essent, quæque fuissent ab oībus in cōcilio Nicæno coactis, tui patris Cōstantini, imperatoris illustrissimī subsidio accuratē exquisita excussaq; quorū deniq; doctrina & sententia per oīm hominū aures mētēsq; peruassisset, palāque esset prædicata. Cui⁹ vni⁹ doctrinæ vi Arii hæresis expugnata, protusq; extincta: cuius etiā adiuuētō, nō ea solū, sed alię quoq; hæreses extirpatæ. Cui profecto aliquid adijcere, tutū nō est, & ab ea quicq̄ detrahere periculosum. Quod si alterutrū istorū eueniat, erit tanta aduersarijs impunitas proposita, vt quod libeat, licenter exequatur. Itaq; Vrsacius & Valens, quoniā iā pridē animos suos Ariano dogmate impli cauerant, & nostra erāt propterea cōmuniōne segregati, nō modo illos, vt eiusdē cōmuniōnis denuò fierēt participes, pernituit delictorū, quæ se admisisse sua ipsorū conscientia planē arguebat, verū etiā, vt ipsorū scripta testatur, veniam obnixē postulauēre. Quibus de causis omnia eis crimina remissa fuerunt, atq; condonata. Ista quidē eo tempore gerantur, quo conciliū Mediolani habitū est, præsentibus ecclesiæ Romanæ presbyteris. Cū igitur intelligamus Cōstantinum, principē certē omniū posterorū memoria post mortē celebrandū, diligētē elaborasse, vt fides illa Nicææ literis pdita, accuratissime perquisita explorataq; esset, absurdū sanē videret, eo iā post acceptū baptisimū vita defūcto, &

cōto, & ad trāquillitatē sibi debitā profecto, aliquid in ea nouare, & tot sanctos confessores ac martyres, qui huius aucthores inuētoresq; fuerunt, quique, vt verus ecclesiæ catholicæ poscebat institutū, omnino senserunt, inq; eo persisteret perpetuò, profus cōtemnere. Quorū fidem ad tui imperij tempora Deus per dominū nostrū Iesum Christum perduxit: cuius auxilio sic tuum creuit imperium, vt vniuersi orbis terrarum gubernacula teneas. At contrā, miserabiles illi, & animo præditi planē deplorato, nefario impetu incitati, se impiæ doctrinæ præcones denuntiare, & totum veritatis institutum euertere studuerunt. Nam vt primum concilium ex tuo edicto in vnū coibat, ij suæ fraudis inuolucrum retexerunt: & simul atq; Germanium, Auxentium, & Caium, qui seditionem ac discordiam induxissent, pari opinionū varietate irretitos animaduertebāt, tentauerunt per dolum & tumultū aliquid noui decidere. Quorū doctrina inconstans & incerta toram blasphemiarū turbam longē superauit. Verū vbi intellexere eos, neq; eiusdem opinionis esse, neq; in perditis eorum conatibus cum illis conspirare, ad nostrū confessum se transfulerūt: perinde ac si iam contrariam doctrinā scriptis mandare in animo haberent. At non longo tempore post, eorum mentes sunt facilē patefactæ. Quocirca vt status ecclesiæ non eiusmodi iactaretur fluctibus, & omnia turba ac tumultu volutata miscerentur, per commodū videbatur, vt tū vetera decreta firma stabiliaq; manerēt, tū isti à nostra cōmuniōe excluderētur. Atq; ob hanc causā legatos ad tuā clementiā cū literis missimus, qui te doceāt mentē ac sententiā cōcilij: quibus quoq; dedim⁹ mādātū, vt auctoritate in primis, testimonioq; legū olim rectē sancitarū veritatē cōfirmarēt, atq; adeo tuæ significarent æquitati, non vt Vrsacius & Valens dixerunt, pacem futurā esse, si instituta ritē & legitimē facta euertantur (qui enim fieri potest, vt pacis auctores sint hi, qui pacis vīcula ruperint?) sed disidiū & seditionē inde cū in aliis ciuitatib⁹, tū in ipsa ecclesia Romana excitatā fore. Quāobrem tuā clemētiā obtestamur, vt benignis aurib⁹ ac vultu placido nostrā legationē excipias, neq; pmittas quicq̄ nouari ad cōtumeliā eorū, qui vita excesserit, sed nobis facias potestatem in his quæ sūt à maiorib⁹ (quos quē ingēnosē & prudētē spiritu

Spiritu sancto illis opem ferente, omnia transigisse constat) decreta sancitaque, firmè perseverandi. Nam ea, quæ ab istis nouata sunt, in credentium animis incredulitatem inferunt: in infidelium autem, crudelitatem. Obsecramus etiã, vt episcopis, qui in exteris regionibus vitam degunt, quique & ætatis ingrauescentis molestia, & paupertatis onere grauiter afflicti sunt, tuo mandato copia fiat domum tutò reuertendi, quò ecclesiæ episcopis suis minimè destitutæ maneât. Porro autè istud præter cætera flagitam⁹, ne quid vel detrahatur veterib⁹ decretis, vel omnino adiciatur, sed omnia, tum quod patris tui pietas idè postulat, tum quod vsq̃ ad hoc tempus obseruata fuerunt, rata firmaque permaneant, neque de cætero nobis quicquam de ijs rebus facetas negotij, aut à nostris ipsorū ecclesijs nos abesse sinas, sed episcopi uersentur cum suis ipsorum gregibus, uti precibus, & deo sanctè colendo tranquillis animis vacent, orentque sedulo pro tua salute, imperio, & pace: quam Deus tibi sempiternâ benignus largiatur. Legati nostri tum subscriptiones, tum nomina episcoporum ad te perferunt: qui etiã sacrarum literarum testimonijs tuam benignitatem ea, quæ ad decreta pertinent, satis accuratè docere possint.

De Conciliij Legatis & Imperatoris epistola, & quo modo prolata ab Ursacio & Valente formula, concilium postea consenserit, & de Conciliabulo Nicææ habito, & quamobrem Legatos Nicææ detinuerint. CAPVT XVIII.

Epistola quidem concilij Ariminensis ita se habet. Ursacius autem & Valens Legatos à concilio missos peruertentes, formulã fidei, quam in concilio perlegerat, imperatori ostendere, conciliumque falso insimulare cœperunt. Imperator verò grauiter propterea fortasse commotus, & formulã fidei, quæ se præsentè, Symmij cõfirmata fuisset, reiecerunt, hos duos in magno honore habere, Legatos autè concilij cõtēnere, eosq; longamora fatigatos negligere. Tandem verò, licet serius, scripsit ad concilium, excusatione pro se allata, quòd iter quoddam necessarium, quòd quidem

quidem esset iam ad Barbaros suscepturus, ipsum districtū teneret, & propterea se non potuisse legatos illius videre. Itaque dedisse eis mandatum, vt Adrianopoli ad suum reditum expectarent, uti cum reip. negotia rectè constituta essent, animo à curis vacuo illorum legationem audiret, diligenterque cognosceret. Nam oportere eum, qui de rebus diuinis disceptaret, animum ab alijs rebus penitus habere liberum. Hæc ferè ad cõcilium scripsit imperator. Quibus rescripsit concilium, constanter affirmando se neutiquã à decretis, quæ statuerat, velle discedere: idemq; legatis suis tum scripsisse, tum præcepisse. Itaque orat, vt eos cum beneuolentia aspiciere, mandata, quæ ipsis dederat, audire, & literas perlegere dignetur. Nam rem ei permolestam debere videri, vt tot ecclesiæ, eo regnante, episcopis suis carerent. Oportere igitur ipsos, si modò ita illi visum esset, ad suas ecclesijs ante hyemem redire. Quæ cum scripsissent, & epistolam tum compositione, tum verbis ad deprecandū aptã contextuissent, aliquandiu quidem præstolati sunt. Sed cū nihil ab legatis suis acciperent, ad suam quisque ciuitatem reuertitur. Quare quòd episcopi Arimini congregati, initio decretis concilij Nicæni suffragati sunt, ex his, quæ diximus, satis constare poterit. Iam verò, quemadmodum postea formulæ à Valente & Ursacio allatæ assenserint, dicendum arbitror. Est quidè varius de hac re sermo ad me perlat⁹. Nam nonnulli prædicant imperatorem, quoniã episcoporum Ariminio contra suam voluntatem decensionem, contumeliæ loco ducebat, dedisse facultatem Valenti, ac suis fautoribus, primum ecclesijs occidētis ipsorum arbitrio administrandi, deinde formulã fidei Arimini perlectã diuulgãdi: tū eiiciendi eos ecclesijs, qui huic subscribere recusarent: postmodò alios in eorum loca sufficiendi. Istos verò, hinc licentiam nactus, vi compulsi episcopos huic fidei formulæ subscribere: complures autè, qui resisterent, ecclesijs exturbasse, & primum omnium Liberium episcopum Romanum. Quibus rebus cõtra episcopos Italiæ confectis, consilium de ecclesijs orientis eodem modo tractandis cepisse. Atque peragrantes Thraciam, venisse Nicæam, urbem eiusdem regionis. Concilioq; ibi coacto, formulam Arimini perlectam in Græcū uertisse sermonè,

SOZOMENI HISTOR.

eam diuulgasse, ratam facisse, dissipasse deniq; rumorem, fidei formulam Nicæe cōpositam, à cōcilij generalis sententia stabilitam cōprobatamq; esse. Istas verò res dedita opera Nicæe Thraciæ translegisse, atq; sermonē ad hūc modum dispersisse, quò simpliciores homines nominis similitudine deceptos, & hāc formulā esse, quæ olim Nicæe vrbis Bithyniæ cōfirmata fuisset, arbitrātes, facilius ad eidē formulā assentiendū inducerēt. Atq; hi quidē ista hoc modo cōmemorant. Alij dicūt cū episcopi in cōcilio Arimini cōgregati, lōga expectatione fatigati essent, propterea quòd imperator ipsis respondere haud dignatus est, neque eos ad sua reuerti pmisit, fautores sectæ Ariani subornasse quosdā, qui cæteros episcopos cōmonefacerent, re planē indignam esse, vt oēs episcopi ac sacerdotes propter substantiæ nomen inter se dissiderent, præsertim cum liceret filium patri similem dicere, causasq; contentionis tollerent; atque episcopos oriētis nunquā acquieturos, nisi substantiæ nomen ex fidei formula eximeretur. Cū autem isti partium dissentientiū cōciliatores eiusmodi rationes veteratoriē cōsinxissent, concilium inde inductum, formulæ ab Ursacio cōpositæ consensisse. Ursaciū autē cum suis veritos, ne legati ex cōcilio ad imperatorē missi redeūtes cum inficiationē, quā episcopi occidētis initio fecerāt, tū causam, cur vox **CONSVSTANTIALIS** sublata sit, planā facerēt, nō modò legatos Nicæe Thraciæ cōtinuasse, causis allatis, iter fore difficile, tū propter hyemē, tū propter inopiam iumentorū, quæ ad publicos cursus sumi solēt, verum etiā persuasisse, vt formulam ab ipsis Arimini lectam, in Græcum sermonem ex Latino cōuerterent, ipsiq; mitterēt episcopis oriētis. Ita enim futurū esse, vt per hāc formulā, quā ad eū finē confecerāt, suū conatū ex sententiā ad exitū perducerēt: & tamē dolū minimē deprehensum iri ab his, qui probare niterentur, quòd episcopi Arimini cōuocati, non sua sponte nomen substantiæ, sed causa episcoporū oriētis, qui illud nomen auerfabantur, reiecissent. Quod quidē perspicuē falsū est. Nā oēs, paucis exceptis, filiū patri substantiā similem asseuerarunt; inq; eo vno dissi derūt, quòd pars filiū patri consubstantialem, pars autē substantia simile esse dicerent. Atque de hac re hi quidē hoc modo, illi illo commemorant.

ECCLESIAST. LIB. IIII. 97

De ijs quæ orientalibus ecclesijs contigerunt, quodq; Marathonium & Eleusium Cyzici episcopus, & Macedonius, eos qui cōsubstantiale professerantur, exagitabant, & quòd Nouatianorū ecclesia translata est, & ipsi cum orthodoxis cōmunionem habuerunt.

CAPVT XIX.

DVm ista, vt dictū est, in Italia gerūtur, tumultus maximi in Oriente, antē, quàm cōciliū Seleuciæ esset cōactum, fortē excitati sunt. Nam Acacius & Patrophilus, Maximo abdicato, rectionem ecclesiæ Hierosolymitanæ Cyrillo deferunt. Macedonius autem tum constantinopoli, tum in finitimis vrbibus propterea turbas ciebat, quòd Macarius ministros ecclesiæ ordinate cœperat, habebatq; adiutores ad eam rem, Eleusium, & Marathonium: quorum alterum, qui iam antea diaconus suæ ecclesiæ fuerat, & diligens procurator cœnobiorum monasticorū quæ erāt in egestate, & in quibus & viri & mulieres ætatē degebāt, episcopum Nicomediæ creauit; alterum, nepe Eleusium episcopum Cyzici, qui non sine magna laude ac splendore in aula imperatoris antē satellitē egerat. Ambos quidē vita satis spectata & integra fuisse prædicant, sed tamē studiose laborasse, vt eos, qui filiū patri consubstantiale assērent, grauiter diuexarent. Verum non ea acerbitate, qua Macedonius in illos vsi sunt. Iste enim eos, qui secū cōmunicare renuebant, nō modò exagitaui, verū etiā in cæcenas cōiecit, tradiditq; iudicibus. Nōnullos vi secū cōmunicare cōpulsit. Quinetiā pueros, & mulieres nōdū sacris initiatos mysterijs, violētē rapuit, ipseq; eos inuitos mysterijs initiauit. Porro autē multas multis in locis diruit ecclesias, causa eiusmodi pro se allata, quòd imperator mādātū dederat, vt templa eorum, qui filiū patri consubstantiale affirmarent, disturbarētur. Quā etiā ob causam ecclesia Nouatianorū Constantinopoli propter Pelargū posita, deiecta est, Quo quidem tempore ferunt Nouatianos strenuū facinus edidisse. Quibus fortasse vtpote de verbo **CONSVSTANTIALI** secū consentientibus catholici subsidio venerunt. Nā cū hi, quibus impositū erat negociū huius ecclesiæ demolendæ, Nouatiani ad vnum omnes simul

coacti, pars materiem ecclesiæ deiicere, pars eandē ad Sycas, quæ sunt in vltiore continenti è regione Constanti-
nopolis sita, transportare cœpit: quorum molitio & cona-
tus celeriter ad exitum perductus est. Nā in opere illo faci-
endo non viri solūm, verūm etiam mulieres & pueri facios
se adiūxere. Singuli enim illud opus, velut munus deo
offerre supra modum lætabātur. Eodem studio, & ratione
eadem, ecclesia ista denuo ædificata est. Et post illud tē-
pus, quo hoc factum est, Anathasia nuncupata. Nam Cō-
stantio mortuo, Iulianus in imperiū succedens, reddit No-
uatianis locum, & ibi de integro extruendæ ecclesiæ pote-
statem facit. Quod quidem factum est nō sine propēso po-
puli studio, qui ad illud opus operam suam lubēs cōtulit,
& materiā ex Sycis denuo trāstulit. Sed hæc postea gesta
sunt. Illo autem tempore parum aberat, quin Nouatiani
& catholici penitus conspirassent. Nam eadem de deo
sentientes, cōmuniter ab Arianis exagitati, in similibus ca-
lamitatibus constituti, se mutua cōplecti beneuolentia, in
vnum conuenire, pariter orare cœperunt (catholicis enim
nulla quidem fuit ecclesia relicta, sed omnes ipsis erant ab
Arianis ablata) atque quoniā, vt est credibile, ex assidua
consuetudine se sine causā inter ipsos dissensisse arbitrabā-
tur, decreuerunt inter se deinceps communicare. Quod
plane factum fuisset, si non inuidia, credo, paucorum, qui
affirmabant causam veterem extare, cur hoc facere recusa-
rent, propensum ad eam rem multitudinis studium retarda-
dasset.

*De ijs quæ Mantinæ à Macedonio gesta sunt, &
quod ob translatum Constantini Magni sepul-
chrum, sede sua eiectus est, & de Iuliani Casa-
ris creatione. CAP. XX.*

PER idem tempus, Eleusius quoque ecclesiam Nouati-
anorum, quæ erat Cyzici, funditus diruebat. Istis ve-
rō malis vexabantur Nouatiani illi potissimum, qui
Mantinæū & reliquam Paphlagoniā incollebant. Nā Ma-
cedonius, vbi intellexit cōplures esse in illis locis Noua-
tianos, & ecclesiasticos viros, qui ibi erant, nō satis habere
virium

virium ad eos inde expellēdos, persuasit imperatori, vt qua-
tuor militum cohortes eius rei gratia illō mitteret. Sic en-
nim fore putabat, vt homines armorum infueti, cum arma
tos viderēt, statim præ metu ad ipsius opinionē se trāsferret.
Quod quidē secus omnino accidit. Nā multitudo ex Mā-
tineo effusa, pars falsibus, pars securibus, pars alijs instru-
mentis, in quæ forte incidebat, se armare, & cum militibus
congregari cœperunt. Grauiq; prælio cōmisso, Paphlago-
nes quā plurimi, milites ferē omnes ceciderunt. Vnde
factum est, vt Macedonium, velut tam grauis calamitatis
authorem, plerique eius necessariorum insimularent.
Imperator quoque ab eo alienatus, deinceps odio habere
cœpit. Accessit etiam alia maior similitatis causa, quæ fu-
it eiusmodi. Macedonius loculum imperatoris Constanti-
ni aliō transferre constituit. Nam ecclesia, in qua erat po-
situs, visa est ruinam minari. Atq; è populo alij illud fieri
facile passi sunt, alij restiterunt: quandoquidē arbitrabā-
tur rem planē impiam esse, & perinde se habere, ac si è tu-
mulo corpus denuo effoderet. Quibus fuere auxilio hi,
qui doctrinam concilij Nicæni propugnabant: qui neque
corpus Constantini, vtpote eiusdem doctrinæ fautoris, cō-
tumelia affici sinebant, & Macedonij conatibus omni cu-
ra, credo, & cogitatione aduersabantur. At verō iste nihil
de illis moratus, loculum transtulit ad ecclesiam, in qua est
sepulchrum Acacij martyris. E multitudinem autem hi fa-
ctum laudare, illi arguere, adeo vt in ipsa ecclesia alij in
alios impetum facere cœperint. Et ad extremum ecclesia
& locus vndique situs, sanguine & cæde redundarit. Impe-
rator, qui adhuc in imperij parte versus occidentem com-
morabatur, his rebus nunciatis, grauius cōmotus est. Ac-
cusat Macedonium tum contumeliæ in patrem factæ, tum
casus infælicis, quo populus afflictus erat: atque graue od-
ium in eum concepit. Qui cum in Orientē proficisci cō-
stituisset, essetq; iam iter ingressus, Iulianum cōsobrinum
ad se accersit, Cæsarem eum creat, & in Galliam ad solis
occasum vergentem mittit.

De Seleucensi concilio

CAP. XXI.

M iij

Dum

DUm hæc geruntur, episcopi Orientis numero circiter centum & sexaginta, Seleuciam, quod est oppidum Isauriæ, conueniunt, Eusebio, & Hypatio Cofs. Eo etiã accessit Leonas, satellites aulæ imperatoris, propter dignitatis splendorem clarus: qui de mandato Constantii concilio interfuit, vt eo presente, de fide accuratè inquireretur. Adfuit etiam Lauritius, præfectus militum Isauriæ, vt si quare opus esset præsto foret. Nam id negotii imperatoris literæ ei imposuerat. In primo cōgressu aberant, cum alij nõ nulli episcopi, tum Patrophilus episcopus Scythopolis, & Macedonius Constantinopolitanus episcopus, & Basilius Ancyræ. Causa quidè absentis alia alijs exiitit, Patrophilo autem lippitudo: morbus verò Macedonio. At non deerat suspicio, quòd crimina, quorum accusati erant, admodum veriti, eo tempore aberant. Cum autem alij propter istorum absentiam nolent de rebus cōtrouersis haberi disceptationem, Leonas tamen iussit disceptari. Vndè alij primùm de fide disserendū esse, alij in vitas eorū, qui erant inter ipsos accusati, necessariò inquirendum aserebant: ex quorū numero fuit Cyrillus Hierosolymorum, & Eustathius Sebastis episcopus. Causa autem huius contentions inter eos fuerūt imperatoris literæ, quæ partim hoc, partim illud significarunt. Ex qua contentione factū est, vt alij alios deinceps æquo animo ferre nõ possent, sed in duas factiões diuiderentur. Eorū tamè vicit sententia, qui voluerūt primū omnium de fide quæri. Vbi verò ad disceptationem ventum est, placuit quibusdā, vt nomen substantiæ omnino tollere tur: iij; proponunt formulā fidei, quam non ita pridè Marcus Sirmij cōposuerat. Hanc approbauerant, cum episcopi alij, qui fortè in castris aderant, tū Basilius episcopus Ancyræ. At à maiore parte laboratū est, vt fidei formula in dedicatione ecclesiæ Antiochenæ edita, rata haberet. Prioris sententiæ patrociniū susceperunt in primis Eudoxi^o, Acacius, Patrophilus, Georgius episcopus Alexandriæ, Vranus Tyrus episcopus, & alij triginta duo: posterioris aut, Georgius episcopus Laodiceæ, quæ est vrbs Syriæ, Eleusius Cyzici, & Sophronius episcopus Pompeiopolis, quod est oppidū Paphlagoniæ, quibus alij cōplures assensu sunt. Acacius aut & eius fautores, idoneū tēpus sibi oblatū arbitrātes, ab alijs

de

de doctrina fidei dissentienti, & ista simulata causa, crimina sibi illata diluēdi, quanq̄ antè suis ipsorū literis, quas Macedonio episcopo Constantinopolitano scripserat, cōfessi erant, filiū cum alijs rebus omnibus, tū ipsa substantia patri similè esse, tamè iam priori suæ cōfessionis impudētè repugnarunt. Ac cū vtrinq̄ magna cōtentione disceptatū esset, clamare Syluanus, episcopus Tarsi, nõ ferendū esse, vt vlla alia noua fidei formula, præter eā, quæ erat Antiochiæ probata, introduceretur: sed eam solā tenendā esse. Qua re grauius cōmoti Acaciani, surgētes, è concilio egrediūtur. Reliqui tū ea, quæ erant Antiochiæ decreta, perlegebant: postredicq̄; eius diei in ecclesiā cōuenientes, foribus oclusis cum iam soli essent, ea decreta suis suffragiis cōfirmabant. Quas res ita cōstitutas admodū inculcauit Acacius: atque formulam fidei, quam ipse composuerat, Leonæ, & Lauritio monstrauit. Tertio post die, cum alij nõnulli, tum Macedonius & Basilius, qui superioribus diebus abfuerant, ad concilium conueniunt. Acacius, & eius sectatores, nulla alia conditione in confessum episcoporum venire volabant, nisi hi, quos abdicauerant ipsi, & in iudicium adduxerant, inde prius exirent. Quod quidem factum est. Nam qui partes aduersarias tuebantur, hoc propterea concedebant, quòd suspicabantur Acacium hanc occasionem, concilij dissoluendi captare, quò tum hæresis Aëtiana in disquisitionem hoc tempore neuriquā veniret, tum ipse eiusq̄; fautores iudicium de criminibus sibi obiectis effugerent. Vbi autem omnes præsto adfuere, Leonas dixit se libellū habere sibi ab Acacianis traditū. Hic libellus nõ alius erat, cū formula fidei eum proœmio quodam: quod quidè alios penitus latebat. Nam Leonas, vt pote fautor Acacianæ factionis, dedita opera istud episcopos celauerat, vt primum verò perlectus est hic libellus, concilium admodum tumultuari. Declarabat enim idem libellus quamuis imperator mandatum dedisset, nihil ad fidem stabiliendam adducendum, præter sanctas literas, quosdam tamen episcopos quorum alij erant, variarum gentium sententiis abdicati, alij contra leges ecclesiæ instituti, alias res adduxisse, sicque concilium grauius conturbasse: quin etiam quosdam ipsorum contumeliis afficere, alios loqui

M iij pro-

Coloss. 1.

prohibere cœpisse: Denique affirmasse se à fide Antiochiæ stabilita haudquaquã descituros, etiam si illi qui ibi inquisitioni de fide tum susceptæ vnã aderant, istius formulæ auctores fuissent. Porrò autem quoniam voces hæc, **CONSVB** **STANTIALIS**, & **SVB** **STANTIA** **SIMILIS**, etiamnum complurium animos perturbant, & nonnulliam nouam vocem excogitare, & filium patri dissimilem dicere instituunt, idcirco voces **CONSVB** **STANTIALIS**, & **SVB** **STANTIA** **SIMILIS**, reiiciendas esse, vtpote à sacris literis alienas: reiiciendam quoque **DIS** **SY** **MILIS**: atq; filium patri similem planè fatendum. Est enim, vt quodã in loco ait Paulus, imago inuisibilis Dei. Hæc quidem Acaciani in suo libello præfati, deinceps subiunxerunt fidei formulam, quæ neque cœcilij Nicæni, neque concilij Antiocheni decretis consensit, sed ita omnino fuit composita, vt nec Ariani, nec Acaciani quicquã delinquere viderentur, si suo ipsorum more credere pergerent. Nam verbis, pro quibus opinio Arianæ concilio Nicæno reiecta erat, penitus prætermisissis, hisque vocibus silentio præteritis, nimirum quod filius quantum ad deitatem spectat, mutari non possit, quodq; substantiæ, cœfilij, potentiæ, & gloriæ, patris expressa imago sit, vti in cœcilio Antiocheno dictum est, consitebantur se credere in patrem, filium, & spiritum sanctum: nominibusq; cœmunibus ad singulas personas significandas adiunctis vtiebantur, quæ neque suæ, neq; contraria sentientium doctrinæ repugnabant: & qui aliter credebant, ecclesia catholica alienos pronuntiabant. Atque libellus à Leona ad ductus hæc ferè cœplexus est, cui Acacius ipse, & eius sectatores subscripserat. Quo quidem perlecto, Sophronius Paphlagon, vociferatus, si, inquit, in dies singulos propriam ac suam voluntatè exponere, sit idem ipsum, quod fidei formulam edere, accurata veritatis cognitio nos planè deficiet. Ac cum Acacius assereret nihil ob stare, quo minus noua fidei formula ederet, quandoquidem formula fidei in concilio Nicæno composita, etiam semel mutata fuerat, Eleusius qui deinceps sæpius ei respondebat, at cœcilium iam, inquit, congregatum est, non vt discat, ea quæ didicerit, neque vt aliam fidem recipiat, quàm quæ à concilio Antiocheno sit approbata, sed vt ei, siue viuat, siue mortem obeat, firmè adhareseat. Cum igitur

igitur disceptatio hoc pacto progrediretur, ad alterã questionem delapsi sunt, rogaruntque Acacianos, qua in re filium patri similem faterentur. A quibus cum responsum esset, voluntate solum, non substantia similem esse, alij omnes substantia similem asseriebant, grauerque Acacium ob librum quem cœscripserat edideratq;, qui que satis declarabat, eum antè in eadem cum illis opinione fuisse, redarguebant. Vbi verò Acacius diceret, non de libris quenquã in crimè vocandum, & disputatio ad maiorem contentionem prolaberetur, ad extremum Eleusius Cyzicenus, vtrum, inquit, vel Basilius, vel Marcus seorsum res vllas trãfegerit, vel isti, vel Acaciani se de rebus vllis mutuo infimularit, nihil profectò concilij interest. Neq; præterea vtrum fidei formula ab ipsis edita rectè an secus se habeat, curiosè inquirere necesse esse: sed eam, quæ est à nonaginta septem veteribus patribus episcopis Antiochiæ stabilita, sequi oportere. Quod si quis aliam præterea introducat, eum cum à pietate, tum ab ecclesia alienum esse. Vt verò omnes, qui vnã aderant, ista approbauerant, concilium dimissum est. Posterò autem die Acacius & Georgius in vnũ conuenire recusarunt. Quin etiam Leonas, qui planè iam ab eorum partibus stabat, vocatus ad cœcilium, non accessit. Atq; illi, qui ad eum accersendũ ibant, Acacianos in eius ædibus offenderunt. Cumq; contenderent ab eo, orarentq; vt veniret ad conciliũ, dixit se nolle, propterea quod concilium inter se disideret: sibi autem ab imperatore mandatum esse, vt ea conditione cum illis præsto adesset, si modò in vnum coacti, inter ipsos consentirent. Vbi verò tempus hoc pacto terebatur, reliqui episcopi, qui Acacianos crebrò accersiebant, & Acaciani modò postulauerant, vt certi episcopi ad ædes Leonæ conuenirent, modò affirmauerant, sibi negotium ab imperatore datum, vt de cæteris iudicarent, & neq; eandem fidem cœfiteri, neq; criminibus sibi obiectis respondere, neq; disceptationi causæ Cyrilli, quæ ipsi abdicauerant, interesse volebant, & non erat qui eos cogeret, cum alios nonnullos, tum Georgium episcopũ Alexandriæ, Acacium Cæsareæ episcopum, Vraniũ Tyri, Patrophilũ Schitopolis, & Eudoxiũ episcopũ Antiochiæ abdicant. Compluribus item aliis cœmunione ecclesiæ vsque eò interdicunt, quoad criminibus

sibi illatis respondeant. Quæ autem in concilio gesta erant, ad cuiusque episcopi ecclesiam scribunt. Pro Eudoxio vero episcopum Antiochiæ designant Auianus, presbyterus eiusdem cleri. Quem comprehensum Acaciani Leonæ & Lauritio tradunt. Hi eum à militibus tum custodi iubenti postea autem addicunt exilio. Hunc exitum, ut complectar breui, habuit conciliū Seleuciæ conuocatum. Quod si quis teneatur desyderio singula accuratè cognoscendi, ex commentariis de his editis, quos notarij in ipso concilio conscripserunt, facile perdisceat.

De Acacio & Aetio, & quod imperator cum duorum conciliorum legatis Ariminensibus scilicet & Seleucensibus, ut idè ambo sentirent, sedulo agebat. CAPVT XXII.

His rebus ita cõfessis, Acaciani maturè ad aulæ imperatoris contendunt: alii autem singuli domum reuertuntur. Decem verò, qui ad imperatorè proficiscuntur, designati, sicut erat imperatum, cõmuni omnium sententiã designati, ibi decem illos, quos concilium Ariminense itidem miserat, reperiunt. Reperiunt etiam Acacianos: qui quidem iam eos, qui multum autoritate & gratia in aula poterant, ad suam sententiã perduxerant, eoque pacto sibi imperatoris conciliauerant beneuolentiã. Nam ferebatur ex aulicis alios eiusdem fuisse cum ipsis opinionis, alios ecclesiæ opibus corruptos, alios orationis lenociniis, & persuadentis autoritate dignitateq; in fraudè inductos. Nã Acacius neutiq; videbatur vnus è multis, sed natura discretus tum ad intelligendum, tum ad dicendum, tum ad eas res, quas apud animum proposuerat, re ipsa perficiendas: quin etiam illustri præfuit ecclesiæ, & Eusebium cognomento Pamphilum, cuius episcopatum, eo mortuo, administrauit, præceptorem se habuisse iactauit: cuius etiam libros consecutus, opinione eorum aliis doctrina antecellere videri voluit. Qui cum talis esset, facilius ea, quæ instituebat cõfecit. Dum isti viginti episcopi ex utroque concilio missi, versabantur Constantinopoli, & alij nonnulli, qui ibi tum fortè aderant, primum Honorato, què imperator ab imperij partibus versus Occidentem solem positus nõ ita pridè reuersus, summum præfectum Constantinopolis designauerat, dabatur potestas de causã Aetii, præsentibus magni cõsiliij princi-

principibus, cognoscendi. Postea verò, cum Constantius ipse, vnã cum magistratibus in eandè inquireret, deprehenditur Aetius malè & peruersè de fide sentire, adeo vt tum imperator, tum alij verbis eius utpote blasphemia referretur grauitè cõmouerentur. Dicitur porrò, Acacianos prætexuisse hanc suam hæresim ex ignoratione ortã esse, deditaq; opera laborasse, ut imperator, & eius procures de causã Aetii (eum enim oratione inexpugnabilem fore putabant) coram disceptarent: qui si ab Aetio victi essent, futurum esse, vt auditores ipsa persuasionis vi & facultate necessariò caperentur, & ita sine villo negotio hæresis illa præualesceret. Verum vbi istud contrã sperabant, euenit, formulam fidei Arimino deportatam, protulisse, & qui à cõcilio Seleuciæ habito missi erant, cõfuisse vt eã reciperet: affirmasse itè se à noie substantiæ nullo modo velle discedere: iureiurãdo adhibito asseuerasse, se nunq; filium patri dissimilè sensisse: paratos deniq; esse hæresim illam prorsus reicere. Cæterum cum præter ipsorum opinionè episcopi occidentis Arimini nomè substantiæ prætermisisset, tum cõstanter asseruisse eius modi formulam sibi optatissimã esse. Nam si efficeretur, vt nomè substantiæ tacitum esset, tacitum quoq; fore nomè **CONSUBSTANTIALIS**: quam scilicet episcopi occidentis propter reuerentiã aduersus conciliū Nicænũ, plurimi faciebant. Porrò autè imperator ad hanc formulã approbandam ideo inductus est, quod rationè duceret multitudinis episcoporum, qui Arimini cõuenerant, quodq; confitendo filium vel similè patri, vel consubstantialè esse, nihil esset erati, nihilq; sua, vt sibi quidè videbatur, interesset, si nominibus, quæ literæ sacræ non norant, minimè vteretur, fateaturq; eandè significationè in se nomini **SIMILI**: quod quidem & par erat **CONSUBSTANTIALI**, & omnis controuersiæ expers. Itaq; cum in hac esset sententiã, dat mandatum episcopis, vt fidei formulã in concilio Arimineni editã consentiant. Et quamuis se pararet postridie ad pompam, quæ more Romano, Calend. Ianuariis in creandis cõsulibus fieri solet, celebrandam, tamen totum illum diem & magnam partem noctis sequentis consumere decreuit, quoad episcopi, qui Seleuciã illò venerant, formulæ fidei ex concilio Arimineni allatæ subscriberent.

Quod

Quòd Acacius ac sui, concilium Ariminense comprobauerunt, & abdicatorum episcoporum recensio, & crimina propter que amoti sunt.

CAPVT XXIII.

Acaciani autem aliquamdiu Constantinopoli cõmorati, accersuerunt episcopos ex Bithynia: in quibus erat Maris episcopus Chalcedonis & Viphilas Gothorum episcopus. Qui cum essent ad numerum quinquaginta in vnum coacti, formulam fidei Arimini perlectã stabiluerunt: hoc quidem adiecto, vt in pòsterum nemo essentia in deo, aut substantiam omnino nominaret, & alia que que formula, vel quæ facta esset, vel quæ postea fieret, hac sola excepta, penitus reiiceretur. His rebus gestis, Aetiũ diaconatu abdicant, propterea quòd non modò libros cõscripserat plenos contentionis, & ad ostentationem solũ sapientiæ cuiusdam ab ecclesiæ instituto prorsus disceptatis accommodatos, verũ etiam disputationes blasphemiam refertas habuerat, & tumultus ac seditionis ecclesijs author extiterat. A nõnullis autem commemoratur, quòd non ex animo, sed quo opinione de se ab imperatore cõcepta (accusabantur enim Aetiũ doctrinã fauere) se penitus liberarent, istum abdicabant: quinetiam occasione arrepta ex ira imperatoris, qua contra Macedonium ob eas causas, quas antè citauimus, exardescerat, eũ, Eleusũ, episcopũ Cyzici, Basiliũ episcopũ Ancyræ, Eortasium Sardesium, & Draconcium Pergami episcopum, de gradu dimouent. Et quãuis de doctrina fidei ab istis dissentirent, tamẽ in illis abdicandis non fidẽ insimulabant, sed communiter quidem omnes criminabantur, quòd ecclesias cõturbarãt, & decreta ecclesiastica violauerant, priuatim autem singulis singula obiectabant crimina: Basilio, quòd Diogeni præsbytero Alexandria Ancyrã aduentanti, chartas abstulisset, eumq; verberasset: quinetiam, quòd mãdasset magistratibus, vt clericos Antiochiæ, vt Cilices, etiam Galatas, & Asianos propter fluuium Euphratẽ accolentes, indicta causa exilio, & alijs suppliciorum generibus mulctarẽt. Vnde factum est, vt tum conijcerentur in vincula, tum præterea in milites, qui eos abducebant, bona sua, ne qua ipsos afficerent

afficerent contumelia, cõsumerent. Eum porrò accusabãt, quòd cum imperator iussisset Aetiũ & quosdam eius fautores Cecropium vsque abduci, quo criminibus ipsis illatis responderent, persuasisset ei, cui hanc rem mãdasset imperator, vt quæ ipsi placeret, ea exequeretur. Itemq; quòd Hermogeni præfecto, & principi Syriæ per literas significasset, tum quinam, tum quem in locum essent relegandi: quòd etiam cum imperator hos ab exilio reuocaret, eos redire non permisisset, sed tum principibus, tum sacerdotibus restitisset. Adiungebant præterea, quòd clericos Sirmij ad seditionem contra Germanium conflandam incitasset, & per literas eos apud episcopos Africæ insimulasset, quòd cum eo, Vrsacio, & Valente communicarant. His accedit, quòd in crimen adductus, crimen negasset, de que eo peierasset: & perspicuè deprehensus, petiurum pro cauillationem eludere conatus esset, & nõ Illyricis modò, Italis, & Afris, discordiæ & seditionis, verũ etiam calamitatum, quæ in ecclesia Romana accidissent, author & causa fuisset. Ad hæc, quòd cum ancillam in vincula conijcendam curasset, eã falsum testimoniũ contra heram dicere coegisset. Adde his, quòd virum, qui turpem vitam & flagitiosã degebat, & non, vt lex postulat matrimonij, cũ muliere rem habebat, tum sancto baptismatis tinxisset lauro, tum ministerio diuino præfecisset: quodq; circulatorum, qui cedem patrarat, nõ ab ecclesia segregasset. Postremò quòd ad sacram mensam coniurationes fecisset, & tũ iureiurando ipse se obstrinxisset, tum clericos ad iurãdum quoq; impulsisset, vt se mutuò nõ accusarent, & quod hoc callidè excogitasset ille ipse, qui clero præerat. quòd accusatorum criminationes effugeret. Atque hæc quidem sunt crimina, vt comprehendam breui, pro quibus Basilius abdicatus fuit. Eustathius autẽ accusabatur primum quòd cõfessus presbyter, à patre Eulalio episcopo Cæsareæ Cappadociæ condemnatus fuisset, & à precũ cõmunionẽ separatus. Deinde quòd Neocæsareæ, quod est oppidũ Ponti, à cõcilio cõmunionẽ ecclesiæ interdicit, & ab Eusebio episcopo Constantinopolitano, propterea quòd quarundã rerũ malè administrarũ, quas habebat sibi cõmissas, condemnatus fuerat, abdicatus. Tũ quòd à concilio Gangrensi propterea

pterea episcopatus gradu deiectus erat, q̄ cōtra q̄ debue-
rat, docuisset, fecisset, sensisset: quod etiā in concilio Antio-
cheno periurij cōuictus esset, quodq̄; decreta concilij Me-
litinæ coacti euertere aggressus fuisset, & cum multis crimi-
nibus teneretur implicatus, iudicis partes suscipere, & eos
qui alterius erāt opinionis incūfare nō dubitasset. Eleusiu
verō abdicabant, quod Heracliu quendā genere Tyriū,
sacerdotē Herculis, qui ibi colebatur, p̄stigiariū magicarū
in simulatum (qui cum de ipso esset habenda questio, se ea
de re fugæ mandauerat, ætatē que debebat Cyzici) incōsy-
deratē diaconum, quod se simularet fidē Christi amplecti,
designarat, & cum postea intellexisset eum talē esse, non ab
ecclesia segregasset. Deniq̄; q̄ viros ab ecclesia condēna-
tos, qui Cyzicū venerāt (qualis fuit Maris, episcop⁹ Chal-
cedonis, qui huic concilio intererat) temerē & sine iudi-
cio miniltros ecclesiæ instituisset. Eortasium gradu moue-
bant, quod sine cōsensu & approbatione episcoporū Ly-
diæ, Sardēsis creatus fuisset episcopus. Dracōtio denique
Pergami adimebāt episcopatū, q̄ primū in Galatia, deinde
Pergami episcopus cōtra leges ecclesiæ constitutus esset.
His cōfectis rebus, denuo in vnū coacti, abdicāt Siluanū
episcopū Tarsi, Sophroniū Pōpeiopolis, quæ est vrbs Pa-
phlagoniæ, episcopū. Elpidiū Satalorū, & Neonē Seleu-
ciæ vrbs Isauriæ episcopū. Abdicāt autē Siluanum, q̄ non
modò alijs tū Seleuciæ, tū Constantinopoli, cōtumacię au-
thor extitisset, verū etiā Theophilum antē ab episcopis
Palesinæ episcopū Eleutheropolis ordinatū, & cōtra vo-
luntatē iureiurādo astrictū se nō aliū episcopatū susceptu-
rū, ecclesiæ Castabalenſis antistitē præfecisset. Abdicāt So-
phroniū, q̄ ecclesiā rebus ei oblati defraudasset, easque
ad suū questū vendidisset: quinetiā q̄ semel atq̄; iterū ad
conciliū vocatus, vix aut ne vix quidē accessisset, quippe
qui induxisset animū criminibus sibi intentatis apud ip-
sos minime respondere, sed exteros iudices ad suam cau-
sam cognoscendā deligere. Abdicant Neonē, q̄ dedisset
operā, vt priuatī in sua ecclesia Anianus crearetur Antio-
chiæ episcopus, quodq̄; nonnullos sacrarū literarū legūq̄;
ecclesiæ ignaros, & vitā incōsideratē dissoluteq̄; instituen-
tes episcopos designasset: qui quidē postea possessionē pe-
cuniæ

uniæ sacerdotij administrationi anteponebant, & scriptis
planē testabant, se malle cum opibus villo ecclesiastico mi-
nisterio fungi, q̄ sine illis episcopatū gerere. Deniq̄; El-
pidiū abdicāt, primū quod se sociū Basilio, quō tumultus
cieretur, adiūxisset & author extitisset seditionis: deinde
quod Eusebiū gradu dimotū, cōtra decreta cōcilij Meliti-
nensis ad dignitatē presbyterij restituisset: postremō quod
Nectariā quandam, cui propter pactū & iustitiam vio-
latū ecclesiæ cōmunionē interdictū esset, ministerio eccle-
siæ præfecisset, idq̄; cū per leges ecclesiæ ei nullā dignita-
tem ecclesiasticam deferre liceret.

*Cyrillus Hierosolymitanus episcopus abdicatus sit, et
muta episcoporum tunc temporis dissensiones, et
quod Meletius ab Arianis ordinatus ad Seba-
stia episcopatum, pulso Eustathio euectus est.*

CAPVT XXIIII.

Porro vnā cū istis Cyrillus episcopus Hierosolimita-
nus abdicatur, p̄pterea quod cū Eustathio & Elpidio,
qui cōcilio Melitinenſi (cui etiā ipse interfuisset) obni-
xè aduersabantur, cōmunicasset: quodq̄; post abdicatōnē
in Palesina factā veniret cum Basilio, & Georgio episco-
po Laodiceæ in cōmunionē: atq̄; q̄ cum episcopus Hiero-
solymorū cōstitutus esset, velut sedis iā apostolicæ anti-
stes, cū Acacio episcopo Cēsareæ de iure metropolitano
dissessisset. Vnde factū est, vt inimicitias inter se suscipent,
& alter alterum, vtpote non verē sincereq̄; de deo sentien-
tem criminaretur. Etenim vterq̄; antē in suspitionē vene-
rat, alter, quod doctrinæ Arii faueret, alter, Cyrillum scili-
cet, quod eos, qui filiū patri cōsubstantialē assererēt, seque-
rēt. Itaq̄; Acacius, cū hoc animo esset, reliquis episcopis
eius gentis, eiusq̄; opinionis fautoribus in vnū cōuocatis,
ipse prius Cyrillum tali de causa abdicat. Cū fames agrū
Hierosolymitanū occuparet, multitudo rebus ad victū ne-
cessarijs destituta, ad Cyrillū, vtpote episcopū, opis implo-
rādæ causa cōfugit. Cui cū pecuniæ ad eā subleuandā nō
suppeterēt, thesaurū ecclesiæ, & sacra aula vendidit. Qua
re cōfecta, fama est quēdā animaduertisse mulierē sceni-
cā monimēto prætioso, quod ipse ecclesiæ donauerat, ami-
ctā esse, curiose ab ea quæsiuisse, vnde illud haberet: cōpe-
risse merca-

SOZOMENI HISTOR.

mercatores ei vendidisse, mercatori autem episcopū. Acacius vero, hac causa allata, Cyrillū addicasse. Quā re ita se habere auditiōe equidē accepit. Episcopos aut, quos abdicatos esse suprà demōstrauimus, Acaciani Cōstantinopoli expulerunt. Aliis verò, qui vnā cum illis adhuc erant, ad decem numero, qui abdicationi istorum episcoporum subscribere nolebant, mandatum dederunt, vt separatim ab aliis ad tēpus etatem degerent, & neque diuino fungerentur ministerio, neque ecclesias vsq̄ue eo administrarent, quoad abdicationi illi subscriberent. Quod si non intra sex menses resipiscerent, & omnibus huius concilii decretis actisq; assentirentur, futurum esse, vt illi quoq; abdicarentur, & episcopi cuiusq̄ue gentis in vnum conuenientes, alios in corū loca sufficerent. Vbi verò hæres ab illis non deliberatæ solū, verumetiam re ipsa perfectæ sunt, scribunt ad omnes omnium gentium episcopos clericosq̄ue, vt has obferuent, atque adeo exequantur. Non multò verò post, ab Eudoxianis alij in aliorum loca substituti sunt. Nam Eudoxius ipse in locum Macedonii, Athanasius in locum Basilii, & Eumenius, qui author postea fuit hæresis cuiusdā suo nomine appellatæ, in locum Eleusij surrogatus est. Denique pro Eustathio Meletius ecclesiæ Sebastianæ constituitur episcopus.

Macedonij episcopi Constantinopolitani mors, & quid inter docendū dixerit Eudoxius, & quod Eudoxius & Acacius summopere contendebant, vt tum Nicenam, tum Ariminensem fidem, è medio tollerent, & quātus hinc tumultus ecclesiis euenerit. CAPVT XXV.

Macedonius vero ecclesiæ Constantinopolitanæ episcopatu abdicatus, quodam in loco circa portas vrbs reliquum tempus etatis degit, ibique mortem oppetit. Eudoxius autē illius ecclesiæ capessit gubernacula. Ad decimum verò consulatum Constantij, Iuliani verò Cæsaris tertium, primo tempore, quo conuentus in dedicatione magnæ illius ecclesiæ, quā sapiētiae nomine nūcupant, agebatur, fertur Eudoxiū, cōscenso episcopi solio, quò populū doceret, in ipso concionis exordio dixisse: Patrem impium esse,

ECCLESIAST. LIB. IIII. 104

esse, filium autem pium. Quo dicto cum populus tumultuari inciperet, cōquiescite, inquit: Patrem impiū dico, quia neminem colit: filium verò pium, quia patrē colit. Quod cum dixisset, risus auditoribus excitatus est. Est porro ab isto & Acacio communi consensu maximè laboratum, vt omnes in obliuionem decretorum concilij Nicæni adducerentur: quinetiam formulam fidei Arimini perlectam, cum appendiculis, quas ipsi quasi eam meliorem esse tūri, adiecissent, passim in vniuersum imperium miserunt, iusseruntq̄ue, idq̄ue de imperatoris mandato, omnes qui ei subscribere recusarent, exilio multari. Nam ferunt hoc studiū ab illis susceptum esse, quòd putabant facile se ac sine negotio conatum suum ad exitum perducturos.

Quod quidem calamitarum initium erat planè maximum. Siquidem perturbatio non dissimilis his, quas commemorauimus, per totum imperium peruasit: itemq; persecutio par ferē illis, quas Gentiles imperatores iam olim excitauerant, omnes omnium ecclesias occupauit. Nam licet quibusdam, quantum ad cruciatus corporis attinebat, remissior videretur, prudentibus tamen propter dedecus multo reuera acerbior. Nam vtrique, & qui persecutionem ciebant, & qui erant eadē afflictati de ecclesiā fuerunt. Itaque eò turpior clades erat, quòd quæ hostes facere solent, eadem in tribules facta sunt. Atq; sacra lex vetat tales nos ostendere etiam aduersus externos & peregrinos.

Quòd postquam ab episcopatu exciderat Macedonius, contra spiritum sanctum linguam exacuuit, & quòd de Larathonius cū alijs, eius hæresim auxit. CAP. XXVI.

Ista quidem nouitas à multis approbata, indies magis magisq; creuit, & ad aliarum rerum nouandarum studium serpsit. Atq; arrogantia elata, patria & auita intuta cœpit contemnere: leges proprias ac suas condere. Eadē enim cum veteribus de deo sentire noluit: sed peregrina dogmata excogitans, non cessauit noua nouis sedulo accumulare: quemadmodum etiam hoc tēpore accidit.

Nam si-

SOZOMENI HISTOR.

Nam simul vt Macedonius episcopatu ecclesiæ Constantinopolitanæ abdicatus fuit, deinceps ab Acacio & Eudoxio opinione dissentire cœpit. Siquidem filium deum esse, & cum alijs rebus omnibus, tum substantia patri similem asseruit. At spiritum sanctum non eiusdē cum patre ac filio honoris participem esse docuit, sed ministrum eum & famulum vocauit, eademq; de illo, quæ de angelis verè dici possint, disseruit. In cuius opinionis cum eo societatem venerè, Eleusius, & Eustathius, & quotquot eo tēpore ab illis, qui contrariam sectā sequebantur, abdicati fuerant: quorum quidem doctrinæ non exigua populi multitudo, tū Constantinopoli, tum in Bithynia, Thracia, Hellesponto, tum denique in alijs nationibus finitimis paruit. Etenim vitam, cui populus maximè solet animum attendere, non malè insituebant. Nam incessus grauis illis, & viuendi ratio similis monachorum fuit: oratio non indiferta, indoles ad persuadendum apta: qualem etiam eo tēpore Marathonii fuisse tradūt: qui cum quæstor publicus esset militum præfectus inferuentium, multas collegit diuitias: & vt primum militiam deseruit, ad conuentus agrorum & pauperum cura ac studio subleuandos se totum cōtulit. Postea verò suafu Eusthatij episcopi Sebastianæ vitam monasticam amplexatus est, & cōuentum monachorū Constantinopoli coegit, qui etiam ad hoc tempus successione ferie cōtinuatus manet. Hanc hæresim partim studio, partim pecunia adeo auxit Marathonius, vt non sine causā, vt mihi quidem videtur, Macedoniani à nonnullis Marathoniani vocarentur. Nā solus iste cū collegis suis monachis causa extitit, quò minus hæc hæresis Constantinopoli penitus extincta esset. Etenim ex eo tempore, quo Macedonius abdicatus erat, ad imperiū vsq; Arcadij, Macedoniani neque ecclesiam neque episcopos habebant. Nā illud minimè ab Arianijs permissum est, qui omnes secum doctrina & opinione dissentientes, ecclesijs eiectere, grauibsq; affecere supplicis. Itaque perdifficile esset omnes episcopos & sacerdotes, qui tum è suis ciuitatibus pulsi erāt, enumerare. Nulla enim gens Romano subiecta imperio ab hac calamitate credo, vacua liberaque fuit.

Quòd A-

ECCLESIAST. LIB. IIII. 105

Quòd Ariani cum sua opinionis esse diuinum Meletium existimassent, Sebastia accersitum ecclesiæ Antiochenæ præficiūt. Sed vbi ille orthodoxū esse se indicauisset, pudore suffusi, motu eo, Euzoium in eius locum sufficiunt. Meletius autem, cū illum auersarentur, qui consubstantiale propugnabant, eo quòd ab Arianijs ordinatus erat, seorsum conuentus agebat: CAP. XXVII.

Eodem tēpore, Eudoxio ecclesiā Constantinopolitanā gubernante, multi sedem Antiochenā magno studio ambire cœperunt, & cōtentiones, ac seditiones variæ (quod credibile erat in rebus eiusmodi euenire) tū in clero, tū in populo fortè ortæ sunt. Nā singuli eū, quē sperabant secū fide confensurū, ad ecclesiā regendā delegerūt. Nondū enim deserant de doctrina fidei dissidere, neq; ad huc in psalmorū hymnorūq; cantu cōsenserant, sed quòd canebatur, singuli ad suam opinionem, vt antè dictum est, accommodabāt. Cū igitur hic esset Antiochenæ status ecclesiæ, percōmodum visum est Eudoxianis Meletii Sebastianā Antiochiā trāsferre, virum tum ad dicendum, tū ad persuadendū valde idoneū, ipsa quoq; vitæ ratione spectatū, & cū ipsis iam antè etiā opinione cōiunctū. Nā fama & existimatione eius futurum putabant, vt nō modò incolas Antiochiæ, verū etiā vrbes finitimas, & maxime oīm Eustathianos, qui ita de deo sicut conciliū Nicænū tradiderat, sentiebant, omnino ad suam sectā attracturos. Sed lōge ipsos sua fefellit opinio. Nā vt venit Antiochiā, dicitur magnā populi multitudinē tū Ariatorū, tū cōmunionis Paulini in vnū cōuenisse, partim quòd eū, de quo tā celebris fama ante eius aduentū eò permanuerat, oculis viderēt, partim quòd quid diciturus, & quibus partibus esset suffragaturus intelligerent. Etenim fama iā illò peruaserat, eū doctrinæ cōcilij Nicæni approbatorē esse. Quod quidē euentus rei plane declarauit. Nā tamen si principio eo genere cōcionū, quæ ad mores informādos pertinet, publice vtebat, ad extremamē filii eiusdē cū patre substantiæ esse palā asseruit. Dicitur porrò archidiaconū illius clerici, dum adhuc cōcio

N ij naretur

nāref, ad eū accurriffe, & manu admota, eius os obturaffe: eū autē manu multō euidētius, q̄ voce sententiā suā populō indicaffe. Nā primū tres tantūm digitos palām vt omnes viderent extendisse: deinde eosdem rursus compressisse, vno solo porrecto. Qua quidem manus suæ figura, tanquā effigie quadā populō expressit, tum quæ sentiret, tum quæ dicere instituisset. Cum autem hic conatus archidiaconū frustratus effet, & ore dimisso, manū Meletiiprehendisset, Meletius cum linguam haberet liberam, clariore voce, & oratione planiore suam declarauit opinionē. populūq̄ue cohortatus est decretis concilij Nicæni adherescere: ingenuēq̄ue apud auditores testificatus, eos, qui aliter sentiret, à veritate penitus aberrare. Vbi verò non intermisit eadē ipsa quantum poterat aduersus archidiaconum ipsum impedire conantem, modò ore efferre, modò manu vicissim demonstrare, & in vtraque re enixè præstanda homini in omni genere certaminis exercitato se similē præbere, Eusthiani exclamare, gestire, & præ gaudio tripudiare: Ariani autē animos demittere cœperūt. Qua re audita, Eudoxiani grauiter succensere, sedulo operam dare, vt Meletius vrbe illa pellatur. Eum denuò accersere ad se, quò pœnitentia adductus, tum opinionē mutaret, tum ea, quæ dixerat, corrigeret. At cum de sententia minimè desisteret, imperatoris mandato, & exturbatus ecclesia est, & in exilium eiectus. Quo factò, sedes ecclesiæ Antiochenæ Euzoio delata est: qui quidem iam antea simul cum Ario abdicatus fuerat. Meletii autem fautores, se ab Ariani segregantes, conuētus separatim egerunt. Nam qui ab initio filium patri cōsubstantialē asseuerabant, hi cum illis comunicare propterea detrectarunt, tum quòd Meletius ab episcopis Ariani creatus fuerat episcopus, tū quod hi, qui eum sequebantur, à sacerdotibus quoque Ariani baptizati. Atque isti quidem, licet doctrina fidei cōsentientes, ob hanc causam diuisi sunt. Imperator autem, simul vt accepit Perfas res nouas moliri, venit Antiochiam.

Quòd Acacius & residui sectæ eius homines haudquāq̄ conquiescerunt, sed & cōsubstantialē subuertere, & Arii hæresin statuere laborabant.

Acaciani

CAPVT XXVIII.

Acciani verò adhuc quiescere non poterant, sed Antiochiæ rursus in vnum cum paucis quibusdam congregati, decreta, quæ ipsi sancierāt, insimulabant: istantiebantque nomen, *STIMILE*, ex formula fidei Arimini & Constantinopoli perfecta eximendum esse, & filium patrum substantia, tum voluntate dissimile esse, & ex nihilo ortum, sicut Ario iam ab initio placuerat, docebant. Quibus fuere subsidio sectatores Aëtij: qui primus post Arium his nominibus palam ausus est vti. Vndè factum est, vt tū ipse *ἄθεος*, id est, auersus à Deo, tum eius doctrinæ approbatores Anomiani, & Exucontij, id est, filium patri dissimilem, & ex nihilo ortum statuentes. Ac cum fautores decretorum concilij Nicæni sciscitarentur ab illis, quemadmodum cum filium Deum de Deo confiterentur, eum dissimilem patri, ex nihilo ortum, idque contra suam ipsorum fidei formulam, asserere auderent, respondebant Paulum apostolum dixisse: omnia ex Deo esse: & filium in hac voce, *OMNIA*, includi: hacque ratione scriptum à se propositum, in quo fidem secundum diuinas scripturas exposuerant, intelligendum esse. Atque istud quidem hoc modo inuertere, captioseque eludere conati sunt. Ad extremum cum non possent his, qui eos accusarent arguerentque, satis plenè respondere, lecta denuò fidei formula Constantinopoli approbata, decedunt, & ad suas ipsorum ciuitates reuertuntur.

ROM. II.

De Georgio Alexandrino episcopo, & Hierosolymorum archiepiscopis, & quòd post Cyrillum cum Episcopi tres illic præfuisent, tandem Cyrillus in Hierosolymorum sedem denuò reuersus sit. CAPVT XXIX.

Eodem tempore, Athanasio adhuc in occulto latitate, Georgius Alexandriam reuersus, cum Gentiles, tum Christianos, qui opinione ab ipso discrepabant, grauius affectis incommodis. Vtrosque ad suam religionem

N iij per

per vim traducere conatus est: & si qui renuerent, eos acerbè exagitauit. Habebatur odio tū à viris principibus, propterea quòd ipsos contemnere, & magistratibus imperare, tum etiam plebi, quòd tyranni partes agere, & omnes potentia superare visus est. Sed maximè omnium Gentilibus inuisus erat, & quòd immolare idolis ipsos, & quòd dios festos patrios agere prohibuerat, & quòd militibus ac duce Aegypti cum armis id urbè introductis, statuas, monimenta, & omnia sanorum ornamèta abstulerat. Quæ res causa extitit, cur sit postea interfectus, vt mox dicà. Porro Cyrillo abdicato, vt diximus, ecclesiæ Hierosolomitanae episcopatum cepisset Herennius: cui successit Heraclius: ei autem deinceps Hilarius. Nam hoc eo tempore illam rexisset ecclesiam ad imperium vsque Theodosii accepimus: cuius temporibus, Cyrillus ad eam dignitatis sedem reuertit.

QUARTI LIBRI FINIS.

HERMIAE

HERMIAE SOZOMENI SALAMINII HISTORIAE ECCLESIASTICAE LIBER QUINTVS.

De Iuliani prauaricatoris defectione, & morte Imperatoris Constantij. CAP. I.



V M in ecclesia versus Orientem hæ res hoc modo gestæ sunt, Iulianus Cæsar, Barbaris, qui propter Rhenū incolunt, prælio deuictis, multos eorum interfecit, alios viuos cepit. Qui cum id temporis perillustris videretur, & propter modestiã & suauitatem morum militibus admodū charus esset, ab illis Augustus declaratus est. Atque nullus, vt est perisimile, de hac re excusatione purgationeue apud Constantium vsus, magistratus ab eo constitutos mutauit, literasque illius, quibus Barbaros Romam ad bellum contra Magnentium gerendum vocauerat, dedita opera eis ostendit. Porro autem, cum iam antea fidem Christianam professus fuisset, subito mutata religione, se pontificem nominauit: Gentiliū delubra adire, immolare simulachris, suos subditos, ad id genus religionis impellere cepit. Atque cum à Persis in Romanos irruptionem factum iri expectaretur, & Constantius ob hanc causam commoraretur in Syria, iste ratus se sine villo prælio factò Illyrios in suam potestatem redacturū, iter ad eos cepisset: causam simulat suæ profectionis, quòd rectè ad Còstantiū sui purgandi causa iret: ne scilicet videretur sua sponte còtra eius voluntatem imperij insignia à militibus suscepisse. Fertur autem cum primum fines Illirij ingrederetur, vites post vindemiam circiter vergiliarum occasum vuis acerbis minimeque maturis onustas visas esse: roremque tum in eius, tum in comitum suorum vestes ex aere delapsū, singulis guttis signum crucis in eas impressisse.

N iij Quæ

Quæ res cum visæ fuissent, non ipse solum, verum etiam alij, qui eum comitabantur, vvas haud maturas intempesiue apparentes aliquid boni portendere: rorem autem demissum, vestem cuiusque, in quam forte cadebat, tali nota casu ac fortuito signasse existimarunt. At verò ab alijs dicebatur, ostentorum alterum significare imperatorem immaturo ætatis suæ tempore, non aliter atque vvas immaturas periturum, & imperium eius ad exiguum tempus duraturum: alterum indicare religionem Christianam celestè esse, & omnes figura crucis signari oportere. Quæ cõiecturæ fure eorum, qui doctrina & religione ab imperatore dissentiebant: neque certè, vt videtur, à veritate aberrauere.

Nam temporis progressio vtrunq; verè dictum esse demonstrauit. Vbi verò Constantius in animum induxerat cõtra Iulianum bellum gerere, relicta expeditione aduersus Persas instituta, properè Constantinopolim cõtendit. Quo quidem in itinere ad fontes Mopli inter Cilices & Cappadoces, qui prope Taurum incolunt, mortè obiit: annos natus circiter quadraginta quinq;, quorù viginti vnà cum patre, viginti aut alios, & præterea quinq; post patris mortem imperauit. Quo mortuo, Iulianus in Thraciam obtinuit: nõ diu post Constantinopolim profectus imperator declaratus est. Gentes autè rumore dissipabant, eum à vatibus ac demonibus, qui mortem Cõstantij, & rerum commutationem illi præsignificabant, antequàm à Gallia discederet, fuisse ad hanc expeditionem suscipiendam excitatum. Sane fuisset probabile istarum rerum scientiam prænotionem vocasse, nisi ipsum, qui imperijs iam dulcedinem velut in somnio solum degustasset, quàm primùm vitæ exitus occupasset. Nãstultum arbitror affirmare, quòd is cù naturalè Cõstantij mortem, & suam ipsius cadem à Persis faciendam præuidisset, se sua volutate morti ante oculos propositæ objiceret: quæ quidem mors ei apud vulgus hominum nihil aliud conciliaret, quàm notam inscitiae, & rei militaris ignorationis opinionem: populo autem Romano tantum apportaret periculi, vt parum abesset, quin aut totum, aut maxima eius pars in discrimen adduceretur in ditionem ac potestatem Persarum veniendi. Atque ista quidem, ne prætermissa viderentur, sunt ad hunc modum à nobis cõmemorata: de quibus

bus, vt quisque volet, ita existimet.

*De educatione, & viuendi consuetudine Iuliani,
& de eiusdem ad imperium accessione.*

CAPVT II.

Mortuo verò Constantio, grauis persecutionis terror ecclesie iniectus erat: quæ partim tempus diuturnum interiectum, quo eiusmodi periculorum fuerat insueti, partim veterum cruciametorum recordatio, partim imperatoris in religionem Christianam odium effecit, vt Christiani acerbius in expectanda persecutione affligerentur, quàm in eadem perferenda. Nam fertur Iulianum statim ab initio imperij sui, omni exuto pudore, adeò apertè fidem in Christum denegasse, vt hostijs, dæmonum inuocationibus, quas Gentes ἀποτροφαίους, id est, propulsa trices malorù, vocant, & sanguine victimarum mactatarum lauarum baptisatis, quo nos expiari solemus, deluisse, initiatione ecclesie abiectis, & ex eo tempore tempus ætatis priuatim & publicè in animalium incisionibus, in victimis & alijs nefandis ritibus peragendis, quos Gentilium mos fert, contriuisse. Atque fama est quodam tempore ei viscera animalis inspectanti signum crucis in eisde apparuisse corona circumdatum: & nonnullos, qui eius diuinationis erant participes, in metum coniectos esse, quippe qui inde conijcerent religionem Christianam deinceps vires acquiraturam, & doctrinam Christi perpetuò duraturam. Coronam enim crucis signo circumiectam, tum victoriæ indicium esse, tum æternitatis: propterea quòd in rotundum ambitum ducta, omni ex parte initium habet, & in se ipsa definit. At principem artis diuinandi imperatorem bono animo esse iussisse: nam victimas mactatas res prosperas illi, & ex animi sententia fluentes portendere, quippe cum notam religionis Christianæ circumcludere, & in vnũ coartare viderentur, ne latius propagetur, neue liberè, quo velit, peruat, præfertim cum circulo, velut termino quodam circumscribatur. Nunciatũ est mihi præterea, quòd cum fortè in adyta quædam celeberrima eaq; terribilia maximè, seu mysterij cuiusdam obeundi, seu oraculi consulendi causa descendisset,

& spectra, quæ machinationibus quibusdã vatũ, & magicis præstigiis apparere consueuerat, ei ex improviso obiecta essent, præ terrore ac metu earum rerum, quæ agebantur, oblitus (nam ætate paulò prouectiore ad hæc disciplinam se transtulerat) cõsueto more, quo cum esset Christianus, & in grauib; periculis constitutus, vti solet, se ipsum signo Christi consignauit: quo facto, spectra è vestigio euanuerunt, & conatus vatis impeditus est. At princeps sacrorũ qui de hac re itidẽ hareret, simul vt intellexit causam, cur dzmones fugissent, factum Iuliani scelus appellauit, iustitque, tum vt animo excelsio esset ac virilitũ vt postea nihil, quod ad Christianorum professionẽ spectaret, vel faceret, vel cogitaret. Qua re confecta, eum denuo ad mysteria peragenda deduxit: Itaq; Christianis ex studio imperatoris in his rebus posito, vt dolor non mediocris, ita metus longẽ grauisissimus incussus est, & maximẽ omnium quod antea Christianus extitisset. Nam ex piis & religiosis partibus ortus, & ab ineunte ætate, vt ritus ecclesiæ postulat, initiatus, sanctas literas didicit, & in eisde ab episcopis, & aliis viris ecclesiasticis educatus fuit. Siquidem pater ei, & Gallo etiam, fuit Constantius germanus frater Cõstantini imperatoris & Dalmatij: cuius filius eodẽ nomine appellatus, qui Cæsar declarat⁹ fuerat, à militibus post mortẽ Cõstantini interfectus est. Quare Iulianus & Gallus patre orbati, etiam cum Dalmatio in periculum necis inciderunt. Verũ Gallum morbus, quo fortẽ vexabatur, insidiis eripuit, propterea, quod q̄ primũ morte naturali occasurum expectaretur. Iulianũ autẽ etas tenera liberauit: quippe qui octauũ ætatis suæ annũ nondũ cõfecisset. Quibus ita præter omnium opinionẽ cõseruatis dabatur mandatũ, vt ætatem degerẽt in Macello: qui est locus planẽ regius, ad Argeum montem non longe à Cæsarea situs: in quo est magnificum palatium, balnea, horti, & fontes perennes. Ibi igit & cultu & educatione digna principibus dignati sunt: ibi disciplinis & exercitatiõib⁹ illi ætati accommodatis instructi: ubi deniq; ab artis dicẽdi magistris, & à sãctarũ literarũ doctoribus ita instituti, vt in numerũ cleri ascriberẽtur, & libros ecclesiasticos ac diuinos populo perlegerent. Porro autẽ & moribus & factis euidentẽ pietatis significacionem dederunt:

dederunt: quippe sacerdotes, & alios bonos viros religiõisq; Christianæ studiosos plurimi facere, tẽpla frequẽtare, debito honore sepulchra martyru colere visi sũt. Nã ferũ eos illo tempore valde laborasse, vt sepulchrum Maniæ martyris amplissimo templo circumdarent, opulq; inter ipsos dispersiuisse: ac dum alter alterum sumptu & magnificẽtia superare contenderent, rem planẽ admirabilem accidisse, omninoq; incredibilem, nisi quod multi, qui eandẽ ab iis, qui oculis illam aspexissent, se audiuisset memorarẽt, ad nostram vsque ætatem in vita mansissent. Siquidem partẽ operis à Gallo susceptam pulchrẽ progressam esse, & ex animi processisse sententia: sed opus Iuliani partim corruisse, partim ex ipsis fundamentis è terra euulsum esse, partim non sustinuisse ad solũ coagmentari, sed extemplo velut vi quadam ex aduerso virgente & infra trudente, inde repulsum fuisse. Rem omnibus visam esse reuera prodigij similem: & à multis ex euentu solum iudicatam, nonnallos tamen ex ea coniecisse, eum non syncero ac sano animo erga religionem nostram affectum fuisse, sed quia imperator, qui tum regnabat, erat Christianus, simulatione quadã pietatem colere præ se tulisse. Dicunt præterea illũ principio, congressu frequenti & colloquio vatũ inductum, paternam prodidisse religionẽ. Nã aliquantõ post, ira Cõstantij placata, cum Gallus in Asiã profectus, Ephesi, in qua vrbe magnam facultatum vim habuit, cõmoraretur, Iulianũ Constantinopolim reuersum, in disciplinam magistrorum qui ibi fortẽ docebat, se tradidisse. Ac cũ ingenij bonitate præstaret, & doctrina facilẽ cresceret, nõ in obscuro latuisset. Nã habitu hominis priuati incedẽs, cũ multis (vt fit in magna hominũ frequentia, & in vrbe regia) in colloquiũ venisset; & quoniã frater erat imperatoris, & ad res administrandas admodũ idoneus videbat, plerosq; oes eũ imperio potiturũ arbitratos esse. Itaq; cũ talis sermo de eo multis esset in ore, ei datũ fuisse in mãdatis, vt Nicomediæ etatẽ ageret. Qua in vrbe Maxim⁹ Ephesi⁹ philosoph⁹ in eius cõsuetudinẽ fortẽ incidẽs, illũ & philosophiã docuit, & odiũ religiõis Christianæ in eius aĩo inseuit, & tanq; vates illud, quod vulgõ de eo ferebatur, verũ esse affirmauit. Ille autẽ, quod multis solet accidere, cũ metu rerũ incõmodarũ gra-

uiter affligere, in spē bonā per fraudē à Maximo inductus, eum charum habere cœpit. Quibus rebus imperatori nuntiatis, timore percussus, eum abrafit, & vitam monasticā simulauit, secretò tamen aduersam religionem amplexatus est. Vbi autem ætate robusta esse cœpit, paratiore animo cū ad has res inductus est, tum eisdē executus. Artem, si quæ res futuras prædicere profiteretur, eā admirari, & eius cognitionem (quam quidem exercere, Christianis nefas est) necessariam ducere cœpit, de quæ ea periculum facere animum induxit, atque ex eo tempore cum his, qui eiusmodi rerum periti erant, amicitiam iunxit. Qui cum hoc animo esset, Nicomedia in Asiam concessit. Et cum viris eius professionis ibi in congressum veniens, multò acriore studio in eas res accensus incubuit. Cum autem Gallus eius frater, qui Cæsar fuerat creatus, & rebus nouis studere per iudices declaratus, interfectus esset, Constantius eum quoque imperii cupiditate flagrare suspicatus, custodes ei apposuit. Sed cum Eusebia, vxor Constantij, veniam pro eo petiuisset, ille cum se purgasset Constantio, Athenas profectus est, causa quidem simulata, vt prædicant, quòd ibi doctrinæ scriptorum Gentilium operā nauare, & scholas frequentare vellet, sed reuera vt cum vatibus illam vrbē inclementibus de rebus suis communicaret. Quem inde reuocatum Constantius Cæsarem constituit. Atque sua ei sorore desponsa, in Galliam versus occidentem sitam misit. Nam Barbari, quos antè ad auxilium sibi contra Magnentiū ferendum mercede conduxerat, cum nullo vsui ad eam rem fuissent, Galliam populari cœperunt. Iulianus igitur, quoniam adhuc erat adolescens, ducibus, qui ipsum comitabantur, curam rerum agendarū imposuit. Qui cum tardius rem gerere viderentur, ille ipse iam Cæsar declaratus, quantum in ipso situm erat, belli administrationi providere, militum animos ad pugnam alacriores efficere, vt periculis se audacter offerrent, hortari, & cuique eorum Barbarum interficienti, certam mercedem proponere cœpit. Vnde gratus acceptusque militibus factus, segnitiam ducum Constantio significauit, vt primum verò alter dux missus est, congressus cum Barbaris, prosperè rem gessit. Qui cum legatos de cœderibus ad eum misissent, Constantiūq; pro se adduce-

adducerent literas, quibus in ditionem Romanorum accessit fuissent, is legatū, qui ea de re venerat, dedita operā dimittere cūctatus, magnum hostium numerum nec opinantem adortus, deuicit. Dicitur præterea Constantium, quo eius vitæ pararet insidias, eum huic bello præfecisse. Verum mihi quidē haud sane istud videtur probabile. Nā in cuius situm erat potestate eum in initio minime Cæsare creare, quid causæ est, cur hoc fecerit, cur sororem ei in matrimonium collocarit, cur denique illi de segnitie ducum querenti auscultauerit, inque eorū locum, aliū industrium virum, quòd bellum rectius administraretur, miserit, nisi eū charum habuisset? Verum quantum ipse coniectura assequor, Constantius quoniā in initio eum beneuolentia cōplectebatur, idcirco Cæsarem designauit. At vbi contra suā voluntatem Augustus declaratus est, vel metu, quòd eum & fratrem, cum essent adolescentes, iniuriosè tractauerat, vel inuidia, vt est verisimile, quòd parem honorē adeptus erat, impulsus, per Barbaros, qui ad fluuium Rhenum habitabant, insidias eius vitæ parandas curauit. Sed de his rebus aliter ab aliis commemoratum est.

Quòd Imperator renuntiatus Iulianus, Christianam religionem labefactari, & paganismum callidè inducere conatus est. CAP. III.

Vbi solus est imperio potitus, in Oriente Gentilium delubra aperire, & quæ eorum neglecta corruebant, reficere, quæ autem deturbata fuerant, denuò ædificare, quin etiam aras erigere mandauit, atque ad has res perficiendas multa tributa excogitauit. Vetera præterea & patria ciuitatum instituta, atq; sacrificia renouare, ipsiq; palam in loco publico idolis immolare, offerre illis libamenta, & eos, qui harum rerum studiosi erant, magno in honore habere cœpit. Horum autem sacrorum professoribus, sacerdotibus, interpretibus, & statuarum cultoribus pristinos honorum gradus reddere, rata facere ea, quæ veteres imperatores de his sanciuerant: decernere illis immunitatem ministeriorum, & rerum quoque aliarū, sicut antè habuerant: frumētū congiaria æditus ablata restituere: iu-
bers, vt à profanis esculentis se pueros conferuent, & abstin-

neant

neant ab illis, quatenus conuenirijs, qui ad prædicta myste-
ria, iure suo, vt Gentiles loquuntur, accedere possunt. Dat
porro mandatū, vt tū cubitus, quo Nili inundationē me-
ūri solent, tum monimēta vetera auitaq; ad Serapidē per-
tinentia restituantur. Ea nanque iussu Cōstantini ecclesiæ
allata fuerunt. Itemq; ad cōmune consiliū persæpe scrip-
psit ciuitatū illarum, quas ad Gentilium religionē conuer-
sas intellexerat: hortatus, vt quæcunque vellent dona abs-
se peterēt. At vrbes, quæ in fide Christiana perseuerabāt,
ei admodum inuisæ fuerunt: adeo vt neque eas adire ipse,
neque legatos illarum, cum de eis, qui ipsis grauiter incom-
modassent, conquestū venissent, admittere voluerit. Verbi
gratia: cum Persæ, eo tēpore in fines imperij Romani irru-
ptionem facturi expectarētur, Nisibinis, qui legatos ad eū
de hac re miserant, quoniam fidei Christianæ omnino ad-
hærescebant, & neque delubra aperire, neque sacra idolo-
rum frequentare volebant, idcirco minatus est se neq; sub
fidio illis venturum, neque excepturū legatos eorū, neq;
in ipsorū urbē, vt pote scelere cōtaminatā prius ingressurū,
quā illi suo hortatu persuasi se ad Gētiliū religionē trās-
ferrent. Porro ciuibus Constantiæ, quæ est vrbs Palestingē
nō dissimilia obiectabat crimina, eorūq; ciuitatē ciuibus
Gazæ tribuit. Illam nanque urbē Constantiā, sicut ex supe-
riore sermone didicimus, cū esset nauale Gazæ ciuitatis,
& Majuma vocaretur, Cōstantinus simul vt intellexit eā
religioni Christianæ in primis deditā esse, ciuitatis hono-
re decorauit, filijq; Constantij appellauit nomine, atq; de-
dit mandatū, vt sui iuris esset, suisq; legibus ipsa se guber-
naret: arbitratus sane iniquum esse, vt ditioni Gazæ, vrbs
superstitioni Gentiliū supra modū addictæ, pareret. Verū
vt primū Iulianus ad imperiū regendū accessit, ciues Gazæ
Constantiæ ciuibus litē intendebant. Atq; Iulianus cō-
stitutus iudex, Constantiā, quæ Gaza abest circiter vigin-
ti stadia, Gazæ adiudicauit. Quæ ex eo tēpore suo priore
nomine orbata, pars vrbs Gazæ maritima nūcupatur. Ma-
gistratus autē ciuiles, belli duces, & resp. vtriusq; cōmunis
est: soloq; ecclesiæ statu & gubernatiōe duæ videntur hoc
tēpore ciuitates distinctæ. Nā vtraq; seorsum suū habet e-
piscopū, suū clerū, celebres quoque dies festos martyrum,
memorias

memorias episcoporum qui in ipsis ecclesiam rexerint, dī-
stinctos deniq; agrorū vndiq; iacentiū fines, quibus etiā
altaria ad vtrunq; episcopatū spectātia distinguūtur. Itaq;
quidā episcopus Gaza, qui hac nostra vixit ætate, episco-
po mortuo, qui antē ecclesiā Maiumatensem administra-
uerat, laborauit, vt vterq; clerus sibi subijceretur: nō enim
fas est, inquit, vt vni vrbi duo præficeretur episcopi. At cū
Maiumatenses huic rei refragarentur, cōciliū gentis illius
in vnū locū coactū, causam cognouit: alterū creauit epif-
copū. Nam iniquū oīno existimauit, vt qui ob pietatē pri-
uilegia ciuitatis recepissent, ij tamen iudicio Gētilis im-
peratoris statū sacerdotij mutatū haberent, ordine ecclesi-
astico & honoribus sibi olim tributis penitus spoliarent.
Cæterum ista post, hoc modo accidisse accepimus.

*Quibus malus Iulianus Cæsarienses affecerit, &
de Maris Chalcedonensis episcopi linguæ in lo-
quendo libertate. CAP. IIII.*

SVbidē tēpus imperator iste Cæsareā ad montē Argiū
sitā, urbē amplā, locupletē, & regionis Cappadocię pri-
mariā, ex numero ciuitatū deleuit, & Cæsaris priuauit
nomine: quod quidē nomē regnante Claudio, cū Maza iā
antē appellata fuisset, obtinuerat. Nā cōtra ciues eius ciui-
tatis dudū grauissimū odiū conceperat, tum quod oēs fi-
dem Christianā profiterentur, tū q̄ olim, sana Iouis, vrbs
patroni, & patrij Apollinis diruissent. Quinetiā vniuersæ
ciuitati grauiter succensuit, iratusq; est, q̄ tēplū Fortunæ,
quod solū, eo regnāte, supererat, à Christianis euersum es-
set: atq; Gentiles, qui in ea vrbe pauci numero erant, valde
incusauit, quod nō illud facinus vlti fuissent, & si fortē ca-
lamitatis aliquid ideo subeundū esset, q̄ nō libētibus ani-
mis pro Fortuna subijissent. Oēs præterea opes, oēmq; pe-
cuniā ecclesiarū tum in cæsarea tum in confinjs eius posi-
tarū diligenter vestigari, inq; mediū afferri: atque statim
trecentas libras auri ærario publico solui, & clericos oēs
in numerū militū, qui præfecto illius regionis parebāt, af-
scribi iussit: quæ res & plurimū sumptus requirit, & in ex-
ercitibus Romanis maximo probro ducitur. Itemq; mul-
titudinē Christianorū vna cū vxoribus & liberis censerit,
& non

& non aliter atq; in pagis fieri solet, tributa p̄sūtare mādauit. Atq; cū iureiurando minatus est, neq; ab ira se, neque ab affligenda ciuitate temperaturum, neque permisurum Galilæis (sic enim Christianos per contumeliam appellare solet) capita sua ceruicibus retinere, nisi delubra idola quàm primum de integro extrueret. Cuius minæ foras se ipsa expletæ fuissent, nisi celerius ipse è vita migrasset. Siquidem initio non propterea misertus est Christianorum, quòd clementior fuit ijs, qui iam antè ecclesiam persecuti fuissent, sed quòd ex præteritis rebus comperit supplicia Christianis irrogata, nihil ad confirmandam Gentilium religionem attulisse adiumenti, sed eo pacto fidem Christianam maximè auctam esse, & fortitudinem eorum, qui pro illa mortè sua sponte oppetiuerāt, multò plus splendoris & gloriæ consecutā. Vnde non quòd illis parcebat, sed quòd gloriam hanc eis inuidebat, haud necesse celsiuit ad eos de sententia deducendos, vel igni, vel ferro, vel verberatione corporum uti, vel in mare demerere, vel viuos in terram defodere, quæ antea studiose ab alijs tyrannis facta fuissent, sed ratione & hortationibus populos persuadendos esse putauit, vt ad religionem Gentilium se reciperent: & ita se, quod instituerat, facile perfecturum, si nō vi illos cogere conaretur, sed præter omnium opinionem clemens erga eos & humanus videretur. Nam ferunt Marin Chalcædonis episcopum ei Constantinopoli fortunæ sacrificanti accessisse, palam vt impium contumelijs affectis, *ἄθεος* id est, auersum à deo, & desertorè fidei appellasse: Iulianum autem ei solam cæcitatē (venerat enim vt pote senex, & suffusione oculorum laborans, alterius manu ductus) probri loco obiecisse. Sed vbi irridere etiam, & in Christum, vt solet, blasphemiam loqui cœpit, dice-reque, non te Galilæus, deus tuus, sanabit, Marin respondisse: at ego gratiam deo meo habeo, quòd cæcus sum, ne te, qui à pietate excideris, oculis aspiciam. Imperatorè igitur nullo dato responso eum præterijisse. Putasse enim eo pacto religionem Gentilium multò magis roboraturum, si se populo Christiano præter omnium expectationem patientem & mansuetum ostenderet.

Quòd in

Quòd in exiliū pulsos Christianos reuocauit, vt hoc pacto ecclesiam magis diuexaret, & qua mala contra Christianos excogitauit.

CAPVT V.

DVm hæc acri studio molitur, omnes, qui propter religionē, regnante Constantio, in exilium pulsi fuerāt, reuocauit, & proscriptis bona sua lege restituit. Quinetiam populo præcepit, ne quis quenq; Christianum vel iniuria afficeret, vel contumelia, nèue ad immolandum eos inuitos traheret. Qui autem eorum sua spōte ad aras forte accederent, vt hi primum dæmones, quos Gentiles ἀποθωσάσιους, id est, depulsores malorū vocat, placarent, iussit, & expiationibus, quibus ipsi vti solent, purgantur. At clericis omnem immunitatem, honorem, & frumenti congiaria ipsis à Constantio donata, ademit: legesq; eorū causā cōditas abrogauit, & eos denuo curijs ad dixit. Porro à virginibus & viduis, quæ in clerū erant propter egestatem ascriptæ, ea exigi mandauit, quæ ante ab ærario publico acceperant. Nam cum Cōstantinus res ecclesiæ ritè disposuisset, ex vectigalibus cuiusque ciuitatis ea, quæ erant satis ad res comparandas necessarias, clero cuiusque ecclesiæ erogauit, illudq; lege stabiliiuit: quæ lex ex eo tempore, quo moriebatur Iulianus, hætenus diligenter obseruata fuit. Hanc exactiōnem multò crudelissimā fuisse & acerbissimam prædicant. Atq; tabulæ à patribus cōfectæ, ad eum finem, vt res, quas ex lege Cōstantini acceperant, ita demonstratæ, restituerentur, de his, quæ erant à Iuliano exacta, planè testificari possunt. Verùm imperator odiū aduersus religionem Christianam conceptū, non his rebus exsaturauit, sed flāma iræ contra fidē incensus, nullū perditū conatus genus prætermisit, quò ecclesiā dei euerteret. Nam pecuniam, monimenta, vasa sacra ex ea abstulit, delubra, regnante Cōstantino, & filio etiam Cōstantio diruta, eos, qui ea demoliti fuerant, aut denuò ædificare, aut pecuniæ summā, quæ ad illud præstandum satis æstimaretur, persoluere coegit. Atq; non modò hi, qui neutram harum rerum præstare poterant, verùm etiā sacerdotes, clerici, & alij multi Christiani, dū de pecunijs, quæ sacra etiā,

& ec-

& ecclesiarū propriæ, inquisitio fieret, grauius torquebatur & in carceres etiam conijciebantur. Quare ex his omnibus cōiectura capi potest eum, quanquam in cadibus faciendis, & supplicijs ad corpus cruciandum excogitandis, paulò moderatior fuit his, qui antè ecclesiam fuerant persecuti, in alijs tamen rebus longe fuisse crudeliorem. Nam constat illum in omnibus acerbè & grauius eam afflictasse, præterquam quòd episcopos & sacerdotes temporibus Cōstantij exilio addictos reuocauit. Ac fama est eum non misericordia adductū istud de illis mādatum dedisse, sed vt vel ipsi ob mutuam inter se susceptam contentione, bello intestino oppugnant ecclesiam, & à suis ipsorū legibus institutisq; desciscerent, vel vt ille ipse Cōstantij existimationem maleuola obrectatione læderet. Nam eiam mortuo odiū per vniuersum imperiū se cōciturum putabat, si tum Gentiles, vt suæ religionis fautores, obseruantia coleret, tum his, qui eo regnante, propter Christum grauius cruciabantur, tanquam iniuria affectus misericordem se præberet. Quinetiam eunuchos velut in eū beneuolos, è palatio exegit. Eusebium item, qui in eius aula principem locum tenuerat, morte multauit. Et enim cum isto priuatim sibi intercedebant inimicitia, propterea q̄ Gallum fratrem insidijs ab eo paratis interfectum suspicabatur. Aetiū porò hæresis Eunomianæ authorem exilio à Constantio condemnatum, & suspectum præterea, ob consuetudinem quam cum Gallo habuerat, literis per humanitatis scriptis, factaque ei potestate quoque iumentorum, quæ ad cursum publicum subministrari solent, ad se accersiuit. Adde his Eleusiu episcopum Cyzici, cui simili de causa tum in mandatis dedit, grauisima multa ei præscripta, vt suis sumptibus intra bimestre spatiū ecclesiam Nouatianorum, quam imperante Cōstantio, diruerat, denudò ædificaret. Denique alia etiam cōplura reperire licet, quæ propter odium imperatoris Cōstantij ipse partim fecerat, partim ab alijs fieri permiserat.

Quòd Athanasius apud virginem quandam pudicam & formosam delitescens, post septem annos exactos comparuit, & Alexandriam ingressus est.

CAPIT. VI.

Eodem

Eodem tēpore Athanasius, qui hætenus eodē in loco delituerat, in quo ætatē antè degerat, nūtiata Cōstantij morte noctu in Alexandriæ ecclesia visus est. Quæ res oibus permagnā ideo admirationē excitabat, q̄ adeo repente præter expectationē omniū acciderat. Nā cū fraudulētō impulsu necessariorū Georgij, & imperatoris mādato, præfectus ordinū militariū Aegypti sedulo conatus eū cōprehendere, vt supra demonstratū est, minimè, quod volebat, consecutus esset, Athanasius fuga ex eius manibus elapsus, ad imperium Iuliani, quo de nūc agitur, apud quādā sacratā virginē in ipsa vrbe Alexandriæ latitauit: quā quidē virginē pulchritudine tantū oibus illius temporis mulieribus antecelluisse accepimus, vt sicut oibus in eam intuentibus miraculū putabatur, sic viris modestiā & continentiā profitētibus fugienda videretur, ne ex suspitione labe aliqua ipsis aspergeretur infamiae. Erat enim in ipso etiam ætatis flore pudica cum primis & casta: quæ res, etiā si naturæ adiumentū ei nō accedat, asferre tamē ad insignē corporis pulchritudine solet nō parū ornamenti. Nā vt verū dicamus, nō vt quibusdā placet, qualia sunt corpora, tale cōsueuisse esse animū, sed ex animi institutis mores corporis effingi solere: & qualē rē quisq; forte aīo instituat, tale ipsum quoq; videri eo tēpore, quo eā instituat. Cui quidem sententiæ, nemo certe credo, si modò in eā accuratè inquiret, oīno cōtradiçtorus est. Athanasiu autē ferit diuina visione, quæ eū ita saluū fore submonuerat, impulsū, ad hanc virginē profugisse: ac mihi profecto in rei euentū intuenti ista nō sine diuina prouidentia administrata videntur: vt scilicet tum Athanasii necessarijs, si quis ab eis curiose de eo quære aggredere, vel iurare cogeret, nihil exhiberetur negocij, tū ille ipse apud hanc occultatus, tuto posset delitescere: quæ quanquam ob pulchritudinē non satis integrū putauit, vt sacerdos secū ætatē degeret, ne in de in suspitionē voceretur, tamē propter animi magnitudinem cum in suas ædes excepit, & summa prudentiā & cautione adhibita, seruauit incolumen, & tam fidam custodem, ministramq; tam sedulam ei se præbuit, vt pedes eius lauaret, & res ad victum necessarias, aliasq; etiam oēs, quas natura, dū vrget necessitas, nos subire cogit, ipsa

O ij sola

sola subministraret: quinetiā libros, quibus opus habebat, ab aliis pro eo mutuō acciperet: & tamen ista ad prolixū temporis spatium facta essent, tamen ne vnus quidem ex ciuibus Alexandrinis omnino ea cognosceret.

De Georgii episcopi Alexandrini propter ea que in Mithris acciderunt, interfectione, & quod interfectus ca melo impositus, contumelia causa pupulo spectandus circumducebatur, & quid ea de re scripserit Iulianus, de Theodorito sacrorū Antiachie vasorum custode, & quod propter ea Iulianus præuicatoris auunculus, genitalibus eius à vermibus exessit, interit. CAP. VII.

Athanasius igitur ad hunc modum cōseruatus, & præter omnium expectationem in ecclesia visus, vnde venisset, ne vnus quidem intellexit. Populus autem Alexandrinus maximo ob hanc rem exultans gaudio, ecclesias illi reddidit. Quare Ariani inde eiectione, priuatis in ædibus separatim cōuentus egerunt, atq; Luciu pro Georgio, suæ hæresis episcopum designarunt. Siquidem Georgius iam casu fuerat interfectus. Nam simul ac magistratus palam prædicarunt Constantium de vita decessisse, & Iulianum imperatorem declaratum esse, multitudo Gentiliū Alexandriam incolentium seditionem conflauit. Atque clamore edito, & conuitiis iactatis, impetū in eum faciunt, velut iamiam interfecturi. Verū impetu in præsentia represso, illo quidē tempore eum in vinculis solū tenebant: sed non ita diu post, prima luce properē ad carcerē cōcurrentes, illū trucidabant. Quem deinde camelo imponunt, totūq; diem cōtumeliis lacerant, postremō sub crepusculū igni cremandum tradunt. Neque tamen me fugit Arianos prædicare hanc cladem à fautoribus Athanasij Georgio inflictam esse. Verū facilius adducor, vt credam facinus Gentilium fuisse, cum cōsydero multo plures odij in eum causas illis suppetiuisse: maximē autem omniū, quod ipsorum statuas & delubra cōtumeliosè deformasset, & sacrificia ac ritus patrios prohibuisset. Auxit itē in eū odiū potentia, quam in aula consecutus fuerat. Siquidem populus erga eum non aliter ac solet erga homines, qui potētia

& autho-

& autoritate multū valēt, animo affectus, eum planē intolerandum putauit. His accedit facinus quoddā id tēporis fortē fortuna in loco, quē illi Mithriū appellant, admissū. Quem quidē locum olim ab hominibus desertū, Cōstantius ecclesiæ Alexandrinæ donauerat. Georgio autē eum perpurpare aggredienti, quō ecclesiā ibi extrueret, abditus quidā recessus extitit: in quo statua fortasse, & instrumēta quædam eorum, qui vel alios mysterijs demonū quondā ibi initiare, vel ab aliis initiari solent, reperta sunt, quæ inspectatibus ridicula certē, & admodū peregrina videbātur. Quæ Christiani in loco publico pposita habere ludibrio, & Gentiles irridere ceperunt. Gentiles igitur in vnū locum frequentes cōgregati, pars gladiis, pars lapidibus, pars aliis instrumētis, in quæ fortē incidebāt, se armantes, Christianos odoriri, ac multis occisis, alios ad religionis nostræ contumeliā cruci suffigere, plurimis grauiā imponere vulnera. Itaq; Christiani opus, quod inceperant, inchoatū reliquerunt: Gentiles verō, Iuliano imperatore iam declarato, Georgio necem artulerunt. Atq; istud quidē ita se habere testis locuples est imperator ipse: quod sanē minimē confessus fuisset, nisi esset à veritate cōpulsus. Maluit enī mea quidē sententia Christianos, q̄ Gentiles Georgij fuisse interfectores. Sed tamen facinus minimē occultabat. Nam videtur in epistola ad Alexandrinos de hac re conscripta grauius illis succensere: sed literis solum eos coarguit: supplicium cōdonauit, reuerētia, vt ipse ait, adductus cum erga Serapidē, eorum cōseruatorem, tum erga Alexandrum conditorem vr̄bis, tum deniq; erga Iulianum suum auunculum: qui antea Aegypto, & Alexandria præfuerat: vir Gentiliū superstitioni cum primis deditus, & in Christianos grauissimo odio incensus: adeo vt quantum in ipso situm erat, contra imperatoris voluntatem Christianos ad eadem vsq; & sanguinis effusionem afflictarit. Nam memoriæ proditū est, cum id tēporis seridē moliretur pretiosissima monumenta ecclesiæ Antiochenæ in Syria posita, quæ quidē plurima erāt numero, in imperatotis araria tras ferre, & ecclesias quoq; occludere, omnes illius clericos fugæ se mandasse, solūq; Theodoriū presbyterū, minimē ab vr̄be secessisse: quē quoniā Theaurū istū, vtpote eius cu-

Ros, iudicare poterat, Iulianus primū cōprehendit: deinde verberibus grauius cędit: postremō cū questioe de illo omni tormētī genere habita, forti animo & virili respōdisset, seq; in confessione fidei præclarū virū ostendisset, securi feriri mandauit. Vbi verō vasa sacra abripuerat, proiectis illis in terrā, cępit petulāter in Christū illudere, blasphemias pro sua libidine iacere, ad extremū super vasa sedere, sicq; factā iam contumeliā adaugere. At illico post, membrū genitale, & meatus illi, quos natura ad necessitatē circa illud locauit, ei cōtabelcunt: & carnes illis corporis partibus circundatę, putrescentes in vermes cōuertuntur: morbus deniq; ita creuit, vt artē medicorū lōgē superaret. Nihilominus tamē medici partim reuerētia erga imperatorē, partim metu adducti, nullū nō medicamētī genus in eo expri sūt. Et quāq; cōplures aues magno pretio cōparatas macētates, pinguedinē earū ad partes putredine exelās applicabāt, & vermes ad cutis euocabant extremitatē, nihil tamē pfece- runt. Nā in intimis partibus abditī, ad carnes viuas integrasq; serpsere, & nūq; à rodēdo destitire, donec hominē enecassent. Itaq; hanc cladē, vt vidēt, ira diuina ei inflixit: quod etiā accidit tū thesauri regii custodi, tū aliis nonnullis ad amplos dignitatis gradus in aula imperatoris elatis: qui cōtra ecclesiā iuueniliter insultantes, velut ab ira diuina condemnati, exitum vitę, vt mirandum, ita planē miserabilem consecuti sunt.

De sanctorum Eusebii, Nestabii, & Zenonis, in ciuitate Gaza martyrio. CAPVT VIII.

Sed quoniam huc nostra prouecta oratio est, & de Georgij & Theodoriti necē disseruimus, tempus iā vidēt postulare, vt de Eusebio, Nestabo, & Zenone fratribus mentionē faciamus. Quos populus Gaza eodem tēpore odio persecutus, domi occultatos cōprehendit: ac primum cōiicit in carcerē, flagrisq; cędit. Deinde oēs ad theatrum cōuenire, & cōtra eos grauius propterea vociferari cęperunt, q̄ sacra ipsorū profanassent, eis dēq; ad religionē Gētiliū delendā, afficiēdāq; cōtumelia superioribus tēporib; abusi fuissent. Qui partim clamando, partim se inuicē incitando, ira accensī, in eorū necē auidē feruntur. Atq; ipsi se mutuo instigantes, quod à populo in seditione fieri solet, ad car-

ad carcerē cōcurrere: eosq; inde deductos, modō pronos, modō supinos trahere, interdū ad terrā allidere, iā cedere, alij fixis, lignis alij, alij aliis rebus fortuito oblati, sicq; crudelissimē interfecerūt. Accepi etiā mulieres à textrinis egressas, radiis illos cōfodisse. Quinetiā coqui in foro pars lebetes aqua feruētī ebullientes à focus arripere, inq; illos effundere, pars verubus transigere. Vt verō eos discernerant, & capita ira cōferegerant, vt cerebrū in terrā efflueret, extra urbē deducūt ad locū, in quo animalia expertia rationis mortua proici solēt. Atq; accēso rogo, eorū corpora cōburūt: reliqua autē ossa, quę ignis neutiq; absumpserat, ossibus camelorū & asinorū, quę ibi proiecta erant, admiscēt: adeo vt perdifficile esset ea inter tot ossa reperire. At tamē nō diu sic latuerūt. Siquidē mulier quēdā christiana, quę nō ex vrbe Gaza orta fuerat, sed ibi suū domiciliū collocauerat, iussu diuino ea noctu ex aliis ossib; selegit, Atq; in ollā iniecta Zenoni eorū cōsobrino seruanda dedit. Nā ita deus ei mandarat in somniis, & virū etiā mulieri indicabat, quo in loco atate degeret, & antē, q̄ eū videret, ostendebat. quandoquidē & ei ignotus erat, & propter persecutionē quę recēs cōcitata fuerat, in occulto latitabat. Nam parū aberat, quin ipse quoq; à Gazę ciuib; cōprehensus, trucidatus fuisset. Qui dū populus in cōsobrinis eius necandis occupatus teneret, nactus tēpus idoneū p̄fugit Anthonē urbē maritimā, quę Gaza aberat circiter viginti stadia: quęq; id tēporis similiter superstitioni Gētili dedita erat, & cultu ac veneratione statuarū cęcata. Vbi verō p̄ iudices ibi Christian; cognoscit, grauius virgis ab Anthoniis tergo cęsus, eiicitur vrbe: & ad nauale Gazę p̄fect; ibi abscondit; delituit. Quo in oppido mulier in illū fortē incidēs, reliquias dedit. Qui ad tēpus eas domi seruauit. At vbi episcopatū illius ecclesię sortitō capit (quod quē accidit regnante Theodosio) extra urbē extruxit ecclesiā, & altare in ea erexit, martyriq; reliquias ibi reposuit propter reliquias Nestoris confessoris: qui cum istis Zenonis cōsobrinis, dū viuerēt, vnā versatus fuerat atq; simul cū illis à populo cōprehensus, vinculorū factus erat, & plagarū focus. Quę cum inter trahendum, qui eum traherēt, pulchrū habere corpus viderent, eius miseri sunt, & antē por-

tas vr̄bis adhuc spiratē quidē, expectātem tamē breui mo-
riturū, proiecerūt. Quē quidā inde sublatū ad Zenonē de
portabāt: apud quē dū vlceribus eius & plagis adhitē sunt
curationes, ē vita migravit. Ciues autē Gazę, dū facinoris
ā se admīssi considerant magnitudinem, supra modum ex-
timefcere incipiūt, ne imperator ipsos inultos minimē re-
linquat. Tam enim fama emanauerat, quod agrē admodū
ferebat, & decimum quēq; ē populo necare constituerat.
Sed hoc perspicuē falsum erat, & rumor solum, vt credibi-
le est, popularis: qui multorum animos conscientia male-
ficiorum exterritos occupauerat. Nam imperator hoc faci-
nus ā ciuibus Gazę perpetratum (quemadmodum pro sce-
lere quod contra Alexandrinos ā gentilibus in Georgiū
cōmissum est fecerat) ne literis quidē coarguit: sed solum
eum, qui illius gentis tum præfectus erat, magistratu abdi-
cauit: habuitq; pro suspecto, & in iudicium adducens, hu-
manitatis officium esse duxit, eum morte nevtiquam cō-
demnare. Eum tamen vehemēter inculabat, quod quodā
ex ciuibus Gazę, qui seditionis & cædis authores dicebā-
tur, in vinculis tenuerat eo consilio, vt secundum leges pe-
nas persoluerent. Nam quid causę erat, inquit, cur ad sup-
plicium abducerētur hi, qui paucos Galilæos pro iniurijs,
quas ipsis sæpe ac deis suis intulerant, probē vlti fuissent.
Atq; hæc quidē ā multis sunt hoc modo commemorata.

*De sancto Hylarione & virginibus Eliopoli ā sui-
bus interemptis, & de inaudito Marci Arethu-
sorum episcopi martyrio. CAP. IX.*

PEr idem tempus Hilarione etiam monachus ā populo
Gazę quæsitus, profugit in Siciliā. Ibi ligna ex de-
sertis montibus colligens, & humeris portans, quadā
in vr̄be ea vendidit: eoq; pacto quantum sat erat ad quoti-
dianum victum sibi comparauit. Verū tandē ā viro quo-
dam nobili dæmone agitato, quo ipsum liberauerat, quif-
nam & qualis esset, indicatus, concessit in Dalmatiā. Qua
in regione quoque cū maxima miracula diuina virtute edī
disset, adeo vt mare eius præcibus recessu prohibitu, aridū
vnēiq; in iudicatione obruisset, inde denuo secessit. Nam ei
haud volupe erat apud eos, qui ipsum laudarent, commo-
rari.

rari. Itaque loca subinde cōmutando obscurus esse, & cele-
brem famam de eo peruagatam crebris migrationibus dele-
re laborauit. Postremō Cyprum præteruectus, Paphū ap-
pulit: atque rogatu illius, qui tū Cypri erat episcopus, ibi
commorari contentus est, inque loco, qui Charbyris dici-
tur, monasticum vitæ genus excoluit. Quod autem mar-
tyrio iste nō occubuerit, fuga in causā fuit. Atq; fugiebat
propterea, quod sanctum euangelij præceptum est, vt perse-
quentes nos non expectemus. Quod si qui cōprehensi fu-
erint, vt animo excelsio sint & robusto, vimq; & violentiā ā
persecutoribus illatam strenuē euincāt. Neq; hæc scelera,
quæ supra ā nobis sunt narrata, apud ciues Gazę solū, & A-
lexādrinos cōtra Christianos admīssa erāt, sed qui Heli-
opolim ad Libanum sitam, & Arethufam Syrię incolūt, hos
crudelitate longe superasse videntur. Nam isti virgines sa-
eras (incredibile quidem dictū, nisi quidam eorū, qui eo-
dem tēpore vixerunt, idē ipsum narrassent) quæ ā populo
conspici minimē solent, in loco publico veste nudatas, tū
ad commune omnium, qui eas intueri volebant, spectacul-
um, tum ad ipsarum contumeliā consistere cogebant: atq;
vt primū eo, quo libitu erat, modo in eas insultarāt, ad ex-
tremum illarum capillum tōdebant. Quin etiam eas dis-
cecabant bifariam, & ad illarū intestina deuoranda porcōs
prouocabant, viscerū extremitate consueto illis alimento
operta, quō porci nō tam facile ea internoferent, sed cō-
suetum alimentū necessariō appetentes, carnes etiā huma-
nas discerperent. Ad hanc quidē contra sacratas virgines
crudelitatē, vti conuicio, Heliopolitani adacti sunt ex eo,
quod vetitū ipsis fuerat, ne virgines suas, sicut patrius mos
antē tulerat, homini fortuitu occurrenti prius stuprandas
traderent, q̄ cū viris, quibus desponsæ erāt, cōgrederētur.
Nā Cōstantinus sano Veneris Heliopoli diruto, primus
apud eos ecclesiā edificauerat, legeq; prohibuerat, ne cō-
suetā supra admitterēt. Porro autē Arethufij Marcū suū
episcopū iam admodū senē, canicie & vita piē acta vene-
randum, miserabiliter occiderunt: quippe cōtra eū iā pri-
dem odium conceperant, tū quod Gentiles eius impulsu
multo alacrius, q̄ suafu imperatoris Constantij, se ad fi-
dem Christi transtulerant, tum quod delubrū apud ipsos

longè augustissimū magnificētissimeq; extractū, ab illo de-
turbatū fuerat. Vbi verò imperiū Iuliano delatū est, vidēs
populū in se cōcitātū, simulq; imperatoris edicto vel vt pe-
cuniaz summā, quæ satis æstimaretur ad delubrū de integro
extruendū, persolueret, vel ipse idē denuo ædificaret, con-
dēnatū, animoq; cōplexus neutrū à se posse fieri. atq; præ-
fertim posterius, quòd ne Christiano quidē fas erat, nedū
episcopo, primo tēpore fuga suæ vitæ cōsuluit. Verūm vt
intellexit multos propter se in discrimē venire, tū distra-
ctiōnē membrorū, tum iudicia, tū tormēta cū his cōiuncta
subeundi, rediit Arethusam, & sua sponte se populo tradi-
dit, vt quod libitum erat, in ipsum ederent. Illi autem ob
idem ipsum factum, quod vt homine verè pio & sapiente
dignum laudare debuerant, ab eo se cōtemni arbitrati, om-
nes gregatim in eū irruere, raptare per plateas, trudere, vel-
lere, singuli denique membra promiscuè ferire cœperunt.
In hoc facinus non viri solum, sed mulieres etiā, & alij om-
nes cuiuscunq; essent ætatis, studio alacri & ira quoq; in-
censī, acriter incumbebant: adeo vt etiam aures eius tenui-
bus quibusdā funiculis auellerēt. Pueri præterea, qui se ho-
las frequentabant, factum hoc pro ludo habere. Quinetiā
eum in sublime elatum, instar globi inter se voluere vltro
citroq; , tum ab se proicere, tum denuo excipere stylis, qui-
bus eum acerbè & crudeliter pupugerunt. Vbi verò cor-
pus vulneribus vbiq; deformatū erat, & ipse nihilominus
adhuc spiritum ducebat, illum melle & liquamine vngunt,
imponunt in sportulam, quæ tota ex iuncis contexta erat,
in sublimi denique suspendunt. Quo quidem tempore, cū
vespæ & apes ad eum aduolarent, carnēq; eius exederent,
ferunt eum Arethusis dixisse, se in sublimi positū esse, vi-
dereq; eos infra humi repentes: quare ea, quæ tum sibi tum
eis post euentura essent, præsignificasse dicunt. Traditum
est præterea eum, qui tum illius loci præfectus erat, virum
licet superstitioni Gentilium imprimis deditum, moribus
tamen alioqui adeo præstabilem, vt etiā adhuc celebris fa-
ma de eo percrebescerebat, Marci constantiā & patientiā ad-
miratum, liberè imperatorē tū admonuisse, tum incusasse,
propterea quòd ipsis ab vno sene, qui tot & tam grauibus
tormentis adeo magno ac forti animo se opposuerat, deui-
ctis,

ctis, turpis meritò nota inureretur dedecoris, & tū ipsi om-
nibus ridiculi, tum illi quos contra eiusmodi facinora edi-
derant, illustres & gloriosi viderētur. Itaq; beatus iste Mar-
cus tā generosa mēte Arethasiorum furori, & multiplici-
bus tormentis ab illis sibi inflictis restitit, vt etiam sit ab ip-
sis Gentilibus magnam laudem consecutus.

*De Macedonio, Theodulo, Tatiano, Bucere, Basilio, & Euphychie,
qui ea tempestate vitā martyrio finiunt. CAP. X.*

Eodem tempore Macedonius quoq;, Theodulus, &
Tatianus genere Phryges, martyrium excelsis animis
subierūt. Nam cum Myri, quod est oppidū Phrygię,
præfectus illius prouincię delubrum ibi aperuisset, & illud
ipsum temporis diuturnitate sordibus oppletum perpur-
gasset, isti noctū in illud ingressi, simulachra confregerunt.
Vt verò alii, tanq; huius facinoris authores fuere compre-
hensi, & iam erant supplicium ea de re subituri, hi se ipsos
indicarunt. Ac cum liceret ipsis nihil sustinere incōmodi,
si modò idolis immolare vellent, præfectus quoniā nullo
modo poterat ei persuadere, vt vel hac re vna pro delictis
admissis satisfacerent, multis eos ac variis tormenti generi-
bus afflixit. Postremò in craticulas subdito igni, imposuit.
Qui cum arderēt, dixere præfidi. Si carnes alias cupis, Ama-
chine (hoc enim illi nomē fuit) versa altera nostra latera ad
ignē, ne si semiasi simus, tibi gustanti insuaues videamur.
Atq; hi quidē ad hunc modum viriliter decertātes, mortē
in tormētis obierunt. Aiunt præterea Busrim Ancyre, quę
est vrbs Galatię, nobile ac strenuū pro fidei cōfessione cer-
tamen cōfecisse. Quē tum quidē hæresis eorum, qui Eucra-
titæ vocabantur, fautorē, præfes prouincię illius, quòd iu-
ueniliter in ritus Gentilium insultauerat, cōprehendit, eg-
dereq; verberibus constituit. Atq; publicum in locum ad
equuleum deducēs, sublimē suspēdi iubet. Tū Busris ma-
nibus ad caput sublatis, sua nudauit latera, & ad præsidem
dixit: non esse opus, vt lictores in ipso tum in equuleū tol-
lendo, tum inde rursus deponēdo laborē frustra suscipent.
Se enim absq; eorū opera, quo ille veller modo, latera sua
præbere tortoribus paratum esse. Quā eius pollicitationē
licet præfes admiraretur, tamē in experiundo multò magis
obstupuit. Nā cū latera eius vnguibus tātisper lacerarētur,
dum

dum visum esset præfidi, manibus ad cælum sublatis, patienter admodum tolerauit. Ac plagas libèti animo excipiens, in vincula postea cõiectus est. Nò diu autè pòst eum nuntiatum erat, Iulianum interfectum esse, inde dimissus est: & ad imperium vsq; Theodosij vitam propagauit, cõdemnatq; sua priore hæresi, se ad ecclesiam catholicam recepit. Fertur itè Basilium presbyterum ecclesie Ancyræ, & Eupfychium ex patritiis Cæsareæ Cappadociæ oriundum, qui nuper duxerat uxorem, & etiamnum velut sponsus nouus erat, eodem tempore per martyrium vitam migrasse. Eupfychius quidem, quantum ipse coniectura assequi possum, propter fanam Fortunæ, quo de id temporis diruto Cæsareæ ciues, vt supra demonstrauimus, ad vnum omnes in imperatoris odium incurrerant. Qui autem ad illud demoliendum manus ipsi admouebant, pœnas dederunt, partim multati morte, partim exilio condènati. Basilium autè religionis Christiane per studiosus, quamdiu regnauit Constantius, tamdiu Ariani duntaxat impugnantis operam nauauit, & eam ob causam sententia & decreto Eudoxianorum conuentus agere, prohibitus est. Sed vbi Iulianus solus administrabat imperium, varia circuiuit loca, quò sedulo hortaretur Christianos, vt suæ religioni mordicus adhærescerent, & ne Gentilium victimis se, & libamentis polluerent: proque nihilo duceret honores ab imperatore sibi delatos. Eos enim ad tempus solùm durare, & ad extremum mercede sempiterni exitii remuneratum iri. Dum ista sedulo molitur, non in suspitionem solum à Gentilibus, sed etiã in odiũ vocatur: stansq; in loco publico, ac videns eos hostias immolantes, grauius ingemiscit: orat Deum, vt nullus Christianus illo errore capiat. Ob quam causam illico cõprehensus, traditur præfidi prouincia: atque in singulis certaminibus multa perpeffus tormenta, constanti animo ac virili martyrium sustinuit. Atque tametsi ista quidem hoc modo præter imperatoris Iuliani sententiã acciderunt, tamen constat alios non paucos, eosq; generosos viros, eo regnante, atq; adeo volente, martyrio occubuisse: De quibus omnibus, licet variis temporibus martyrium subirent, vno tamen in loco, quò planior fieret historia, pariter disseruimus.

De

De Lucifero & Eusebio Occidentalibus episcopis, & quòd Eusebius simul cum magno Athanasio reliquisq; episcopis, concilio Alexandria cõuocato, Nicenam fidem corroborarunt. Spiritum sanctum eiusdem esse cum patre & filio naturæ decernentes, & quid de substantia & subsistentia constituerint. CAP. XI.

Post reditum Athanasij, Lucifer Carallorum, quod est oppidum Sardinie, episcopus, & Eusebius Vercellarum, quæ est vrbs Ligurie in Italia, ex Thebis superioribus reuerterunt. Nam ibi, regnante Constantio, in perpetuo exilio ætatem degere iussi fuerant. Eusebius autè, quò res ecclesie cõmuni cõsensu corrigerentur, cõcessit Alexandriam, vt concilium vnã cum Athanasio ad decreta concilij Niceni stabilienda cogeret. Lucifer verò, diacono vnã cum Eusebio, qui pro se concilio interesset, misso, Antiochiam, quoniã ecclesia illa iam tumultibus perturbata erat, (nam & Ariani, quorum antistes fuit Euzoius, inter sodiuisi sunt, & fautores quoque Meletij, vt antè disseruimus, à suæ opinionis & doctrinæ hominibus dissenserunt) rectè proficiscitur: ibiq; cum Meletio nondum reuertisset ab exilio, Paulinum designauit episcopum. Interim multi multarum ciuitatum episcopi Alexandria vnã cum Athanasio & Eusebio congregati, decreta concilij Niceni confirmant. Spiritum sanctum patri & filio consubstantialem confitentur, & trinitatem nominant: quineriam docent omnibus credendum esse, hominem, quem Deus verbum assumpsit, & corpore & animo perfectum esse, quemadmodum veteribus ecclesie & sapièntibus patribus ita placuit. Ac quoniã cõtrouersia de substantia & subsistentia ecclesias turbabat, crebræ de his vocibus contentiones disputationesq; oriebantur, idcirco valde sapienter, mea quidè sententia, decretum est, vt statim ab initio, cum de Deo esset sermo, hisce vocabulis minimè quisq; vteretur, nisi cum Sabellii opinionem fortè conaretur refellere: ne inopia verborum eandem personam videretur tribus nominibus appellare, sed triplici facta distinctione, vnãquamq; separatim cogitatione complecteretur.

plesteretur. Atq; hæc quidē isto modo ab episcōpis Alex-
andriæ coactis decreta sunt. Apud quos quidē episcopus
Athanalius, quō se de fuga purgaret, librū, quem de ea re
scripserat, recitauit.

*De Paulino & Meletio Antiochenis episcōpis, &
quod Eusebius & Lucifer inimicū distidebant,
& quod Eusebius & Hilarius Nicenam fidem
propugnabant. CAP. XII.*

HOC dimisso cōcilio, Eusebius profectus Antiochiā,
populū dissentionē distractū reperit. Nam qui faue-
bant Meletio, in vnum cum Paulino conuenire nolu-
ere, sed separatim egere conuentus. Et quanquam Eusebi-
us grauius & iniquo animo patiebatur, q̄ Paulinus cōtrā
quā oporteret, absq; omniū consensu creatus fuerat epi-
scopus, nequaquā tamē Luciferū apertē inculcauit, ne quid
de eius fama detraheret, sed se ab vtriusq; partis cōmuni-
one tēperans, pollicitus est ea se in cōcilio correcturū, quē
vtriusq; offensionī esse viderentur. Ac dum populū ad con-
cordiam adducere studebat, Meletius ab exilio reuersus,
eum suæ opinionis fautores ab alijs segregatos offendit-
set, seorsum cum his extra urbē, Paulinus autē cū suis intra
urbē conuentus egit. Nā hunc, utpote mansuetū, & ob piā
vitæ institutionē, ætatēq; prouectā planē venerandū, Eu-
zoius sectæ Arianae antistes minimē ex urbe reiecerat, sed
vnā ei tribuerat ecclesiā. Eusebius autē, cū quod aīo institu-
erat, neutiquā consecutus sit, decessit Antiochia. Lucifer
verō se ab eo propterea contumelia affectū ratus, q̄ Pauli
ordinationē minimē approbauerat, grauius succensuit, &
cū eo cōmunicare recusauit, & decreta cōcilij Alexādrini,
velut ex cōtentione nata, infimulare aggreditur: q̄ res vna
causa & origo fuit sectæ eorū, qui ab eius nomine Lucife-
riani vocabantur. Nā qui vnā cū illo his de rebus grauius
offendebantur, se ab ecclesia separarūt. At ille ipse, licet aīo
alienato & cum primis offenso esset, tamen cum per diaco-
num, quem vnā cū Eusebio miserat, confessus sit se decre-
tis concilij Alexandrini editis staturū, ecclesiæ catholicae
consentens, Sardiniam reuertitur. Eusebius autē regiones
Orientis peragrans, eos qui fidē contempserant, in rectā
viam.

viam reducere studuit, & quemadmodū de deo sentiendū
esset, docuit. Dein Illyriā prope pertransiēs, venit in Ita-
liam. Ibi Hilarium episcopū Pictaorū, quod est oppidū
Aquitaniæ, qui in eisdē rebus corrigendis ante eius adue-
tum laborauerat, reperit. Nā Hilarius iam dudū ab exilio
reuersus, Italos & Gallos docuerat, quæ dogmata essent
amplectēda, & cōtrā, quæ fugiēda. Etenim vir erat lingua
Latina disertus, librisq; sanē valētēs, ut antē dixi, ad do-
gmata Arii oppugnanda scripsit. Ad hunc modum igitur
doctrinam concilij Nicæni in ea imperij parte, quæ ad so-
lem occidentē vergit, ab Hilario & Eusebio defensionē &
propugnatam accepimus.

*Quod Macedonius & qui illi addicti erant, cum
Acacianis discordabant, & quid pro se respon-
derint. CAPVT XIII.*

DVM hæc geruntur, Macedonij sectatores, quorū è nu-
mero fuit Eleusius, Eustathius, & Sophronius, iā cū
palām Macedoniani appellari ccepti, & velut in sepa-
ratū cōtū segregati, atq; morte Constantij impunitatem
nacti, cōuocant in vnum Seleuciæ suæ opinionis fautores,
& concilia quædam habent: in quibus & abdicant Acaci-
anos, & fidem Arimini stabilitam reijciunt: formulæquæ
fidei Antiochiæ editæ, & post à concilio Seleuciæ congre-
gato confirmatæ suffragantur. Ac cum criminis loco illis
esset obiectum, quod cum Acacianis dissiderent, quippe
cū antē cum eisdem tanquam eiusdem opinionis cōmu-
nicassent, per Sophronium Paphlagonem in oriente respō-
debant, quod quoniam episcopi occidentis filiū patri cō-
substantialē asseruerāt, Aëtius autem eum substantia patri
dissimilē docuerat: & illi separatas patris & filij substan-
tias vocabulo, *CONSUBSTANTIALIS*, in vnā confuse col-
ligauerant, hic autē proprietatē naturæ filij à patris natura
admodum disunxerat, idcirco ipsi piē fecissent, quod fi-
lium patri substantia similem dixerant, & mediam hanc
viam, quoniā vtriq; illi ad contraria extrema deflexissent,
sibi delegerant ad insistendum. Atque hi quidem illis,
& quibus erant accusati, hoc modo se purgare conabātur.

Quod

SOZOMENI HISTOR.

*Quòd rurſus Athanaſius exulat, & de Eleuſio
Cyziceno epifcopo, et Tito Boſtrorum, & fami-
liæ vnde ſcriptor hic prognatus ſit, commemo-
ratio. CAPVT XIII.*

Imperator verò, cum accepiffet Athanaſium conuentus
in eccleſia Alexadrina agere, & liberè populū docere,
& multos Gentiles eius cauſa ad fidem Chriſti tradu-
ctos, dat mandatum, vt exeat Alexandria. Quòd ſi ſibi ma-
neret, grauiffima ei ſupplicia irrogata fore. Cauſam autem
ad eum inculandum ſimulauerat, quòd cum ab imperatori-
bus, qui ipſum antegreſſi fuerant, eſſet exilio condemna-
tus, poteſtate à nullo accepta, ipſe ſuo opte nutu ſed è epiſ-
copatus denuo occupaffet. Nam ſe non feciſſe poteſtatē
his, quos Conſtantius in exilium miſerat, ad eccleſias ſuas
regendas, ſed in patriam ſolum reuertendī dicebat. Cum
verò Athanaſius propter hoc imperatoris edictum eſſet ſu-
gam facturus, videretq; multitudinem Chriſtianorum cir-
ca ſe lachrymas profundentē, bono animo, inquit, eſtote.
Nebula enim eſt, & breui euaneſcet. Quæ cum dixiſſet, ad
iter ſe parat, & eccleſia amicis, quibus cum arctiore amoris
vinculo colligatus erat, commendata, ex vrbe egreditur.
Dum hæc geruntur, ciues Cyzici de rebus ſuis & de refici-
endis Gécilium delubris legatos ad imperatorem mittūt,
quorum curam ac ſtudium in rebus ſacris poſitum laudat
ille quidē, & ſua ipſis poſtulata cōcedit omnia. Eleuſium
autem illius vrbis epifcopum in carcerem concludit, vipo-
te qui illorum ſana vaiſaſſet, delubra affeciſſet cōtumelia,
paſſet ædes ad viduas alendas, monaſteria ſacris virgini-
bus extruxiſſet, & Gentiles ad ritus patrios contemnen-
dos induxiſſet. Interdixit præterea Chriſtianis peregrinis,
quicum eo erant, vrbis Cyzici introitu, cauſamq; attul-
lit, quòd erat verifimile eos religionis ergo ſeditionē con-
citaturos: quippe cum Chriſtiani, qui in ciuitate habi-
tabant, quique idem de deo ſentiebant, ſubſidio eſſent il-
lis futuris: quorū nonnulli lanificio publico operam dabāt,
alij cudendæ monetæ artem exercebant. Qui cum eſſent
quàm plurimi, in duas numeroſas claſſes diuiſi erāt, & ex
veterum

ECCLESIAST. LIB. V. 126

veterum imperatorum mandato vnà cum liberis & vxori-
bus domicilia ſua Cyzici collocabant: atq; certū tributū
quotannis ærario publico penſitabant, alij chlamydes mi-
litares, nouam ac recentem monetaſ alij. Quanquā autē
omnino ſecum ſtatueraſ Iulianus religionem Gentilium
ſtabilire, tamen inſcitia putauit eſſe, populū, qui victimas
immolare nollet, vel cogere vi, vel ſupplicio afficere. Tan-
ta enim erat eorum multitudo, vt magiſtratus cuiuſque
ciuitatis ægrè illorum numerum ſubducere & in tabulas
referre potuerint. Porro eos neque in vnum conuenire,
neque pro arbitrio preces facere vetuit. Certo enim no-
uerat res, in quibus conſciendis libera voluntate opus
eſt, per vim nunquam poſſe rectè geri. At verò clericos
& eccleſiarum antiſtites vrbibus exigere maturauit.
Quorum ab eccleſijs abſentia (dicam equidem, quod
verum eſt) moliebatur populi conuentus dirimere: ita vt
neque conuenirent in vnū, neq; doctores haberent, neq;
ſacra perciperent myſteria, deniq; vt temporis diuturnita-
te in ſua ipſorum religionis obliuionem venirent. Illudq;
ſimul conſiderabat, quòd clerici populū ad diſſidium in-
ter ſe inducere poterant. Itaque cum ad hūc modum perfe-
ciſſet, vt neque ſeditio facta eſſet, neque vlla fieri expecta-
retur, Eleuſium, & eos, qui cum illo erāt, Cyzico exire iuſ-
ſit. Itemq; ciuibus Boſtri per præconē publicū mādauit,
vt Titū illius tū eccleſiæ epifcopum ſua ciuitate pellerent.
Ac poſtquā minatus fuerat tum eū, tū clericos eius in cri-
men vocaturum, ſi à populo vlla cōſtaretur ſeditio, Titus
libellum ad eum miſit, eſtq; teſtatus, quòd quamuis Chri-
ſtiani Gentilibus aduerſarij eſſent, tamen quietè & tran-
quillè ſe gererēt, & ſuis hortationibus inducī, nihil omni-
no ſeditioſum cogitarent. Quibus ex verbis cum Titum
plebi inuiſum & odioſum reddere pararet, ſcripſit ad ci-
ues Boſtri literas, eumq; vt populi accuſatorē apud illos
inſimulauit: nimirum quòd dixerat populum non ſua ſpō-
tè, ſed ſuis hortationibus ſe à ſeditione temperaſſe. Itaq;
populum incitauit, vt illum velut ſibi inſenſum è ciuitate
exturbaret. Eiuſmodi ſcelera permulta etiam in alijs locis,
vt eſt credibile, partim imperatoris mandato, partim furō-
re & temerario populi impetu fortè edita ſunt: quorum

causa imperatori attribui poterit, hoc pacto. Nam eos, qui maleficia tam nefaria admittebant, legibus nequaquam coercuit, sed propter odium, quo religionem nostram probequebatur, licet verbis eos increpare videretur, re ipsa tam ad similia patranda adhortatus est. Vnde Christiani in singulis ciuitatibus & pagis, etiam illo nequaquam persequeute, fugam ceperunt. Cuius fugae cum alij complures meorum maiorum, tum auus meus particeps fuit: propterea, quod cum patre Gentili natus esset, & ipse cum vniuersa familia, & hi, qui erant genere Alaphionis orti, primi in Bethelia, pago ditioni Gazenzium subiecto, multis hominibus frequentato, & delubra habente, tum ob vetustatem, tum ob structuram ab habitatoribus magno in honore habitata, & maxime omnium illud, quod Pantheon vocabatur, supra cliuum quaedam hominum manu factum, velut supra arcem positum, & toti pago vndiq; eminens. Et quantum cõteçtura assequor, locus inde nomen traxit, & ex Syriaca lingua in Græcam translatum, domiciliũ deorum propter illud delubrum Pantheon, appellatum est. Ferunt autem illis, qui ex horum familijs facti sunt, Hilarionem monachum religionis Christianae recipiendae causam & authorẽ extitisse. Nã cũ Alaphio iste demonio agitaretur, & quidã tũ Gẽtiles tũ Iudæi incantationibus ad dæmonẽ eijciendũ, & alijs quibusdã superstitionis ineptijs crebro multũq; vsi, nihil proficerent, Hilarionẽ, inuocato nomine Christi, dæmoniu expulisse, & hominẽ ad fidẽ Christi deduxisse. Meus autem auus in sacris literis interpretandis magnam laudem est adeptus: vir erat ingeniosus, & talis, qualis non in obscuro latere debeat: humaniore etiam literatura mediocriter institutus, ita vt Arithmetice expers non esset. Quãob rẽ Christianis, qui Acalonẽ, Gazam, & loca finitima incolebant, perq; charus erat: propterea qd ambiguis sanctarũ literarũ sententias, & ad religionẽ apte, & aperte ac facillẽ ad oĩum intelligentiã dissoluere poterat. Virtus autẽ eorũ, qui altero ex genere orti sunt, vix à quoq; oratione explicari potest. Nam hi primi hoc in loco ecclesias & monasteria fundarunt, eaque tum vite integritate, tum benignitate in peregrinis & egentibus excipiendis ipsi exornarunt. Qua ex familia boni viri, q ad nostrã vixere ætate, nati sunt

ti sunt: quibuscũ iã ætate valde prouectis ipse, cũ essem adolefscens, versatus sum. Sed de his postea plura differetur.

De studio quod Iulianus in stabilienda gentiliũ religione, & nostra euertenda, posuerit, & epistola quam ad quẽdam gentiliũ archiepiscoporu miserit.
C. A. P. XV.

Imperator cũ iam pridẽ studeret, vt religio gentilis per vniuersum imperiũ peruaderet, iniquo animo tulit, cũ videret eam religione Christiana, laude & hominũ approbatione inferiorem esse. Nã tamen delubra patefacta fuere, & sacrificia, atque dies festi partij Gentilium in singulis vr̃bibus tibi ex se uentia procedere videbantur, tamen discruciabatur animi, cum secũ cogitaret, qd si eius conatu nudarentur foret, vt ista omnia breui commutaretur. Maxime autẽ omnium eũ angebat, qd audiret vxores, liberos, & seruos multorum sacerdotũ fidẽ Christi profiteri. At verò cũ existimaret religionẽ Christianã maximã ex vita & moribus eorum, qui eã sequebatur, cõmendationẽ consecutã, inliruit animo delubra Gentiliũ tũ apparatus, tum ordine religionis Christianae adornare: subcellijs præterea & primarijs sedibus, doctoribus lectoribusq; gentilis doctrinã & exhortationũ, quin etiã præcibus in certas horas diesq; præscriptis, monasterijs item virorum & mulierum, qui sapientiã studio se dicauerant, collegijs etiam peregrinorum & pauperum, reliqua denique in egentes benignitate religionem Gentilem nobilitate. Porro peccatis voluntarijs & nõ volũtarijs secundũ Christianorũ traditionem post pœnitentiã castigatiõẽ ex æquo respondentẽ cõstituere. Dicitur præterea imitatus esse in primis formulas literarũ episcopaliũ, quibus solebat se inter ipsos certiores facere de peregrinis, quò proficisceretur, & vnde venissent, vt tanq; noti atq; adeo amici propter signi testimoniũ hospitio exciperentur, diligenterq; curarent. Quã cũ instituisset, seridõ laborabat, vt Gentiles his Christianorũ institutis assuesceret. Sed quoniã istud fortasse multis videtur incredibile, idcirco nõ aliunde, q ex ipsis imperatoris literis, idẽ ipsum quod iam dixerim,

κατα-
γωγιότ

verum esse ostendam. Sic enim scribit.

*Luliani imperatoris epistola ad Arsacium
- Pontificem Galatia scripta.*

QVOD quidē nondū religio Gentiliū ex nostra proce-
dat sentētia, impedimēto sunt hi, qui eā profitentur.
Quæ autē à diis nobis donata sunt, ea splēdida sunt,
magna sūt, excellētiora sunt, quæ omnino vel optari, vel
sperari poterāt. Nā in tam exiguo temporis spatio (sit qui-
dem Nemesis nostris verbis propitia) tantā ac talem rerum
mutationem paulō antē ne optare quidem quisquā aude-
bat. Sed quid est causā, cur in hisce perinde ac si nihil ampli-
us opus esset, cōquiescamus, ac non potius cōuertamus
oculos ad ea, quibus impia Christianorū religio creuerit,
id est, ad benignitatem in peregrinos, ad curam ab illis in
mortuis sepeliendis positā, & ad sanctimoniam vitæ, quam
simulant. Quorum singula à nobis verē exequenda esse cē-
seo. Neque satis est, istud solum institutū sanctē obseruari,
sed velim omnes nostros sacerdotes omnino, qui Galatiā
incolunt, vel minis impellas, vel ratione persuadeas, vt sint
honesti, vel sacerdotali ministerio abdicēs, si non vnā cum
vxoribus, liberis, & famulis, diis colendis sedulo animos
attendant: & ne patiantur seruos, aut filios, aut cōiuges Ga-
lilæorum impiē in deos se gerere, & impietatem pierati præ-
ponere. Deinde sacerdotē quēque hortare, ne accedat ad
spectacula, nēue in taberna bibat, neu artem aliquam, aut
opificiū turpe infamēue exerceat. Et qui tibi in his rebus
morem gerunt, eis honorem tribuito, qui autem resistunt,
expellito. Porrò Xenodochia multa in lingulis ciuitatibus
extruito, vt peregrini nostra benignitate fruuantur: neque
solum hi, qui nostram colant religionem, sed alij quoque,
si qui pecuniarum indigeant. At ratio, qua res tibi ad hoc
institutum necessariæ abundē suppetant, à me interim ex-
cogitata est. Nam triginta millia modiorum tritici in to-
ta Galatia, & sexaginta millia sextariorum vini in singulos
annos dari iussi. quorum quintam partem in pauperes, qui
sacerdotibus inseruiunt infumendam esse mando: quod
reliquum est, peregrinis & mendicantibus subleuandis
distribuendum. Nam turpe profectō est, cum nemo
ex Iu.

ex Iudæis mendicet, & impii Galilæi non suos modò,
sed nostros quoque alant, vt nostri auxilio, quod à nobis
ferri ipsis debeat, destituti videantur. Quare doceto Gen-
tiles in eiusmodi ministeria pecuniam conferre, & pagos
Gentilium ex fructibus dijs offerre primitias, & eiusmodi
beneficentiæ officijs assuefacito, planumque illis faci-
to hoc nostrum olim munus fuisse. Nam Homerus Eu-
mæum sic loquentem facit.

*Hospes si nostris succederet aduena teclis
Vilior, acciperē placidē. Sunt diues, egenusque
A Ione: parua mea est (sator) sed grata facultas.*

Neque igitur permittamus alios nostrorum imitatione bo-
norum nobis laudem præripere, vt ipsi propter socordiam
turpitudine & infamia afficiamur, immo potius, ne pietatem
erga deos penitus prodere videamur. Quod si te ista
sedulo obire accepero, maxima sane lætitia gestiam. Præ-
sides domi raro inuisas, sed scribas ad eos literas sæpissi-
mē. Ingredientibus illis in urbem nemo sacerdos obuiam
prodeat: nisi quando ad templa deorum accedunt, solum
intra vestibula. Eos intrantes nullus miles præcedat, se-
quitur autem, qui vult. Nam simul vt ingreditur limen delu-
bri, priuati personam induit: Siquidem ipse, vt nosti, his,
qui intus sunt, præes, propterea quod diuina lex istud po-
stulat. Et qui tibi parent, sunt reuera pij: qui autē præ arro-
gantia resistunt, ostentatores sunt, & inanis gloriæ appetē-
tes. Pissiminti opem ferre paratus sum, dummodo matrē
deorum sibi propitiam reddant. At si eam contemnant, nō
modò culpæ affines erunt, verum etiā, quod dictu acerbis-
simum est, in grauissimam apud nos offensionem incurrunt.

*Nam scelus infandum est, dextram præstare be-
nignam,
Illus qui superis indicunt bella beatis.*

Peruade igitur illis, vt si à me curam de se suscipi cupiant,
omnes vnā se deorum matri supplices se præbeant.

*Quòd Iulianus Christianos vt tyranni suspicionem
evitare, astute circumveniendò supplicis afflic-
ebat, & quòd crucis insigne delent, militesq; vt in-
nitè sacrificarent induxit. CAP. XVI.*

AT tamen imperator, dum ista ageret scriberetq; pu-
tauit facile subiectos sua sponte à fide Christiana de-
scituros, & omnia, quæ ad religionem Christianã de-
lendã facerent, sedulo molitus est, neminem tamen indu-
cere potuit: atque eos aperta vi cogere plane dispudebat,
ne tyranni partes agere videretur. Attamen de suo studio
nihil remisit, sed omnia, quæ ad religionem Gentilium
facere viderentur, machinatus est: atque subiectos, & ma-
ximè omnium copias militares, has quidè sua ipsius, illos
autè magistratũ opera, ad eam deducere laboravit. Omnes
autem omnino ad illã profitendam cum reuera affuefacere
conaretur, illud, quod in signis militatibus Romanorum
principè locũ obtinebat, quodq; Còstantinus diuino mã-
dato vt supra cõmemoratum est, in insigne crucis com-
mutauerat, ad veterem effigiem & figuram traducere decre-
uit. Nam dedit operã, vt in publicis imaginibus iuxta ip-
sum iuppiter depingeretur, velut è cœlo apparens, coro-
nam & purpuram, quæ sunt imperij insignia, ipsi præbens:
Mars item & Mercurius in eum intuentes, & tanq; obtutu
oculorum testificantes, quòd vir erat tum in dicendi arte,
tum in re militari spectatus. Ista quidè & alia quæcumq; ad
cultum Gentilitiũ spectabãt, imaginibus admisceri impe-
rauit: ad eum finè, vt non modò simulatione honoris impe-
ratori decreti, subiectos res vnã depictas latenter venerari
cogeret, verũ etiã vt veteribus institutis ad suam libidinẽ
abutès, omni solertia & mētis acumine adhibito, volũtates
subditorũ clam in fraudè induceret. Nam sic cogitabat: si
hoc illis persuaderet, se multò facilis, quæ in animo habe-
bat, de cetero effecturum esse: sin repugnare animaduer-
teret, in illos, vtpote novas res contra Romanorum in-
stitutã molientes, & cum in reipub. tum in imperium
peccantes, absque vlla venia vindicaturum. Quare pau-
ci profecto erant, qui dolum eius intellexeret: qui quidem
cum, vt moris erat, adorare renuerent, pœnas dedere. Mul-
titudò

titudo autem (quod fieri solet) præignoracione & men-
te simplici legi veteri se omnino parere putauit, & ita in-
scitia decepta, ad imagines colendas accessit. Verũ im-
perator nihil ne ex hoc quidem conatu profecit. Ac tamen
si hæc eius astutia perspicuè deprehensa est, tamen nihil de
contentione animi ac studio remisit, sed omnè, vt dicitur,
mouit lapidè, vt subiectos ad parè secum religionis modũ
sequendum deduceret. Atque quanquam quod tũ molie-
batur, ab eo, quod supra diximus, penitus nõ discrepauit: ita
mè & magis oĩbus apparuit, & maiore cũ violètia susceptũ
est, & causa fuit nõnullis, qui in aula militabãt, maioris cõ-
stãtia & fortitudinis. Vbi enim tempus aduenit, vt impe-
rator milites remuneraret (quod quidè Calèdis apud Ro-
manos, & diebus festis natalibus tũ imperatorũ, tum prima-
rum vrbũ imperij omnino fieri solet) cum secum cõsyde-
raret, q; simplex natura, quanq; inuisum esset militum
genus, & quã facile propter consuetam auaritiã, quæ in
eo inesse solet, pecunia vinci posset, & singulis, qui ad mu-
nus accipiendum accedebant, datum esset in mandatis ab
his, qui imperatori astabãt, vt incensum offerrent (in pro-
ximo enim erat & thus positũ, et ignis) perinde quasi hoc
olim fuisset apud Romanos decretũ, ibi tum alij absq; me-
tu præsentiam animi & magnitudinem declararunt, neq;
incensum offerre voluerunt, & donũ ab imperatore acci-
pere profus renuerunt: alij simulatione legis & antiquita-
tis confisi, se deliquisse neutiquam in animũ induxerunt:
alij autè vel lucro, quod proponebatur, velut inescati, vel
metu & perturbatione propter suppliciũ quod eminebat
perculsi, licet intelligerēt se iam ritum Gentilitiũ exequi,
minimè tamen isto scelere sese obstringere detrectarunt.
Eorũ autè, qui præignoracione in hoc peccatũ incidebãt,
nõnulli dicuntur, cũ amicè inter se epulacēt, sibi mutuo, vt
in potãdo fieri solet, ppinantes, Christũ super peculis no-
minasse. Quendam autem è conuiujs interpellasse eos, ac
dixisse: permirum esse illos voluisse nomen Christi inuo-
care, quem paulò antè denegauerant: eo scilicet tempore,
quo dono ab imperatore accepto, thus in ignem im-
posuissent. Quod simul vt audire, intellexeretque
quod facinus consciuissent, illico inde prope egressi,

palā per plateas curstare, clamare, lachrymas fundere, deū ipsum & omnes homines testari, se Christianos esse, & in ea fide permanere: atq; ignoratione illius, quod factū erat (si verum omnino dicendum esset) solam manum, animo profus repugnante, Gentilitatis labe pollutā fuisse. Vbi autem ad imperatorē veniūt, proiecto ad pedes eius, quod dederat, auro, valde cōstantibus & generosis animis postulant, vti suū ac propriū munus reciperent, hoc est, vt nec subirēt. Nam rē planē esse, cuius ipsos nunquā pēniteret, si pro scelere, quod in cōsideratē admisset, toto corpore, idq; ppter Christū, pēnas persoluerēt. Imperator verō licet ea re grauiter commotus, noluit tamen eos interficere, inde illis honos tribueretur martyrij, sed ē militum numero exemptos, aula sua exturbauit.

Quod Iulianus Christianis forum, iudicia, & gentiliū literarum cognitionem interdixit, & de Basilio magno, Gregorio Theologo, & Apollinario, qui Iuliano resisterunt, & ad gentiliū forum sacras literas conuerterunt, ac precipuē Apollinarius, & Gregorius Naziancenus, quorum alter admodum Rhetoricē pleraq; conscripsit, alter carmine heroico præstantissimos quosq; poetarum imitando expressit. CAP. XVII.

Hoc animo fuit etiam aduersus omnes Christianos imperator: siquidē cum nihil haberet criminis, quod illis possēt obiicere, arrepta tamen ex eo occasione, quod idolis immolare recusarent, ius reip. eis denegauit, & neque in communes hominum congressus, neque in forum venire, neq; iudicium exercere, neq; gerere magistratum, neq; vllum dignitatis gradum obtinere permisit. Porrō autem vetuit, ne Christianorū liberi poetas & alios scriptores Gentiles perdiscerent, neūe horū doctores adirent. Nam non mediocriter eius animum offendebat, non solū Apollinarius Syrus, vir oī doctrinæ genere, & orationis formis instructus, verum Basilius quoq; & Gregorius Cappadoces, qui omnibus illius ætatis thetoribus laudē præcipiebāt, atq; alii eodē tēpore q̄ plurimi disertī viri.

Quorum

Quorum alij sunt decreta concilii Nicæni, alij hæresim Arianam amplexati. Hinc igitur solum quoniā magnam ad persuadendum facultatem posse parari censebat, vetuit ne Christiani Gentiliū disciplinis instruerentur. Quo quidem tempore Apollinarius, quem dixi, quō sua multiplici doctrina & bonitate ingenij oportuē multis prodesset, ad exemplar poematis Homeri, veterem Hebræorū historiam vsque ad regnum Saulis carmine heroico conscripsit, & totū opus in viginti quatuor libros distribuit, singulisq; singularum literarum Græcarum nomen imposuit, numero earundem & ordine omnino seruato. Comedias quoq; composuit fabulis Menandri similes. Itemque Tragœdias Euripidis, & Liricos Pindari versus imitatione adumbravit. Ad summam, argumentis ē sanctis literis depromptis, de illis ad similitudinē earū disciplinarū, quæ ἑρῶν καὶ λαιῶν appellantur, scripsit: breuique temporis spatia opera edidit, quæ numero, dicendi vi, ipso orationis habitu, sermonis proprietate, forma deniq; & dispositiōe scripta Gentiliū, qui in his rebus cum primis excellebant, exæquarunt: adeo vt nisi antiquitatem admirarentur homines, & quibus assueti fuerint, ea chara haberent, lucubrations Apollinarii nō minoris, q̄ veterū scriptorū æstimationent, easq; itidē docerent: eiusq; ingenij eō magis stupescerēt, q̄ veterū singuli in vno genere separatim elaborarēt: iste autē ad omne genus scripti animū applicās, vim, & virtutē cuiusq; cū vsus postularet, accuratē expressit. Nō obscurus est ille quidē liber, quem, aduersus imperatorem Iulianum, siue aduersus philosophos Gētiles pro veritate inscripsit: in quo sine vllis sacrarū literarū testimoniis planē ostendit eos in illo, quod de Deo sentiendū est, per errorem vehemēter lapsos esse. Quæ irridēs imperator, episcopi eius temporis faciliē præstantissimis scripsit hæc verba: *Legi, intellexi, improbaui.* Ad quæ rescribere episcopi. *Legisti quidem, sed non intellexisti. Nam si intellexisset, non improbaasset.* Sunt qui hanc epistolā Basilio ecclesiæ Cappadocię antistiti attribuāt: neq; id sanē immeritō. Sed siue eius sit siue alterius, qui eam scripsit, quisquis fuerit, iure tum propter magnitudinem animi, tum propter eruditionem debet laudari plurimum.

*De Iuliani oratione cui titulus est Misopogon, & Daphne apud Antiochiam, & eius descriptione, & reliquiarum sanctę Mar-
tyris Babilę translatione.*

CAP. XVIII.

Imperator verò cum bellū cōtra Persas gerere moliretur, venit Antiochiā, quę est vrbs Syria. Cū autē plebs vociferaretur, quod rerū ad victū necessariarū permagna esset copia, percare tamē vēderētur, imperatori, credo, quò populū alliceret, mādauit, vt res in foro venales minori pretio, quò aestimari deberent, venderentur. Cumque ea de re cupidinarij inde aufugerent, factum est, vt res necessarię plebem deficerent. Antiocheni igitur hanc rem grauitē & iniquo animo ferentes, imperatorē cōtumelijs afficere, & in barbani eius, quò paulò prolixior erat, illudere, illiusque monetā, quę tauri effigie signata erat, irridere cōeperūt. Nā ei per conuicium obieciebāt, mundum ab eo imperium administrante, non aliter atque à tauris ferocibus, qui cornua in sublime iaciunt, labefactatum euersumque esse. Ille autem primo ardens iracundia, minatus est se Antiochenos malè habiturum, Iarsumque transferre constituit. At postea, ira mirandum in modum mitigata, verbis duntaxat contumeliam illam vltus est, pulcherrimo elegantissimoque libro, quē *μισοπόγων*, id est, odiū barbę inscripsit, aduersus Antiochenos edito. Quinetiam Christianis, qui in ea vrbe erant, nō dissimilē se prębuit, superstitionemque Gētiliū roborare cōtendit. Sed quę res id temporis ad Babilę martyris tumulum, & ad sanū Apollinis quod erat in Daphne acciderūt opere pretiū profectò est cōmemorare. Atque hęc initiū narrandi faciā. Daphne est suburbiū Antiochię percelebre, nemore multis Cupressis vestito cinctum, alijsque arboribus cupressis admixtis variatum. Subter arbores autem terra pro temporum vicissitudine, alios alijs succedentes flores benè olentes cuiusque generis producit. Locus autem vndique ramorum & foliorum densitate, quę folis radios ad solum vsque terrę haud penetrare sinit, velut te-
to, vel vmbra potius circumfusus est. Est etiam, tum pro-

pter abundantiam & pulchritudinem aquarum, tum propter temporum æquabilitatem, tum denique propter placidorum ventorum flatum peramcenus, & ad oblectationem valdè accommodatus. Itaque apud Gentiles infabulis est, Daphnem filiam Ladonis fluminis Arcadię, cum Apollinē amatorem fugeret, in arborē suo nomine appellatā cōuersam fuisse. Apollinē autē ne sic quidem perturbatione illa animi liberatum, ramis arboris, quam amabat, se cōtonasse, ipsam arborē complexū esse, & locū sibi, si quisquā alius, charum, pręrogatiua prę cæteris honorasse. In Daphnem igitur suburbium ingredi, cum eius generis esset, turpe modestis viris existimabatur. Nam & situs loci, & natura erat ad lasciuiam accommodata, & materia fabulę, quę fuit plane amatoria, leui arrepta occasione, in animis corruptorum adolescentium duplo maiorem amorem in seuit. Nam res in fabulis descriptas, velut causam ad se excusandos afferentes, vehementius incendebantur, & omni exuto pudore, ad facta libidinosā cupidē ferebantur, nec poterant vel seipos temperare, vel tēperantes homines eo in loco secū videre. Nam si quisquam eorum absque amica fortē in Daphne versaretur, stupidus plane, inhumanus, & tanquā scelus quoddam, aut pestis detestabilis fugiendus videbatur. Erat hic locus reuera in magna veneratione apud Gentiles, & magno aestimatus. Nam eximia Daphnæ Apollinis statua in eo fuit, & delubrum magnifica opera & sumptuosā constructum: quod fama est à Seleucio patre Antiochi, à quo Antiochia nomen accepit, ædificatum esse. Credebatur etiam ab his, qui istas res colere solent, aquam in eum locum ex fonte Castalio influere, quę facultatem diuinandi hominibus tribuebat, paremque vim, & idem nomen cum ea, quę est in Delphis obtinebat. Quinetiam iactitant Adriano priuatam etiamnum vitam degenti imperium ei obuenturum in eo loco prænuntiatum fuisse. Nam dicūt eum, cū folium fonte Daphnes tinxisset, hausisse inde rerum futurarum cognitionem in folio planè de scriptam: ac cum ad imperium gubernandum peruenisset, fontem aggere obruisset, eo consilio, vt aliis non liceret ex eo discere futurarū rerū scientiam. Sed hæc quidem variantur accuratè ab ijs, qui curam ac studiū in fabulis con-

textendis

contexendis posuerūt. Vbi verò Gallus, frater Iuliani Cæsaris à Constantio designatus, Antiochiæ ætatem degit. quoniam Christianus erat, cum pro primis eos, qui pro religione Christiana martyrium obierant, colebat, cōstituit hūc locum purgare tum superstitione Gētilium, tum intemperantium hominum contumelia. Atque cum persuasum haberet se facile hoc perfecturum, si modò ecclesiam ibi in delubri loco extrueret, transtulit in Daphnem loculū Babylæ Martyris, qui ecclesiam Antiochenam præclarè admodum rexisset, martyrioque occubisset. Ex quo quidē tempore dicitur demoniū nullum oraculum uti consueverat edidisse. Videbatur quidem primò istud propterea accidisse, quòd victimis iam carebat, & cultu illo, quo antè dignatus fuerat. Sed postea tamen ab eo ipso patefactum est, quòd martyr, cuius corpus in proximo repositū erat, impedimento fuit, quò minus istud, ut solet, præstaret. Etenim quanquam Iuliano solo imperium Romanum gubernante, Libamentis, nidore, & copia hostiarum abundat, nihilominus tamen cōticuit ad extremum responso dato, perspicuè causam superioris silentij per se declaravit. Nam cum imperator animo instituisset de rebus, de quibus ei libitum erat, oraculum, quod in eo loco fuit, tenere, accedens ad delubrum, dæmonium monimentis, & victimis magnificis honorat; oratque ut res, quas molitur, non negligeret. Dæmonium igitur & si non planè & apertis verbis ita significabat, se nimirum propter Babylæ martyrem, cuius bustum vicinū erat, oracula dare nō potuisse, tamen respondit locum refertum esse cadaueribus mortuorum, idque obstare, quo minus oracula ederet. Quo audito, imperator licet multa essent cadauera in Daphne condita, tamen quoniam conijciebat martyrem solum esse oraculis impedimento, dat mandatum, ut bustū martyris inde in alium locum transferretur. Itaque Christiani in unū congregati, bustum circiter quadraginta stadia in urbem trahunt: vbi iam martyr in loco, qui ab eo nomen accepit, repositus iacet. Ferunt eo tempore viros, & mulieres, iuvenes & virgines, senes & pueros, mutua ipsorum cohortatione incitatos, per totum iter psalmos cantasse: qui quāvis simularent se, quò labores itineris leuarent, cecinisse, tamē

canebant

canebant reuera ardenti studio & propensā erga pietatem voluntate incensi, propterea quòd imperator aliter omnino atque ipsi de deo sentiebat. Psalmos autē ordiebantur hi, qui eos canere accurate norant, multitudo autem simul voces fudit cū concentu, huncq; versum addidit. Confundantur omnes, qui adorant sculpula, & qui gloriantur, in simulachris suis.

Quòd propter reliquiarum eius translationem, multas Christianis clades Iulianus inflixit, et de sancto confessore Theodoro, & quòd delapsus calidus igne, Daphnæ Apollinis templum cor flagrauit. C. A. P. XIX.

OB hāc causam imperator, perinde quasi cōtumelia affectus fuisset, ira exardescere cœpit: & propterea cōstituit supplicia Christianis irrogare. Verum Salustius eius præfectus, licet professione Gentilis, illud quidē consilium non probauit: sed tamen cum resistere non posset, mandatum imperatoris re ipsa exequitur: & postridie multos comprehendit Christianos, & in vincula conijcit. Ac primum omnium adolescentem quendam, cui nomen erat Theodorus, in medium productum, ad equuleum applicat. Ille diu acutis testis suffosus, neq; tormentis succubuit, neque præfecto supplicè se præbuit, sed ita se gessit, ut nihil videretur sentire doloris: quin etiam velut spectator cruciamentorum sibi inflictorum toleranter ac placidè plagas excepit, psalmumq; cecinit rursus eundē, quem pridie cecinerat, atq; ita plane ostendit, quā non curaret ea, pro quibus in iudicium adductus fuisset. Præfectus autē constantiam adolescentis admiratus, cum venisset ad imperatorem, res ab eo gestas illi exposuit: dixitque nisi celerius ab instituto desisteret, fore, ut & ipsi omnibus haberentur ludibrio, & Christiani plus inde laudis & gloriæ colligerent: quod concilium cum magis approbaretur, qui erant comprehensi, vinculis liberabantur. Dicitur porrò Theodorum cum à quibusdam rogatus esset, num dolorē sensisset tormentorum, respondisse, se non omnino omnī sensu doloris caruisse: verūq; adolescentē sibi assistisse, qui doloris

doloris morsus sedasset: tenuissimo linteo absterfisse sudores, aqua frigidissima corpus perfudisse, qua & ardores restinxit, & erummas subleuauit. Videtur quidē certē mihi hoc nō solius esse hominis, quantumuis generosi, vt corporis afflictationē adeo contemnat, nisi qui forte robore & vi diuina adiutus fuerit. Itaque Babylas martyr ob eam causam, quam suprà demonstrauimus, & in Daphne conditus est, & inde rursus translatus. Qua re confecta, haud ita diu post, ignis ex improviso in delubrum Apollinis Daphnæ irruens, totam tectum, & ipsam statuam flamma penitus absumpsit atq; parietes solum, quibus delubrum erat circumdatum, columnas præterea, qui tum vestibula, tum posteriorē partē aedificij suffulciebant, nudatas reliquit. Atque vt Christiani putabant ignem illum cælitus in dæmonē delapsum esse: sic Gentiles rumore dissiparūt, illud facinus à Christianis dedita opera perpetratum. Quæ opinio cum superior esset, sacerdos Apollinis adducitur in iudicium, vt quis incendij author fuisset, indicaret. Atque licet multis verberibus cæsus, grauiusq; cruciatus, neminem tamen omnino indicauit. Qua re potissimum inducti Christiani, constanter affirmarunt, ignem nō ab hominibus per insidias iniectum, sed diuina ultione à cælo dimissum, in delubrum irruisse. Atque ista hoc modo accidisse accepimus. His rebus in Daphne propter Babylæ martyrem à Deo confectis, imperator credo, cum certior factus esset ecclesias quasdam in honorem martyrum esse prope Apollinis Didymæi fanum, quod est pro Mileto situm, aedificatas, scripsit ad Præsidē Caria, vt si tectū iam & mensam sacram haberent, eas incenderet: sin earum aedificia ex dimidia parte duntaxat perfecta essent, fundamentis disturbatis solo æquaret.

De Christi Statua quæ Paneadi habebatur, quam cum diruisset, destruxissetque Iulianus, suam ibidem erexit, & quomodo ea illa fulmine collapsa sit, & de fonte Emaus, in quo pedes suos lauit Christus, & Perside arbore, quæ Christum in Aegypto adorauit, & miraculis per eam editis. CAP. XX.

Illud.

Illud porro dicetur à me, quod etiam regnante Iuliano accidit: quod quidem vt Christi potentiam planè indicat, ita irā diuinam aduersus imperatorem accensam, euidenter ostendit. Cum certior factus esset Cæsareæ Philippi (est ea quidem vrbs Phœnicie, quam Paneadem vocāt) præclaram esse Christi statuam, quam mulier quæ sanguinis profluuiō laborabat, cum esset morbo liberata, ibi collocauerat, eā deturbauit, suamq; in eius loco posuit. Quo facto, ignis violentus de cælo delapsus, statuā illā circiter pectus percussit, caputq; vna cū collo in terrā deiecit, atque in facie humi eā in parte defixit, quæ fuerat à pectore diuisa. Ex quo quidē tēpore ad hodiernū diē atra tanq̄ fulminis ictu ambulata manet. Id tēporis igitur Gētilēs statuam Christi tanta cum violentia trahebant, vt eam confringerent. At Christiani postea eius fragmenta cum collegissent, in ecclesia posuerunt, vbi etiam adhuc custoditur. Ex basi, supra quam hæc statua locata erat, herba quædam, vt narrat Luitelius, quæ morbis cuiusque generis mederi solet, enascebatur: quæ quidem cuius generis esset, nemo nostrorum medicorum, qui vel scientia valebant medendi, vel experientia, omnino nouit. Neque certe mihi mirum videtur, à deo, cum ad carnem humanam sumēdam ipse venisset, beneficia adeo noua & peregrina hominibus delata esse. Nam cum alia q̄ plurima miracula in quibusdā ciuitatibus & pagis edita sunt, quæ solis indigenis fuerint per traditionem à tēporibus Christi & apostolorum ductam cognita, tum istud etiam reuera, quod modo hoc in loco commemorabo. Est vrbs Palestina, quæ iam Nicopolis dicitur: cuius quidem, vt pagi (sic enim istum fuit) diuinus euangeliorum liber facit mentionē, eāque Emaus appellat. At Romani, capta Hierosolyma, & parta contra Iudæos victoria, eā Nicopolim nuncupabāt: nomine ex euentu belli imposto. Ante hanc urbem propter triuuium, in quo Christus post resurrectionem à mortuis cum Cleopha incedens, simulabat se ad alterum pagum properē contendere, est fons quidam salutaris, in quo nō hoies modo, qui ægrotant, loti curantur, verum etiam alia animalia, quæ varijs morbis laborant. Nam ferunt Christum vnā cum discipulis quodam tempore è via ad tem-

ad fontem illum diuertisse, inque eo lauisse pedes, & aqua ex eo tempore vim morbis medendi habuisse. Memorant præterea arborē esse, quæ persis dicitur, Hermopoli, quod est oppidum Thebaidis, cuius fructus, aut folium aut particula aliqua corticis ægrotis admota, morbos à compluribus depulerit. Nani traditum est Ioseph, cum propter Herodem assumptis secum Christo & Maria sancta Deipara, fugisset, venisse Hermopolim. Atque simul vt portæ appropinquauit, istam arborem, licet planè maximam, aduentu Christi turbatam esse, atque ad solum vsque se inflexisse, & Christum adorasse. Atque hæc quidē de hac arbore, sicut à multis audiui, à me commemorata sunt. Quæ quidem, si quid ego iudico, vel significabat Christum iam in vrbe adesse, vel vt verisimile est, non modò arborem, quam incolæ propter magnitudinem & pulchritudinem lege Gentilitia venerabantur, demone iam, qui ibi colebatur, ob Christum talium rerum euesorem, qui eo in loco comparebat, pe. horrescente, sua sponte commotam esse, verùm etiam omnes Aegyptiorum statuas, aduentante tū Christo, iuxta prophetiam Eliaæ concussas. Itaque demone inde abactō, arbor, quò rei gestæ testimonio esset, remansit ibi, fidelesq; morbis liberauit. Atque vt Aegyptij & Palæstini istarum rerum, sicalij singuli aliarum, quæ apud ipsos gesta sunt, testes locupletes existunt.

Quod Christianis insensus Iulianus, Iudæis templum Hierosolymis restaurandi facultatem dedit, quorum plures summa ope rem aggressos, flamma erumpens absumpsit; & de crucis figuris quæ in eorum vestibus qui operi insisterant, apparuerunt. CAP. XXI.

Eti verò imperator odio habuit Christianos, & insenso animo in eos atq; inimico fuit, tamē aduersus Iudæos eorūq; patriarchas & duces beneuolum se & mansuetum declarauit: scripsitque ad populum vt pro se suoque regno preces funderent. Verùm hoc ab eo factum est. quantū ego cōiectura assequi possum, non quod eorū approbaret religionem, quam norat velut matrem fuisse reli-

gionis Christianæ, quippe quæ eosdem habeat & prophetas, & patriarchas, sed quòd Iudæi capitali odio Christianos prosequerentur: & propterea laboratum est ab eo, vt cultu atque obseruantia, quæ erga illos vsus est, hos, quos odio prosequeretur, grauius angeret. Fortasse etiā eo pacto illos facilius ad cultum gentilem & sacrificia adduci posse putabat, quippe cum sanctos scripturæ libros non sensu spiritali, vt Christiani, & etiam ipsi sapientiores Hebræi, sed literali solum, vt ita dicam, interpretarentur. Atque eum hoc animo fuisse, conatus eius planè declararunt. Nam accersitis gentis illius principibus, cohortatus est eos, vt legem Moylis audirent, & patria instituta ipsis in memoriā redegit. A quibus cum esset responsum, tēplo Hierosolymitano iam diruto, nec fas sibi esse, nec morem patrium ferre, vt cum iam è sua vrbe primaria essent eieciti, alibi istud præstarent, suppeditat illis ex communi pecuniam, qua templum de integro extruāt, eo cōsilio, vt eandē cum maioribus religionis formā obseruent, eodēq; modo sacrificent. Illi igitur non cōplexi animo istud secundum sacras prophetarum vaticinationes minimè posse fieri, omni cura ac studio in opus incūbere, & peritis architectis in vnum coactis, materiam ad ædificium parare, locum denique perpurgare cœperunt. Quinetiam tanta animorum alacritate laborem in has res conferre, vt etiam eorum vxores rudera è loco gremiis exportarent, monilia & reliquum mundum muliebrem libentibus animis in opus impenderent. Alias res omnes huic suscepto operi tum imperator, tum alij Gentiles, tum cuncti denique Iudæi postposuerunt. Nam Gentiles, licet Iudæis infensi, in huius laboris societatem cum illis venere, propterea quòd hoc modo persuasum habebant, se suum conatum posse perficere, & Christi prædictiones perspicuè falsas ostendere. Iudæi autem & idem ipsum cogitabant, & tempus se idoneum ad templum denuò ædificandum nactos arbitrabantur. Itaque simul ac veteris ædificii reliquias è loco sustulerant, effoderant, & solum purgauerant, dicitur postero die, quo primum iam sissent fundamentum iacturi, terræmotus ingens factus esse, & la-

Quæ pides

pides terræ conquassatione è solo eiekti, & ex Iudæis pe-
 riisse hi, tum qui operis curam susceperant, tum qui ad il-
 lud spectandum venerant. Etenim à des templo vicinæ,
 & porticus publici, in quibus versabantur, de repente cor-
 ruerunt. Atque eorum, qui his ruinis oppressi erant, nu-
 mero quidem cõplures, alij ex templo interierunt, alij se-
 mimortui inueniuntur, quorum & erura fuerunt, & manus
 mutilate. Alij alias corporis partes labefactatas habuerunt.
 Postea verò, quim Deus terram concutere desijt, rursus
 Iudæi, qui supererant, opus aggrediuntur, perinde ac si
 propter imperatoris mandatum necessariò suscipiendum
 esset, quin etiam quòd ipsi magno illius absoluendi desy-
 derio tenerentur. Nam natura humana in his rebus, quæ
 ad voluptatè pertinent, ad id sapius inclinatur, quod sibi
 detrimento esse solet, atque id vnum profuturum pu-
 rat, quod ipsa cupit perficere: hincque reuera in fraudem
 inducta, neque quid conducat, solertia perspicere, neque
 periculis admonita, vel modestiam animi discere, vel ad
 id, quod decet, redire potest. Quod quidem certè Iudæis
 id temporis accidisse censeo. Nam cum prioris incepti
 frustratio, diuinum numen illorù conatum damnasse eui-
 dentissimè demonstrauit, idem tamen quanquam frustra
 totis viribus tentare conabantur, Fertur enim vt secundò
 opus aggressi sunt, ignem subito è fundamentis templi e-
 rupisse, multosque absumpsisse. Atque istud ab omnibus
 & liberè dicitur, & pro certo creditur, & à nemine voca-
 tur in dubium, præterquam, quòd quidam prædicant flam-
 mam in ipsos vi ad templum accedere cupientes ex aduerso
 irruisse, illudque fecisse, quod modò commemoratum est:
 alij autem id ipsum contigisse, simul vt rudera exportare
 cõperunt. Ceterum siue hoc verum esse quis, siue supe-
 rius asseueratur, alterutrum parem videtur admirationem
 excitare. Aliud item accidit priore illo & euidentius fa-
 nè & multò ac mirabilius. Nam omnium Iudæorum a-
 micus signo crucis notatus fuit, & vestimenta habuerunt
 stellis quodammodo variata, perinde quasi textorum ar-
 tificio maculis distincta fuissent. Quo factum est, vt alij
 eorum conuuo Christum Deum esse existimarent, ini-
 quoque

quoque animo tulisse, quòd templum de integro ædifi-
 care constituèrant: alij paulò pòt ad ecclesiam se tranf-
 ferrent, initiarentur mysteriis, hymnis, & precibus Chri-
 stum pro suis improbè factis placarent. Istis rebus si quis
 fidem minimè adhibendam putet, sit persuasus saltem ab
 his, qui eas ab earum spectatoribus acceperunt, qui-
 que adhuc in vita manent: sit etiam persuasus
 cum à Iudæis ipsis, tum à Gentilibus, qui
 opus inchoatum reliquerunt, imò ve-
 rò ne inchoare quidem potuerunt.

QVINTI LIBRI FINIS.

Q ij HERMIAE

HERMIAE SO- ZOMENI ECCLESIA- STICAE HISTORIAE LI- BER SEXTVS.

*De Iuliani in Persas expeditione & quid ibi
deuictus, lethale vulnus accepit, ac quid Liba-
nius de eius interfecitore prodiderit.*

CAPVT I.



Vnt iam supra à me commemorata ea omnia, quæ ecclesijs accidisse, regnante Iuliano, cognoui. Cui ineunte vere cum visum esset prælio contra Persas decerare, propter fluuiũ Euphratem trajicit. Atque prætergressus Edeßam propter odiũ fortasse incolarũ (quippe ciuitas illa iam vsq; ab apostolorũ tẽporibus vniuersa Christianã religionẽ professã fuerat) ad Carras venit. Quo in loco cũ delubrũ Iouis offendißet, hostias immolauit, & suo more precatus est. Quare cõsecta, ex copijs, quæ ipsum comitabatur, armatos hoẽs ad viginti millia misit ad fluuium Tigrim, partim vt locis eum fluuium tangentibus præsidio essent, partim vt sibi, cũ eos fortẽ accerferet, opportuno tẽpore adesse possent. Porro literas ad Arsacium præsidẽ Armeniæ, & Romanorũ sociũ scripsit, vt in hac expeditione subsidio sibi veniret: quibus quidẽ in literis de se extra modũ gloriosẽ prædicare, se vt valdẽ ad imperium gerendum idoneum insolenter extollere, & vt amicũ illis, quos ipse pro Deis habuit, arroganter esseire: Constatantium autem, cui successerat, velut ignauum & impium cõuitijs lacerare, ipsi denique Arsacio verbis admodum cõtumeliosis inuitari nõ veritus est. Et quoniã cũ Christianũ esse acceperat, quod suã in eũ augeret contumeliã, etiã nefandas in Christum blasphemias loqui (istud enim nusquam non audacter agere

confue-

ECCLESIAST. LIB. VI. 130

ẽsueuerat) cũ superba quadã iactatione cõtẽdit: cui etiam significauit deũ, quẽ coleret, nequanq; eũ defensurũ, si imperata negligeret. Quibus rebus ritẽ, vt ipse putabat, constitutis, acceptis secũ copijs Romanorum, eas per Assiriã ducit: atq; vrbibus quibusdã & castellis partim proditione, partim bello captis, sine vlla cõsideratione aut consilio, ad ea solum quæ ante pedes erant, nullam eorum, quẽ à tergo reliquit, rationem ducens, neque quod sibi eadem via reuertendum esset, animo complectens, oculos adiecit: & quemcunq; locum cepit, eum miserandum in modum populatus est: cellas penarias, & alia id genus adificia partim subruit, partim incendit. Dum autem proficiscebatur ad Euphratem, non longẽ absuit Ctesiphonte. Est ea quidem vrbis magna, & iam loco Babylonis, sedes regia est Persarum. A qua non longẽ fluit Tigris. Ac cum nauibus propter terram interiectã Ctesiphontem appellere non posset, cunq; necessariò cogi videretur, aut vrbem illam prætereire, aut nauigia relinquere, tandem quibusdam captiuis de ea re rogatis, fossam repperit temporis longinquitate obstructã oppletãque, qua naues transmitti possent. Itaque effossa inde egestãque colluic, quæ nauibus posset esse impedimẽto, Euphratẽ per eam in Tigrim deriuauit. Atque hac nauibus cum exercitu traductis, ad vrbẽ venit. Verũ cum Persæ magno apparatu equitum, armatorum, & elephantum instructi, ad ripas Tigris apparerent, & Iulianus videret exercitum suum in terra hostili inter duos maximos fluuios obsessum, & siue ibi maneret, siue eadem via reuenteretur, in periculo versari fame intereundi, præsertim vrbibus & pagis, per quos venerat, vastatis, & nullas iam res ad commealum necessarias habentibus, præmijs celetibus propositis, milites in ludis circensibus spectãdis occupatos tenuit. Interim verò nauiculariis mãdatum dederat, vt nauium onera, & commealũ exercitus abijcerent, eo cõsilio, vt milites (sic equidẽ audiui) cum viderent se propter rerum ad victum necessariarũ penuriam in periculo vitæ cõstitutos, matore s animos sumerent, & alacrius cum hostibus pugnarent. His rebus ita comparatis imperator, vocatis ad se post cœnã ducibus ac cõturiõibus, milites nauibus imponẽdos curat. Illi, Tigrim

Q. iij noctu

noctu traiecto, vbi iam ad vltiores fluminis ripas appulsum est, nauibus egrediuntur. Ex Persis autem, qui eorum aduentum sentiebant, defendere se, & mutuo cohortari coeperunt: alij adhuc dormientes, à Romanis oppressi sunt. die verò illucescente, committitur praelium. Romani multis & ex suis amisissis, & ex hostium copijs interfectis, primùm fluuium traiciunt: deinde castra ante Ctesiphontem ponunt. At quoniam placuit imperatori non vterius progredi, sed in sui imperij fines redire, nauibus propterea succensis, quod propter earum custodiam multi milites caufarij essent, ad reuertendum se parant, fluuius Tigri ad leuā relicto. Atq; primū captiuorū ductu, in regionē fertilē & omnibus abūdātē rebus ad vitā necessarijs veniūt. At postea senex quidā, qui pro omniū Persarū libertate mortē oppetere cupiebat, primū à Romanis data opera se capi permisit, cū tamē prae se ferret, inuitū se captū esse. Deinde ad imperatorē deducitur. Tū rogatus de via, & vera dicere visus, persuasit Romanis fore, vt si ipsum sequerentur, celerimē cū exercitu suo ad suos ipsorum fines peruenirent: & quod iter solū triduo, ad summū, quadriduo molestū & difficile esset, & quod pro eo tēpore cōmeatū secū ferre deberent, propterea quod terra deserta erat & inculta. Imperator igitur astuti senis verbis inductus constituit illac proficisci. Vbi verò aliquantō longius processerunt, & confecto iā tridui itinere, in locis eisdem impediti haeserunt, senex captiuus vocatus in quaestionem, confitetur se pro salute suorum vltro ad mortem gradi, & paratum esse omnia cruciamentorum genera lubenter subire. Cum autem copiae Romani partim itineris longitudine, partim inopia rerum ad victum necessariarum animos demitterent, in casiam languentes exercitus Persarū impetū facit. At graui praelio factō, de repente violentus excitatus vētus, caelū solemq; nubibus obduxit: aeri admiscuit puluerē. Ac cum tenebrae vndiq; & crassa caligo circumfusa esset, eques quidam incitato cursu, hasta imperatorem percussit, lethaleq; ei inflixit vulnus: quem cum ex equo deiecisset, abiit, penitus ab omnibus ignotus. Quem Persam nonnulli, alij Saracenum fuisse praedicant. Sunt etiam, qui militem Romanum eum fuisse affirmant: hancq;

hancque ei plagā ideo imposuisse, quod iniquo animo ferret illum temeritate & audacia exercitū Romanum in tanta pericula coniecisse. Porro Libanius Syrus, Sophista, cōsuetudine ei & amicitia coniunctissimus, de eius interfectore scribit ista. Si quisquam sit, qui aueat audire, quisnam eum interfecerit, nomen equidem non habeo dicere. Sed quod ex hostium numero non fuerit, est argumento planē euidentissimo, cum nemo hostis ob plagam illi inflictam sit quicquam honoris à rege Persarum consecutus. Imò verò tametsi rex eius interfectorem per praecones ad dignitatis gradum vocauit, & pollicitus est se eum, si vellet cōparere, amplis praemijs remuneraturū, tamen ne cupiditate quidem honorum inductus quisquam hoc facinus sibi arrogauit: & propterea magna hostibus habenda est gratia, quod rerum, quas minimē gessissent, gloriam sibi nequam attribuebant, sed faciebant nobis potestatem interfectorem inter nos ipsos conquirendi. Nam quibus, dum viueret, incommodare visus sit, hi quoniam secundū leges ab eo sancitas minimē vitam inflituebant, idcirco & olim eius vitæ insidias struxerant, & iam facultatem nacti ei vitam ademerunt. Huc accessit quoque cum alia iniuria, quae eos ad facinus istud impulit, quae tamen eo regnante nihil praestare potuit, tum maximē deorum cultus, cui illi de industria prorsus aduersati sunt.

Quod vltore Deo è medio sublatus est, & de visis quibus plerisq; mors eius significabatur, deque responso illo, quod sabri filius seretrū illi fabricabat, & quod haustum è vulnere sanguinem, in Christiū iaculatus est, & quantae clades propter illum vniuersum Romanum imperium exceperint.

CAPVT II.

ATque dū ista scribit Libanius ad hūc modū, subindicare vult interfectore Iuliani Christianū fuisse, quod fortassis verū erat. Neq; enim incredibile est quendā è militū numero id temporis animum induxisse, quod nō Gentiles solū, verū etiā alij oēs eos, qui tyrannos quondā

Quiii occide-

occidebant, ad nostram vsque ætatem admodum laudare solent, quippe qui pro omnium libertate mortem oppetere non dubitarent, sicque etiam ciuium, cognatorum, & amicorum salutem lubentibus animis tuerentur. Atque ægrè certè reprehendi potest, præsertim cum propter Deum & religionem, quam approbabat, tam fortem ac strenuum se ostenderit. Equidem quisnã huius cædis administer fuerit, nihil certi possum dicere, præter ea, quæ modò dicta sunt. Sed tamen vti hi, qui de ea re consentientibus sententiis differunt, affirmât, vera sane est ea opinio, quæ est ad nos perlata, quæ tradit eum vltione diuina è medio sublatum esse. Cuius rei certissimum argumentum est, diuina visio, quam cuidam ex necessariis eius oblatam accepi. Nam dicitur, cum ad Iulianum, qui iam erat in Perside, ire maturaret, in loco quodam, qui erat in via publica situs, diuersatum, & ædium penuria coactum in ecclesia, quæ ibi erat, dormiuisset, & secundum quietem vel rem gestam vidisse, vel saltem somniasse, complures ex apostolis & prophetis in vnum coactis, grauius de imperatoris contumelia aduersus ecclesias facta conquestos esse, iniuisseque consilium, quid in hac causa faciendum esset. Ac cum diu de ea re esset deliberatum, & adhuc eorum animi velut in dubio versari viderentur, duos è medio surgentes, cohortatos reliquos, vt bono animo essent, propereque tanquã ad delendum Iuliani imperium è concilio egressos. Hominem illum, qui has res tam admirabiles contemplatus fuerat, iter de cætero neglexisse. Atque dum metu perculsus, hæsitaret, quis huius visionis exitus futurus esset, secundò eodem in loco somnum cepisse, vidisseque eundem apostolorum & prophetarum conuentum: atque ex improviso velut è via in concilium ingressos illos, qui superiore nocte ad Iulianum expugnandum abierant, cæterisque nuntiasse eum occisum esse. Eodem die Didymus, vir ecclesiasticus, & diuinæ sapientiæ ac pietatis perstudiosus, Alexandriæ ætatem degens, supra modum dolebat, non modò ob imperatoris scelera contra Christianam religionem admissa, sed etiam quòd cæco errore vagabatur, & ecclesias contenebat. Itaque ieiunare, & deum hac de re supplex orare cepit. Qui cum ob hanc causam animo adeo sollicito ac moesto esset,

esset, vti sequenti nocte nihil comederet, fortè in solio assidens, somno oppressus est: atque velut extra se positus, videbatur sibi videre equos albos in aere cursare: & qui in eis vehebantur, eos ita prædicare: Nuntiate Didymo, hodie Iulianum hac ipsa hora interfectum esse, ipseque idè illud Athanasio episcopo significet. Didymus igitur illico somno solutus, surrexit, cibumque cepit. Ac de visione tum familiaris Iuliani, tum Didymi ista equidem accepi: & neuter eorum, in his quæ fuerat contemplatus, à veritate aberrauit, sicut postea indicatum est. Quòd si cuiquam hæc non satis videantur ad ostendendum eum Dei nutu, cuius ecclesias vastabat, trucidatum esse, is reuocet etiam in memoriam vaticinationem, quam vir quidam ecclesiasticus prædicebat. Nam cum Iulianus bellum esset contra Persas facturus, & minatus fuisset se post bellum ecclesias grauius afflicturn, & petulanter insultaret, filium fabri nihil illis afferre posse subsidii, vir quem dixi modò, hanc de eo pronuntiauit sententiam: Iste fabri filius arcam ei ligneam ad mortem parat. Porro autem ille ipse Iulianus post plagam acceptam ex aliqua parte intellexit à quo lesus fuisset, neque calamitatis suæ causam omnino ignorauit. Dicitur enim, cum erat fauciat, sanguinem è vulnere expressum, in aërem proiecisse, & velut in Christum sibi apparentem intuitus, eum suæ necis insimulasse. Alij autem memorant eum, cum sanguinem manu ostendisset, illum in aëre iecisse, perinde atque soli iratum, quòd Persis venisset subsidio, & se non seruasset incolumem, præsertim cum suæ natiuitatis, sicut astronomorum scientia indicabat, velut dominus esset & moderator. At cum esset reuera moriturus, vtrum Christum viderit nec ne, vti solet accidere, quando anima è corporis custodia egreditur, & res diuiniore, quæ ab homine conspici possint, videt, haud equidem habeo dicere. Neque enim istud ab adeo multis dicitur: veruntamen, vt planè falsum, reicere non audeo: quippe cū credibile sit alia etiam his multo admirabiliora contigisse non alia de causa, quàm vt constare possit religionem Christianam non hominum studio & industria constitutam stabilitamque esse. Denique toto tempore, quo iste regnauit imperator, deus visus est grauius comotus esse, & propterea

imperium Romanū permultis in nationibus ei subiectis variis calamitatū generibus affligi permisit. Nā terra grauiſſimis motibus continenter concuſſa, & ædificiis ruentibus neque domi cuiquam, neque sub dio verſari tutum erat. Atque vti ex his, quæ mihi narrata fuerint, coniecturam facio, vel eo ipſo imperante, vel ſecundum ſaltem gradum poſt imperatorem obtinēte, clades Alexandria vrbis Aegypti inſiſta, accidit. Quo quidē tempore mare cum in ſuum locum receſſiſſet, denuō impetu repentino æſtuans, extra ſuos terminos erupit, & longè lateq; aridum vndis obruit: adeo vt cum aqua receſſiſſet, ſcaphæ marinæ in domorum tegulis reperiæ ſint. Atq; eo die, quo iſta acciderūt (quem *γῆεῖς* id eſt, natalitia terræ motus vocant) feſtum quotannis Alexandrini etiamnum agunt. In quo quā plurimis per totam vrbem lucernis accenſis, & precibus ad gratias Deo agendas ſuſis, cum magno ſplendore hunc diem feſtū, & non minore cum reuerentia celebrant. His accedunt diutina ſiccitates, quæ eiufdem imperatoris temporibus & fructus, & aeris ſalubritatem labefactarūt. Hinc tanta rerum ad victum neceſſariarū penuria orta eſt, vt hominēs fame compulſi, pabulo, quo animalia ratione carentia vti ſolent, veſcerentur. Quinetiam peſtis ſecuta eſt, quæ ſuos ſecum aduexit morbos, & hominū corpora extinxit. Verū de Iuliano hæc hæc haſtenus.

De Iouiani imperio, & quād ſuſcepto regno multa iuſtè legitimeq; ſtatuerit. CAP. III.

POſt Iulianum, communi exercitus cōſenſu Iouianus capeſſit imperium. Quem cū milites in hoſtili terra imperatorem delegiſſent, ipſe ſe Chriſtianum eſſe clara voce profeſſus, imperium recuſauit: neque imperii inſignia vſq; eo ſuſcipere voluit, quoad milites, cognita recuſationis cauſa, ſe itidē Chriſtianos eſſe clamaſſent. Ac cum rerum ſtatus in periculo conſtitutus eſſet, & propter malam Iuliani gubernationem admodum perturbatus, & exercitus penuria comæatus valdè laboraret, neceſſe ei videbatur, pactis quibuſdam conditionibus, pacem cum Perſis facere, & ob eam cauſam aliquid de tributis, quæ Roma-

Romanis antè penſitauerant, remittere. Cumq; præterea experientia didiciſſet imperium propter iram diuinam in Iulianum, qui ante ipſum regnauerat, accenſam, acerbè afflictaſſe fuiſſe, abiecta omni cunctatione, ſcripſit ad præſides noſtrarum prouinciarum, vt in eccleſias frequentes conuenirent, & diuinum numen ſtudioſe colerent, docerentque ſuos ſolam religionem Chriſtianam verum Dei cultum in ſe complecti. Porro eccleſiis, & clericis, viduis & virginibus immunitatem reddidit, & ſi quid aliud vel ad commodum, vel ad honorem religionis noſtræ à Conſtantino ac liberis ſuis aut donatum, aut lege ſancitum fuiſſet, poſtea autem à Iuliano illis ablatum. Miſit item ad ſecundum præſidem generalem edictum, quod iubebat, vt qui ſacratam virginem vel ad nuptias contrahendas pellere conaretur, vel laſcivo ſolum obtutu aſpiceret, maxime omnium ſi per vim rapere tentaret, capitis ſupplicio multaretur. Itam legem idē tulit, quod quidā improbi viri, regnante Iuliano, tales virgines vel vi, vel perſuaſione ad hanc corruptelam inductas ſibi conuubio iunxiſſent: quemadmodum fieri ſolet, cum religionis ſtatu perturbato, turpis libido id genus ſceleris conſciſcendi impunitatem proponat.

Quōd denuō motus in eccleſia exorti ſunt, & de Antiocheno concilio, quod ſidem Nicenā conſirmauit, & quid ad Iouianum imperatorem ſcripſerit. CAPVT IIII.

IAM verò quæſtiones de integro & diſputationes de doctrina fidei ab eccleſiarum præſidibus agitari ceptæ ſunt. Nam dū regnabat Iulianus, propterea quod ſumma religionis Chriſtianæ omnino in diſcrimine verſabatur, à diſceptando omnes ſe imperarunt: communiterq; inter ſe Deum ſupplices orabant, vt ipſis propitium ſe oſtenderet. Atque ita natura humana comparatum eſt, vt cum ab exteris iniuriam acceperint, cum ſuis concordiam habeant & pacem: cum autem ſint malis ab exteris importati: liberati, ipſi inter ſe ſeditionem & diſcordiam concitent. Sed quibus rebuſp. aut gētib; iuſtè accidit,

non eſt

non est in præsentiarum commemorandum. Per idem ferè
 tēpus Basilius episcopus Ancyræ, Siluanus Tarsi, Sophro-
 nius Pompeiopolis, & alij. qui vnà cum his sunt hæresim
 Anomianorū auerſati, & filium patri non confubstantia-
 lem, sed substantia similem dixerunt, libellum ad impera-
 torem mittebant: in quo fatebantur gratias Deo agendas
 esse, quod eum imperio Romano præfecerat. Postulabātq;
 vt vel acta concilij Ariminensis, ac Seleucensis rata mane-
 rent, & ea quæ quorūdā studio ac potētia decreta fuissent
 abrogarentur, vel vt modus ille, qui ante concilia habita
 in ecclesijs seruatus fuisset, teneretur: dareturque potestas
 omnibus vbique episcopis, vt quo in loco ipsi vellent, se-
 paratim, nullo alio cū illis cōmunicāte in vnū conuenirēt,
 & vt ea, quæ instituebātur a nōnullis, qui aliquid seorsum
 moliri, & ita homines in fraudem impellere cuperent, vti
 regnante Constantio acciderat, neuiquā ex eorum sentētia
 procedere permitterētur. Significabant etiam se ad cas-
 tra nolle accedere, ne molestiam ei exhibere viderentur.
 Attamen si ipse eis copiam faceret, se suis ipsorum vsos iu-
 mentis, hoc perlubenter facturos. Atq; hi quidē ista scrip-
 sere ad Iouianum. Eodem tempore, concilio Antiochiæ
 Syriæ conuocato, fides concilij Nicæni confirmata est, i-
 biq; omnium sententiis decretum, vt filius patri sine con-
 trouersa confubstantialis esse crederetur. Huic concilio
 interfuere, Meletius, qui id temporis ecclesiam Antioche-
 nam gubernabat, Eusebius episcopus Samosatenus, Pelagi-
 us Laodiceæ, quæ est vrbs Syriæ, Acacius Cæsareæ Palæsti-
 næ, Irenion Gazæ, & Athanasius Ancyre episcopus. Qui-
 bus rebus confectis, concilij decreta significabant impera-
 tori per literas scriptas his verbis.

*Sanctissimo deoq; charissimo domino nostro Ionia-
 no, Victori, Augusto, concilium episcoporum Antio-
 chie in vnū ex varijs prouincijs conuocatorū. S.*

TVā pietatē, imperator sanctissime, cum primis labora-
 re, vt ecclesiæ pax & concordia stabiliatur, nobis ex-
 ploratū est. Neq; sumus nescij te sapiētē cōsideraſ-
 se, formam veræ & orthodoxæ fidei ad hanc concordiam, confir-

confirmandā valere maximè. Idcirco ne in eorū numero,
 qui doctrinam veritatis, adulterare student, habeamur, vi-
 sum est tuæ prudentiæ significare, quod fidem sancti con-
 cilij iam olim Nicææ congregati & approbemus, & tene-
 amus: quādoquidem vocabulum **CONSUBSTANTIALIS**,
 quod quibusdam videtur parum rectè in ea positum, est
 proba à patribus commodaque interpretatione explana-
 tum: quæ quidem interpretatio ostendit filium ex patris
 substantia genitum: patri secundum substantiam similem:
 & neque affectionem vllam in eius inexplicabili genera-
 tione debere intelligi, neque vocabulum substantiæ apud
 sanctos patres ad consuetudinem Græci sermonis capi,
 sed ab illis poni ad euertendum illud pestiferum dogma,
 Christum scilicet ex nihilo ortum esse, ab Ario impiè in-
 troductum: quod etiam isti Anomiani, id est, qui filium pa-
 tri dissimilē statuant, nuper exorti, multo audacius impu-
 dentiūsq; ad ecclesiæ concordia labefactandā asseuerant.
 Quamobrē exemplar fidei ab episcopis Nicææ coactis ex-
 positæ (quam sane vehemētē amplectimur) his literis quib-
 us animorū nostrorū sententiā tibi declarauimus, subiū-
 gere placuit. Atque hæc quidem decreuere episcopi, qui
 eo tempore Antiochiæ in vnum conuenerant, formulāq;
 fidei à concilio Nicæno editam, eisdem verbis, quibus e-
 rat conscripta, suis literis subiunxere.

*De magno Athanasio, qui maiorem in modum ab
 imperatore colebatur, quodque Aegypti
 ecclesiæ illi tradita sunt, & de
 magni Antonij visione.*

CAP. V.

DVm hæc gerūtur Athanasius etiā episcopus Alexādrī
 cōsilio suo cū quibusdā ex familiaribus suis cōmu-
 nicato, necessariū putauit imperatorē, qui Christianus
 erat, visere. Atque profectus Antiochiā, postulata sua
 imperatori exponit. Sunt tamē, qui dicunt, imperatorē eū
 ad se accersiuisse, vt quid de religione, & sana doctrina agē-
 dum esset ab illo cognosceret. Vbi verò res ecclesiæ ritē,
 quoad eius fieri poterat, constituerat, de reditu cœpit co-
 gitare. Euzoiius autē episcopus sectæ Ananæ Antiochiæ,
 Proba-

Probatiū eunuchum, sectæ eiusdem Alexandriæ antefignanū constituere laborauit. Lucius igitur genere Alexandrinus. vnus ex presbyteris, quos Georgius ordinauerat, cum Euzoio eiusque fautores istud instituisent, ad imperatorem accedit: grauer criminatur Athanasium, primum quod toto tēpore, quo episcopatū gesserat, criminibus implicatus tenebatur: deinde quod à iuperioribus imperatoribus sape erat exilio condēnatus: postremò quod author discordiæ in religione, & tumultus extiterat. Itaque postulat, vt alter eius loco ecclesiæ Alexandrinæ crearetur episcopus. At imperator (norat enim insidias, quæ erāt tū Athanasio paratæ) criminibus ei illatis neutiq̄ auscultauit: sed Lucio quidē cum minis adiectis, in mandatis dedit, vt quiesceret: Probatio autē, & alij eunuchis, quos circū se habebat, vt pote eiuſmodi tumultuum authoribus imperauit, vt tandem modestiam discerent. Athanasium verò, quē præfens congressus & colloquiū ei charissimum reddiderat, misit in Aegyptū cum mandato, vt quo sibi luberet modo ecclesias & populum regeret. Nam dicitur illum tū ob virtutē, qua præditus erat, tum ob vitam piē actā, tum denique ob prudentiam, & præstantiam doctrinæ laudatse plurimū. Ad hunc modum ergo fides in concilio Nicæno stabilita, quanquam ad aliquod temporis spatium interiectū, vt supra docuimus, oppugnata fuerat, tamen isto imperatore regnante, caput denuò extulit. Verū non ita diu post patriatione agitari cœpit. Nam non in his solum, vt est veri simile, quæ temporibus Constantij ecclesiæ contigerant, prædictio Antonij monachi expleta est, sed restabāt adhuc ea, quæ postea sub Valente facta sunt. Traditum est enim Antonium priusquam Ariani, essent ecclesiarum potiti gubernaculis, regnante Constantio, secundum quietem mulos altare insultantes calcibus & sacram mensam euertentes vidisse: illicoque prædixisse tumultum ex adulterinis permixtisque doctrinis ortum, & rebellionem ex illis, qui alienā ab ecclesia Catholica opinionem tenerent, excitatam ecclesiam dei postea occupaturam. Atq; hæc quidem verē ab eo & visa esse, & prædicta, res cū quæ ante hoc tempus, tum quæ post accidebant, manifestò declararunt.

Iouiani

Iouiani mors, & de vita Valentiniani, et ipsius in Deum fiducia, & quomodo ad imperiū peruenit, & quod Valenti fratrem suū in imperij partem assumpsit, & de opinionum & morum eorundem discrepantia. CAPVT VI.

IOuanus verò imperij administratione circiter octo menses perfunctus, dum proficiscitur Constantinopolim, in Dadaſtanis, qui est locus Bithyniæ iter vias mortē obit, vel quod largius, vt quidam prædicāt, cœnauerat, vel quod odorem domus, in qua dormiebat, recens calce illum ferre non poterat. Nā multis carbonibus quod locus tepesceret, ibi accēsis (erat enim iam hyems) vaporem inde excitatum, parietes supra modum madefecisse dicunt. Vbi verò exercitus venit Nicæam, vrbem Bithyniæ, Valentinianum virum bonum, & dignum planē imperio imperatorem declarant. Nā ibi tum fortē aderat, ab exilio reuerſus. Fertur enim Iulianum, cum summā imperij Romani administraret, istū Valentinianum, qui præfectus cohortis erat, ex albo militum, qui in exercitu Iouiani vocabantur, exemisse, & perpetuo addixisse exilio: simulatione quidem, quod milites sibi subiectos, cum contra hostes pugnandum esset parum commodē instruxerat, sed reuera hiuc inductus est. Cum Iulianus adhuc in Gallia, quæ ad occidentem solem vergit, ætatem ægeret, ad quoddam delubrum iuit sacrificatum: simulque cum eo fuit Valentinianus. Nam Romanis vetus erat mos, vt præfecti militum, qui Iouiani & Herculiani vocabantur (sunt hæc quidem duæ cohortes ex militibus primariis constitutæ: quarum altera ad Hercule, ab Ioue altera nomen traxit), imperatorem proximē à tergo præsidij causa sequerentur. Valentinianus autem cum esset limē delubri transgressurus, & sacerdos ritu Gētilio virides oliuæ ramusculos madefactos manu tenens, introeuntes illis aspergeret, gutta in suam vestem delapsa, agrē admodum & grauer tulit. Christianus enim erat, & propterea Sacerdotem, qui ipsum aqua asperferat, conuictijs adoritur. Aiunt præterea eum, etiam imperatore Iuliano inspectante, tantū vestis suæ cū ipsa gutta excidisse abieciſ-

abiecisseque, quantum gutta madefecerat. Vnde Iulianus ei admodum insensus iratusque, non multo post condemnauit exilio, ut nimirum Melitinam, urbem Armeniæ, perpetuo incoheret: causa quidem simulata, quod milites sibi subiectos negligenter admodum gubernasset. Noluit enim videri propter religionem villo eum afficere in commodo, ne inde aut martyris, aut confessoris honos illi tribueretur. Siquidem hac de causa aliis etiam Christianis pepercit, quia videret eos ex periculis susceptione vni supra demonstratum est, tum gloriam sibi consequi, tum religionem ac fidem Christi vehementer confirmare. Ac simul ut imperium Romanum Iouiano delatum est, iste Valentinianus ab exilio Nicæam reuocatus, mortuo iam forte Iouiano, & consilio ab exercitu, & his, qui tum primos magistratus gerebant, inuito, omnium suffragiis imperator deligitur. Postea vero quam insignia susceperat imperij, & milites clamarent, ut alterum sibi velut socium imperij ad iungeret, me, inquit, ad imperandum deligere, o milites, penes vos erat sed cum iam a vobis delectus sim, consortem imperij, quem postulatis, non in vestra, sed in mea solius potestate deligere situm est. Quinetiam vos, qui meo iam imperio subiecti estis, conquiescere: me autem, utpote imperatorem, quid agendum sit, considerare conuenit. Atque hac oratione id temporis milites affatus, eorum minime cessit sententiæ. Verum haud multo post profectus Constantinopolim, fratrem consortem imperij declarauit. Atque partes imperij, quæ ad solem orientem spectant, ei tradidit: quæ autem ab Illyriis ad Oceanum occidentalem pertinent, quinetiam omnem e regione continentem ad extremas vsque oras Libyæ suæ ipsius subiecit ditioni. Ambobus quidem professione Christiani erant, sed tamen opinione discrepabant & moribus. Nam Valens quoniam salutari aqua baptismatis exiaret, Eudoxio episcopo ad illius mysterij initiationem ministro vsus est, fidei Ariane se addidit: atque iniquo animo passus est, ut non sibi liceret omnes vi ad eandem secum opinionem amplectendam cogere. Valentinianus autem fidei concilij Nicæani adhaerescens, sicut iis, qui ei fauebant, opitulatus est, sic contrariam doctrinam sequentibus nihil omnino exhibuit negotij.

Quod

Quod rursus ecclesiis perturbatis concilium Lampfaci coactum est, & quod Ariani qui Eudoxium sequebantur, cum superiores essent, illos qui fidem orthodoxam tenebant, vna cum Melitio ecclesiis submoebant. CAP. VII.

Vbi vero decessit Constantinopoli Valentinianus, per Thraciam Romam versus iter fecit, episcopi Hellesponti & Bithyniæ, & alii omnes, qui filium patri consubstantialem asserendum putabant, mittunt ad eum pro se legatum Hypatianum Heraclæ, quod est oppidum Perinthi, episcopum, oratum ut sibi de doctrina fidei ritè constituenda in vnum conueniendi potestas permitteretur. Qui cum venisset ad Valentinianum, & episcoporum postulata ei exposuisset, respondit ille, sibi, qui vni è laicorum numero erat, non licere se eiusmodi negotiis interponere: & ideo sacerdotes & episcopi, inquit, quibus hæc curæ sunt, seorsum per se, vbicunq; ipsis lubitum fuerit, in vnum conueniant. Quo responso ad legationem Hypatiani dato, Lampfaci concilium cogunt. Atque vbi ad bimestre spatium de rebus fidei deliberatum est, tandem decernunt acta Constantinopoli, opera ac studio Eudoxii & Acacij cum suis sancita abroganda esse: de inde formulam fidei, quam velut ab episcopis occidentalibus editam explodendam protulerant, quosdamque ad eundem subscribendum impulerat, facto promisso, quod opinionem eorum, qui filium patri dissimilem prædicant, penitus reiicerent: cui promisso neuiquam steterunt. Tum doctrinam illam ratam fore, quæ filium patri substantia similem asserit. Nam adiectionem huius vocis, SIMILIS, ad planam personarum distinctionem necessariam esse. Porro formulam fidei in consecratione ecclesiæ Antiochenæ editam, & Seleuciæ omnium episcoporum consensu confirmatam, in omnibus ecclesiis tenendam. Quinetiam ut qui ab his qui filium patri dissimilem asseuerabant fuissent abdicati, suas ipsorum sedes, utpote ecclesijs per nefas eiecti, denuo reciperent. Quod si quis eos insimulare vellet, pari periculo obnoxium fore. Iudicesque constitui episcopos tum illius gentis. orthodoxos,

R tum

tum alios, qui ex finitimis prouincijs ad eam ipsam conuenirent ecclesiã, in qua testes sunt rerũ à singulis in vita gestarũ. Quæ cũ decreuissent, & Eudoxianos non uocassent solũ, uerũ etiam locũ illis dedissent pœnitentiæ, hiq; tamẽ minime obtẽperarent, decreta omnibus ubiq; ecclesijs significarũt. Ac quoniã suspicabãtur (uti erat cerẽ uerisimile) Eudoxiũ aulã imperatoris ad suis partibus fauendũ in ducturũ, atq; ipsis calumniã intenturũ, statuerunt eius conatum præuerrere, & acta concilij Lampfaceni imperatori indicare. Quod & fecere. Si quidẽ Valenti è Thracia reuertenti (fratrẽ enim Romã antiquã proficiscentẽ aliquot dierum uia comitatus fuerat) Heracleã obuiã fiunt. At uerò Eudoxius & imperatoris & aulicorũ animos iã, ut uolebat, sibi conciliauerat. Itaq; imperator legatis, qui ex concilio Lampfaceno uenerant, iussit, ut doctrina fidei cũ Eudoxio cõsentirent. Sed cum illud deneq; assensũ, & fraudẽ Constantinopoli factam, & consilia contra decreta concilij Seleucensis suscepta Eudoxio criminis loco obiecerunt. Valens inflammatus iracundia, iubet tum illos in exilium ire, tum ecclesiã eorum alijs tradi. Interim uerò ipse in Syriã concedit. Nam uerebatur, ne Persã fœdera ad triginta annorum spatium, regnante Iouiano, facta rumpe rent. Cæterũ cum hi nihil nouarum rerum molirentur, Antiochiã commoratus est. Quo quidem tempore Meletium episcopum addixit exilio: Paulino autem, propterea pepercit, quod uitæ eius sanctimoniam reuerebatur. Porro eos, qui Eudoxij communionem repudiabant, ex turbari ecclesijs, pecuniis multari, cædi uerberibus, & alijs tormentis affligi mandauit.

*De Procopij defectione, & incredibili eius exitu,
& Elcuso Cyziceno & Eunomio heretico, &
quomodo Eleusio successerit. CAP. VIII.*

QVo quidem tempore, ut coniectura assequi possumus, res his multo grauiores ab eo perpetratæ fuisset, nisi bellum, quod tum à Procopio motũ fuerat, obstiteret. Nam iste Constantinopoli, occupata tyrãnide, & magno exercitu breui tempore collecto, contra Valentem re-

naturat.

naturat. Valẽs autem ex Syria reuersus, circiter Nacoliã, urbem Phrygiæ, prælio cum eo cõgreditur. Quem quidẽ cum prodicione Agelonis, & Gomarij, qui eius duces erant, uiuum cepisset, non ipsum solum, sed etiam duces eius miserandum in modum interemit. Nam hos, licet se illis beneuolum fore iurasset, ferris medios dissecuisse traditur. Procopij autem cura, cum duas arbores non longè distantes inflexisset, singula ad singulas arbores alligauit: quo facto, arbores denuo se in altum attollere permisit. Quæ cum se ad consuetum locum erigerent, hominẽ in duas partes distaxerunt. Hoc confecto bello, Nicæam uenit. Cum autem imperij statum pacatum cerneret, denuo cœpit eos exagitare, qui aliter atq; ipse de deo sentirent. Et maxime omnium episcopis, qui Lampfaci in unum conuenerant, succensuit: propterea, quod & episcopos Arianos abdicauerant, & formulam fidei Arimini cõpositã reiecerant. Qui cum hoc modo ira exardesceret, ducit Cizico Eleusium. Atq; cõcilio episcoporũ eidẽ, cui ipse, opinioni fauentiũ cõuocato, cogere illum eorũ fidei cõmunicare conatus est. Qui primo fortiter resistit. uerũ cum & exilium uereretur, & fortunarum amissionem (ista enim, si non pareret, Valens ei minatus fuerat) imperata facit: At statim post, eum pœnituit. Nam Cizicum reuersus, palãm, in ecclesiã peccatum suum confessus est, & alterũ eius loco episcopũ creari iussit. Nã haud cõsentaneũ esse, ut ipse, qui suã fidẽ ac religionẽ prodiderat, sacerdotio amplius fungeretur. At Cyziceni ob reuerentiã, quam erga piã eius uitã institutionẽ habebant, eum summa cõplectentes beneuolentiã, alterum episcopum habere noluerunt. Quibus rebus cognitis, Eudoxius Constantinopoli opinionis Ariantũ antistes, Eunomium Cizici creauit episcopum. Nam cũ, quoniã dicendo erat disertus, Cizycenos orationis uia ad suã doctrinã facillẽ perducturos putauit. Vbi autẽ uenit Cizicum cũ mädato imperatoris, egresso inde Eleusio, ecclesiã illius urbis cepessit administrationẽ. Qui uerò doctrinã parebant Eleusij, in ecclesiã extra mœnia urbis adificata, ante ciuitatẽ cõuentus peregrerunt. Verũ de Eunomio, & heresi eius nomine nuncupata, dicam equidem paulo post.

R ij

Quod

*Quid grauiter multati erant, qui eotempore fide
Nicanam profitebantur, & de Agelio no-
uatiatorum Antistite. CAP. IX.*

NON dissimilibus porro afficiebatur incōmodis etiā illi, qui Constantinopoli doctrinā concilij Nicēni propugnabāt. Quorū incōmodorū socij fuere quoq; Nouatiani. Nā imperator cū reliquos oēs vrbe exigi, tum ecclesias Nouatiorū ocludi mādauit. Cæterorū autem ecclesias non erat causā, cur ocluderet. Nam iam pridem eæ, regnante Constantio, ipsis ademptæ fuerant. Quinetiā Agelium, qui temporibus etiam Constantii ecclesiæ Nouatiorum Constantinopoli præfuerat, multauit exilio. Is quidem dicebatur vitam cum summa omnium admiratione secundum leges ecclesiasticas instituisse. Vixit enim (quod in pia vitæ ratione ac disciplina facile primas obtinet) à pecuniarum possessione liber: atque ipsa vitæ institutio illud planè declarauit. Nam vna solum vtebatur tunica, & sine calceis semper incedebat. Non ita multo post ab exilio renouatur: suas ipsius recuperat ecclesias, & conuentus liberè ac sine metu agit. Quarum rerum Marcianus quidam causā extitit: vir sane cum vita, tum doctrina admirabilis: qui iam olim quidem in regia satellitem egerat, ac iam tum presbyter sectæ Nouatianæ erat, docebatq; filias imperatoris Anastasiam & Carosam præcepta Grammaticæ: quarū nominibus sunt balnea Cōstantinopoli etiamnum appellata. Itaque ob reuerentiam erga hunc & gratiam, hæc, quæ modò diximus Nouatianis concessa sunt.

*De Valentiniano iuniore & Graciano, & perse-
quutione quā excitauit Valens, & quid qui
consubstāntiale tuebātur, ab Arianis & Ma-
cedonianis dinexati, Romā legationē mittūt.*

CAPVT X.

SVB tempus imperatori Valentiniano in occidente fili-
lius natus est, patris nomine nuncupatus. Non multo
post filius eius Gratianus, quē anteq̄ regimē suscepisset
impetij,

imperij, in lucē ediderat, imperator creatus. Eodem tempo-
re, quanq̄ grando instar lapidū, præter cōmunem natu-
ræ consuetudinē, præceps delabebatur in terrā, & terræ mo-
tus maximi cū alias ciuitates, tū Nicæā Bithyniæ magno-
pere labefactabant, Valēs tamē & Eudoxius Christianos,
qui doctrina fidei abs se dissentirent, grauiter persequi nō
deserūt. Atque cū conatus eorū aduersus fautores Nicē-
ni cōcilij ipsis ex animi sententia iā successisse videbatur
(nā hi quidē maiore in parte imperij Valētis, & maxime in
Thracia, Bithynia, Hellefpōto, & aliis regionibus hisce lō-
gius distantibus, neque ecclesias habebāt, neq; sacerdotes)
tamē contra Macedonianos, qui in ea orbis parte numero
multo plures erāt, cœpe iracūdia admodū efferri. In quos
furore cōuertentes, nō mediocriter diuexarunt. Qui metu
malorū impendētū perterriti, legationibus inter ipsos mu-
tuò ad singulas vrbes misis, cōmodissimum sibi putarūt
ad Valentinianum imperatorem, & Romanum episcopum
profugere, & communioni fidei illius potius, quàm Eudo-
xii, aut Valentis, ac suorum aulicorum se adiungere. Vbi
verò ista rectè se habere visa sunt, tres ex suis deligunt, Eu-
stathium, episcopum Sebastiz, Siluanum Tarsū, & Theo-
philum Castabolorum episcopum, quos ad Valentinianū
mittant: scribuntque literas, tum ad Liberii episcopū Ro-
manū, tum ad reliquos episcopos occidētis (utpote qui si-
dem ab apostolis ductam ratā firmamq; tenerent, & præ cœ-
teris deberent religioni prospicere) vt legatis suis quan-
tum in ipsis situm esset, subsidio esse, & cum illis consilium
de rebus agendis inire vellent: exponerentque, quid ad sta-
tum ecclesiæ ritè constituēdum optimum factū videretur.
Qui cum in Italiam venissent, certiores facti sunt impera-
torem esse in Gallia, vt contra Barbaros illi regioni finitimos
bellum faceret. Verū cum via in Galliam difficilis
esset & periculosa propter bellum, literas dedere Liberio.
Atque rebus, de quibus venerant legati, cum eo communi-
catis, non Arium solum, verū etiam eius opinionis fau-
tores ac doctores condemnant: reiiciunt etiam omhem hę-
resim fidei concilij Nicēni aduersantē, vocabulūq; CON-
SUBSTANTIALIS, recipiunt, vt pote idē significans, quod
SUBSTANTIA SIMILIS. Itaq; Liberius, simul vt confessio
R iij nem

SOZOMENI HISTOR.

nem istarum rerum ab illis scriptis proditam accepit, cum eis communicauit: scripsitq; ad episcopos orientis, eosq; ob concordiam & fidei consensum laudauit, atque quid cum legatis eorum actum sit significauit. Confessio autem Eustachij & collegarum illius hæc quidem fuit.

Eustachij, Siluani, & Theophili ad Liberium Romanum episcopum confessio.

CAPVT XI.

Domino, Fratris, & Collegæ nostro Liberio, Eustachius Siluanus, & Theophilus, in domino. S.

VT omnem occasionem insanæ hæreticorum confidentiæ, qui ecclesiæ catholicæ graues afferunt offensiones, omnino adimamus, concilia episcoporum rectè de religione sentientium, quæ Lampasii, Smyrnæ, aliusq; variis in locis aliquando habita fuerint, nostro approbamus consensu. Cuius sinodi legatione obeuntes, literas ad tuam benignitatem, & ad alios episcopos Italiæ, aliarumq; regionum ad solem occidentem vergentiû attulimus: ex quibus planum fiet, nos fidem catholicam tenere seruareque, quæ in sacrosancto concilio Nicæno, tæponibus beati Constantini imperatoris, à trecentis decem & octo episcopis confirmata fuerit, atque adeo inuiolata stabilisq; permãserit: in qua vox, CONSUBSTANTIALIS, ad peruersam Arii doctrinam expugnandam sanctè pieq; posita fuit. Nam propriarum manuum subscriptionibus planè confitemur, nos non aliter, atque illos patres, quos diximus, sentire, sed eandem fidem cum illis & antè hac seruasse, & iam seruare, & ad extremum vsque spiritû seruaturos esse: Arium autem, impiam illius doctrinam, eius discipulos, omnesq; Patroparsianos, Marcionistas, Photinianos, Marcellianos, & Pauli denique Samosateni sectatores penitus condẽnare. Istorum doctrinæ, omnibus idẽ cum illis sentientibus, omnibus etiam erroribus, qui sacrosanctæ fidei prædictæ à sanctis patribus piè & catholicè in vrbe Nicæa expositæ aduersantur, itemque fidei formulæ in concilio Ariminensi recitatæ, utpote fidei sancti concilij Nicæni, quod diximus, proius repugnanti (cui quidem dolo

ECCLSIAS. LIB. VI. 139

dolo & quorundam periurio propter nomẽ vrbis Nicææ, quæ est in Thracia, delusi, Constantinopoli subscriptissimus) nominatim anathema indicimus. Porro formulam fidei in concilio Nicæno editam, suæ confessioni eisdem verbis subiunxerunt. Atq; literas Liberij de rebus modò gestis cum accepissent, in Sicilia nauigarunt. Qua in insula concilio celebrato, & eisdem rebus ab episcopis illius loci decretis, ad extremum cum hæc omnia confessissent, domum reuerterunt.

De concilio Tyanis celebrato, & eo quod in Cilicia expectabatur futurum, nisi id Valens soluisset, & persecutione qua eo tempore seruebat, & Athanasius magnus iterum sese fugę mandans delitescebat, & postea datis ad eum Valentis literis in publicum prodians, Aegypti ecclesiæ gubernauit. CAPVT XII.

Eodem tempore, dum Eusebius, episcopus Casarea Cappadociæ, Athanasius Ancyrae, Pelagius Laodiceæ, Zeno Tyrini, Paulus Emese, Otteus Meletinae, Gregorius Nazianzi episcopus, & multi alij, qui, regnante Iouiano, Antiochiæ decernebant, doctrinam, quod filius sit patri consubstantialis, tenendam esse, dum, inquam, isti omnes Tyanis concilium habent, literæ Liberij, & aliorû episcoporum occidentis recitantur. Ex quibus permagnâ capientes lætitiã, scripserunt omnibus ecclesiis, ut tunc decreta episcoporum occidētis, tunc literas Liberij, & aliorû episcoporum Italiæ, Africæ, Galliæ ad occasum solis spectantis, & Siciliæ (horum enim literas quoq; legati ex concilio Lapsæeni ad eos missi, attulerat) diligenter perlegerent: deinde numerû omnium (conciliû nãq; Ariminense multitudine longè superabant) secû subducerent: tunc ut doctrinæ se illis, & cõmunionis socios adiungeret: deinceps ut in ea sententiã se esse suis ipsorum literis declararet: postremò, ut ad certum diem, quæ præstituerant, dũ adhuc ver esset, Tarsu Ciliciæ in vnũ cõuenirent. Atq; hi quidẽ hoc modo ad conueniendũ in vnũ locũ se mutuõ ipsi cohortati sunt. Cum autẽ

iam concilium Tarſi cogeretur, circiter triginta quatuor episcopi Aſiani in Caria, quæ est regio Aſiæ, in vnum congregati, ſtudium in eccleſiæ concordia ſtabilenda poſitum probabant illi quidem, ſed tamen vocabulum, **CONſTANTIALIS**, reiiciebant: conſtanterq; affirmabant formulam fidei Antiochiæ & Seleuciæ editam tenendam eſſe, quippe quæ etiam antè à Luciano martyre compoſita habebatur, & non ſine multorum tum periculorum, tū laborum ſuſceptione, ab his, qui ipſos atate anteibant, cōfirmata. Imperator verò impuſſu Eudoxii conciliū, quod in Cilicia futurum expectabatur, partim literis, partim minis diremit. Quinetiam ſingulis cuiuſque gentis magiſtratus dedit mandatum, vt episcopi temporibus Cōſtantii abdicati, & iterum regnante Iuliano, ad ſacerdoria ſua reſtituti, eccleſiis expellerentur. Quo quidem mandato etiā magiſtratus Aegypti impuſſi, Athanaſium eccleſiis illius regionis priuare, & vrbe Alexandria eiicere laborarunt. Nam literæ imperatoris non leuem complectebantur pœnam, ſed omnibus ex æquo magiſtratus & militibus quæ illis ſubiectis, quinetiam curiis ingentis pecuniæ multam irrogabant, & corporis præterea cruciatū minabant, niſi imperata facerent. Itaque multitudo Chriſtianorū in vnum coacta, poſtulabat à præſide, vt non temerè & inconſultò episcopum Athanaſium vrbe exturbaret, ſed cōſyderaret ſecum accuratius, quid eſſet literis imperatoris definitum. Eas enim contra illos ſolos valere, qui temporibus Cōſtantii in exilium miſſi, poſtea regnate Iuliano, redierant. At Athanaſium dicebant, tametsi temporibus Cōſtantij exularat, ab eodem tamen reuocatum fuiſſe, & ad episcopatū reſtitutum. Iulianum verò cum alios omnes reduxiſſet, eum vnum in exilium ire compuliſſe, quem Iouianus rurfus domum reuocauit. Hac oratione habita, cum ei perſuadere non poſſent, reſtiterunt eius conatibus, & vim afferri episcopo non permiferunt. Quare cum populus vndiq; conſlueret, & ingens tumultus ac turba ciceretur, ad eò vt omnes ſeditione futurā expectarent, præſes de his rebus geſtis imperatorē facit per literas certiorē, & interim Athanaſium in vrbe manere patitur. Multis verò diebus intermiſſis, cū iā tumultus videretur ſedatus eſſe,

Atha-

Athanaſius clam ex vrbe egreditur, & in locum quandam ſeparatim ſe abdidit. Noctē verò intempeſta, præſes Aegypti, & præfectus præſidiariorū militum ad eccleſiā, in qua domicilium habebat, cōtendunt. Eò cum perueniſſent, & illum in tabulatis queſuiſſent, conſilio, quod intenderāt, fruſtrā ſuſcepto, inde receſſerunt. Nam putabant, cum populus iam in ſuperioris tumultus obliuionem veniſſet, & omnes ſomno ſe dedidiſſent, futurū eſſe, vt facilè deinceps, ſi modò aggredierentur, mandatum imperatoris conſciperent, vrbeſque conſeruarent à ſeditione liberam. Sed cū Athanaſius minimè eſſet repertus, omnes non ſine cauſa magna incenſit admiratio. Et ſiue diuina quadam vi, ſiue quorundam indicio præmonitus ſeceſſerit, vtrumq; certe eodem ſpectabant: Quinetiā vt tam oportuno tempore tum præcognoſceret inſidias, tum vitaret, maioris videretur eſſe prouidentię, quàm quæ homini attribui queat. Sunt tamen alij, qui dicunt, eum, cum mente præciperet temerarium populi tumultum, & vereretur, ne cladis, quæ inde fortè accideret, ipſe author & cauſa videretur, toto hoc tempore in patris monumento delituiſſe. Atq; hoc modo Athanaſium iſtud euiſſe periculū accepimus. Haud diu poſt imperator Valens ſcripſit literas, vt rediret, eccleſiamque denuò capereſeret. Suſpicio equidē Valentem non de ſuo ipſius conſilio has literas ſcripſiſſe, ſed vel quod opinionem de Athanaſii virtute omniū animis inſitam non paruo æſtimabat, quodque veriſimile erat Valentinianum, cum fidem concilij Nicæni propugnaret, ipſum hac de re incuſaturum, vel quòd metuebat, ne cū tam multos Athanaſius haberet fautores, tumultum eius cauſa cicerent, & res nouas nō ſine Reip. damno molirentur. Arbitror præterea ſectæ Arianae antiſtites (vti ſanè credibile eſt) non adeo magno ſtudio ad eum Alexandria pellendū incubuiſſe, propterea quòd cōplectebantur animis, ſi vrbe eiectus eſſet, denuò moleſtiā imperatoribus exhibiturum, indeq; naſturū occaſionē cū illis in colloquiū veniendū, & Valentem quidē fortalſe in ſuā ſententiā perducturū. Valentinianum autem vtpote eiufdē doctrinæ fauorem, ad iram contra ipſos inflammaturum. Nam eius virtutem in his, quæ regnante Cōſtantino acciderant, fatiſ

R v experii,

SOZOMENI HISTOR.

experti, maximè ab illo metuebant. Siquidè eo tẽpore ita omnes aduersariorum profligabat insidias, vt haud inuiti ecclesias Aegypti ei concederent, & tamen ipse vix literis Constantij eò adduci posset, vt Alexandriam reuenteretur. Causam igitur, cur Athanasius non esset perinde atq; ceteri, episcopatu priuatus, hanc sanè fuisse conijcio. Ceteros autem persecutio similis ferè persecutioni Gentilium exagitauit. Nam qui ipsorum doctrinã respuebant, illis nõ modò parabantur exilia, verùm etiam ecclesiã auferbantur, alijsq; tradebantur. Aegyptus interim, dum Athanasio vita suppetebat, istarum calamitatũ prorsus expers fuit.

Quòd post Eudoxiũ, Ariani Demophilũ ad Constantinopolis sedẽ extulerũt, sed qui vera pietate crant præditi, Euagriũ renunciant, & de persecutione qua inde subsequuta est.

CAPVT XIII.

Imperatori autè Valenti visum est Antiochiam ad ripas Orontis fluuium sitam proficisci. Cumq; iam esset in itinere, Eudoxius, ecclesiarum Constantinopolitanarũ administratione ad vñdecim annos perfunctus, moritur. Cui succedit Demophilus, ab Arianis ad eas ecclesias regẽdas delectus. Interim doctrinã concilij Nicani propugnatores oportunum tempus sibi ex his rebus oblatum arbitrati, Euagriũ quendam suffragijs suum eligunt episcopum: quem creat Eustathius, ecclesiã Antiochiã, quã est in Syria, Antistes. Nam à Iouiano reuocatus ab exilio, Constantinopoli id temporis in occulto vixit, suã opinionis fautores sedulo docuit, & vt in eadem de deo opinione ac sententia manerent, magnopere cohortatus est. Hinc Ariani ad seditionem cõcitati, eos, quorum studio, & labore Euagrius delectus fuerat episcopus, acerbè persequebantur. Quibus rebus intellectis, imperator Nicomediã ad iter suum inhibuit. Ac veritus, ne ciuitas Cõstantinopolis ex seditione aliquid damni acciperet, tantum militum numerũ eò mittere cõstituit, quantum ad seditionem comprimendã satis esse putabat. Quin etiam: dedit in mandatis, vt tum Eustathius Cizyam, quã est vrbs

ECCLESIAST. LIB. VI. 141

est vrbs Thraciã exilij causa incoheret, tum Euagrius alio relegaretur. Atque hæc ad hunc modum gesta fuisse traditum est.

De p̃ys octoginta legatis, quos Valens Nicomediã agens, medio mari vnã cum ipso nauigio concremandos curauit.

CAP. XIII.

Ariani autem, vt hominibus, quibus, res prosperã & ad voluntatem fluant, solet accidere, multo facti audaciores, illis, qui ab se doctrina & opinione dissentiebant, cruciatus penè intolerabiles per insidias pararunt: adeo vt nonnulli corporibus contumeliose tractati, magistratibus traditi, in carceres coniecti, & dãnis, quẽ inde eueniebant, fortunis pedetentim spoliati, decreuerint ab imperatore obnixè contendere, vt malis, quibus premebantur, aliqua ex parte leuarentur. Ad quã rem octoginta viros ecclesiasticos delegunt: in quibus principem locum tenuerunt Virbasus, Theodorus, & Menedemus. Qui vbi uere Nicomediã, libellum, in quo sua scripserant postulata, Valenti imperatori tradunt. Ille verò licet iracundia ea de re vehementer arderet, non tamen patefecit iræ suæ magnitudinem, sed clam præfecto dedit mādatum, vt eos comprehensos occideret. At præfectus populi seditionẽ veritus, præsertim si tot pij viri, qui nihil iniqui admiserant, sic per nefas interficerentur, simulat se eos exilio ad dicturum. Itaque, perinde ac si in exilium mitterentur, in nauẽ imponit: quod quidem illi torti ac generoso animo passi sunt. Cum autè esset ad medium sinum, qui Astacius dicitur, nauigatum, nauẽ, sicut ipsis erat imperatum, igni succensa, in scapham desiliunt. Nauis autem secundo vento acta ad Dacibizam, qui est locus partis illius Bithyniã, quã mari adiacet, ad portum appellitur: quã simul vt terram attigit, vnã cum ipsis viris flammis absumpta periiit.

De dis-

SOZOMENI HISTOR.

De discordia inter Eusebium Caesariensem episcopum & Basilium magnum, et quod hinc fiduciam sumentes Arianis, Caesariensium ecclesiam adorti, profligantur. CAPVT XV.

Valens autem, relicta Nicomedia, iter Antiochia versus cepit. Quo quidem in itinere cum ad Cappadociam peruenisset, orthodoxos pro more suo grauis afficere incommodis, & ecclesias eorum Arianis trade re laborauit. Quod se facile ex sententia perfecturum propterea sperabat, quod inter Basilium & Eusebium, qui tum Caesareensem gubernabat ecclesiam, ex dissensione quadam susceptae erant inimicitiae. Quam etiam ob causam Basilium in Pontum secesserat, & ibi cum monachis sanctam & seueram viuendi disciplinam excolentibus vna vivebat. Populus autem, & maxime hi, qui & animi magnitudine praeter ceteris & sapientia excellabant, coeperunt Eusebium suspectum habere, & velut causam, cur Basilium, vir obpiam vitam, & eloquentiam singularem ab omnibus pleno ore laudatus, inde fugerit, penitus deserere, & conuentus separatim agere constituerunt. At Basilium non alia de causa in monasteriis Ponti vitae quietae se dederat, quam vti ecclesia, quae ceteroqui rebellione Arianorum grauius exagritabatur, etiam sua causa aliquid damni acciperet. Itaque Basilium absentia, & odium populi aduersus Eusebium conceptum effecere, ut imperator, & episcopi, quos circa se habebat (semper enim versabatur cum eo Arianis) multo maiore animorum alacritate coata perficere aggredere tur. Verum res ipsis parum successit ex sententia. Nam Basilium, eorum in Cappadocia aduentu nutiato, relicto Ponto, sua sponte venit Caesaream, rediitque in gratiam cum Eusebio, atque opportuno tempore sua doctrina ecclesiae subsidio fuit. Valens igitur conatus depulsus, vna cum episcopis inde re tum infecta decessit.

Valens imperator Basilium magnum in suam opinionem inducere nititur, sed frustra.

CAPVT XVI.

At po-

ECCLESIAST. LIB. VI. 142

AT postea in Cappadociam reuersus, Basilium, Eusebio iam mortuo, episcopum illius loci constitutum offendit. Quae cum inde expellere a se instituisset, ab incepto desistere coactus est. Nam simul ut istud est aggressus, traditum est nocte sequenti eius coniugi graues terrores obiectos esse, & Galatem filium, quae vnicum habebat, celeri & acuto morbo oppressum interiisse. Vnde existimatum est ab omnibus deum vindicem conatum contra Basilium susceptorum, filium, quo parentes affligeret, e medio sustulisse. Idem quoque Valens ipse suspicatus est: eoque filio iam extincto, ei molestiam exhibere desistit. Atque idem, dum superstes erat filius, & morbo vexatus erat, statim moriturus, misit ad illum nuntium oratum, uti pro eo aegroti precaretur. Porro autem ubi imperator venit Caesaream, praefectus, accessit Basilio, iubet opinioni imperatoris se addicere. Cui contradicenti, mortem minatur. Basilium, tum dixisse ferunt, se illud facturum maxime, & summo beneficii loco habiturum, si quam primum ex corporis vinculis eximeretur. Vbi vero praefectus iusserat, ut tum eo die, tum nocte sequenti consilium caperet, & ne inconfyderate se in apertum coniceret periculum, sed postridie eius diei adesset denuo, suamque sententiam declararet, mihi, inquit, consilio non est opus. Nam idem, qui iam sum, cras etiam futurus sum. Cum enim sim creatura, non queo animum inducere, ut vel mei similem adorem, deumque confitear, vel tibi & imperatori me in religione socium adiungam. Etenim quanquam estis viri cum primis illustres, & non exiguae oibus terrarum parti imperatis, non tamen propterea vestrae voluntati, cum sitis homines, obsequi oportet, & si dem in Deum negligere, quam nunquam vel publicatione bonorum, vel exilio, vel morte denique muctatus, proditurus sum. Siquidem horum nihil me excruciare poterit. Etenim opes non habeo, praeterquam vestem laceram, & paucos libros: sicque terram incolam, quasi semper ex ea migraturus. Corpus autem praeter imbecillitatem, vna sola plaga accepta, & sensum doloris, & tormenta superabit. Quae cum liberet Basilium & audacter dixisset, praefectus eius admiratus virtutem, imperatori renuntiat. Ille, cum natalis dies festus Christi iam celebraretur, cum principibus viris & stipatoribus

ribus ad ecclesiam accedens, munera Sacrae mensae obtulit, venit cum Basilio in colloquium, & eum tum ob sapientiã tum quòd tanto cum ornatu, tamque decenter sacerdotio fungeretur, conuentusque ageret, laudauit. Sed tamen haud diu post, aduersariorum calumnia inductus, iussit eum in exilium ire: noxque iam aduenerat, qua istud perficere constituit. At ex improviso febris occupatus est filius eius, indeque in morbum repentinum & periculosum coniectus. Pater igitur filium adhuc uiuentem lugens, se humi prosternit. Cumque animo dubio esset & perplexo, laboraretque omnibus modis vitæ filij consulere, facit potestatem suis familiaribus, ut Basiliũ accersant, uti filium decumbentẽ inuisat. Nam quẽ nuper cõtumelia affecerat, ei prae pudore veritus est ipse per se istud imperare. Simul ut aduenit Basilius, sit puero morbus remissior: adeo ut multum affirmarent, quòd puer non interijisset, nisi imperator Arianos pro puero vnã cum Basilio precaturos vocasset. Fama est praeterea praefectum in morbum eodẽ tempore etiam incidisse: sed cum supplicem à Basilio petiuisset, ut pro se oraret, conualuisse. At ista fortasse, dum in Basilio considerantur, non tantum habere videbuntur admirationis, praesertim cum esset, vir & ipsa viuendi disciplina sanctissimus, & propter doctrinæ præstantiam summè ab omnibus predicatus.

De Basilijs & Gregorij Theologi societate, qui cum summa vtrique doctrina claruissent, Niceni concilij decreta strenuè propugnabant.

CAPVT XVII.

Eodem tempore vixere & iste Basilius, & Gregorius, parique virtutis studio accens, magna nominis celebritate fuere. Nam ambo, cum adhuc adolesecẽtes essent, Himerio & Proxerzio sophistis id tẽporis facilè præstantissimis se in disciplinã Athenis tradebant: postea autẽ Antiochiæ Libanio Syro. Tandem & sophistarum arte, & dictione causarum neglecta, se pia viuendi rationi, quã lex præscribit ecclesiæ, se dedebant. Porro autem, cum aliquamdiu in disciplinis philosophorũ Gentiliũ versati fuissent

fuissent, & sanctarũ literarum explanationes ex libris tum Origenis, tum eorum, qui & ante illumi, & post, in libris ecclesiasticis interpretandis magnam sunt laudem consecuti, accuratè didicissent, in eo quidem ipso tẽpore concilij Niceni fautoribus multum adiumenti attulerunt. Nam vterque hanc doctrinam contra Arianos strenuè defendebat, perspicuèque demonstrabat, quòd neque de alijs rebus, neque de opinionibus Origenis, quibus in primis nitebantur, rectè vereque sentirent. Quinetiam communi cõsensu, vel forte potius, uti à nõnullis accepi, pericula inter ipsos partiebantur, & Basilius vrbes Ponti peragrans, nõ solũ multos ibi monachorũ cõuentus cõstituebat, verũ etiã populũ tum docere, tum persuadere, ut eandẽ fidẽ doctrinã, quã ipse, amplecteretur. Gregorius autẽ, qui episcopatu Nazianzi (quod est oppidũ paruũ) post patrẽ obtinuit, ea ipsa de causa cũ alia loca tum Constantinopolim maximè omniũ, vbi cõtineret ferè versabatur, adiit. Atque breui post multorũ episcoporũ suffragijs illius ciuitatis episcopus designatus est. Nã cũ neq; catholicus episcopus, neque ecclesia orthodoxorum in ea vrbe esset, periculum erat, ne de cætero doctrina concilij Niceni ibi profusè exploderetur.

De persecutione, Antiochia, quam Orontes amnis alluit, suscitata, & Thomæ Apostoli templo apud Edeßenos, & conuentu ibidem congregato, & Edeßenorum confessione.

CAPVT XVIII.

VBI autem imperator venit Antiochiam, omnes omnino, qui in concilij Niceni doctrina præstabant, tũ in ea ciuitate, tũ in vrbibus hincimis grauiter exagitauit, illisque cuiusque modi irrogauit supplicia: adeo ut nonnulli affirmant complures eorum eius mandato, partim alijs modis trucidatos, partim in Orontem fluiuium proiectos fuisse. Porro autem cum esset certior factus, illustrem esse Edeßæ ecclesiam Diui Thomæ nomine nuncupatam, ad eam visendam se contulit. Qua in vrbe omnibus ecclesiæ orthodoxis ablatis, cũ vidisset populũ ecclesiæ catholicæ in campo ante ciuitatem conuentus egisse, dicitur

verbis

verbis contumeliosis præsidem generalem arguisse, & pugnum in maxillâ eius infixisse, propterea, quod contra suum mandatum eiusmodi cœuentus fieri permisisset. Modestus igitur (hoc enim præsidii nomen fuit) quamuis ab Edesse-
nis opinione discreparet, clam tamen illis significauit, ut cauerent, ne postridie eius diei solitum in locum præcædâ causa conuenirent. Nam sibi imperatorē in mandatis dedisse, ut si qui ibi fortè comprehenderentur, grauibus coercerentur suppliciis. Atque hæc quidem illis minabatur præses, sedulo prospiciens, quod tum eorum vel pauci, vel nemo in discrimen veniret, tum ille ipse imperatoris iram effugeret. At Edeseni, spreto penitus eius minis, multo maiore studio, quam antea consuetum locum compleuerunt. Quare nuntiata, Modestus quid ageret omnino nõ habuit. At licet rerum præsentium status eum incertum animi reddidisset, tamen in campum ire perrexit. Interim mulier, filio manu secum tracto, & amiculo, cõtra quam sexum muliebrem deceret, negligenter sibi circumiecto, perinde quasi ad rem optatâ festinans, cohortè militum, quæ præsidem antebat, perripit. Quod cum vidisset Modestus, rubet eam comprehendi: accersit ad se, causam festinationis rogat. Tum illa, uti, inquit, ocyus ad campum, in quo populus ecclesiæ catholicæ coactus est, veniam. Tunc sola, inquit Modestus, nescia es præsidem actutum eod profecturum, & quos ibi offenderit, interfecturum? Imò verò, inquit, audiui: & propterea cursu celerissimo mihi opus est, ne post tempus veniam, & ita martyrio à Deo oblato destituatur. At eum, quæso, inquit præses, puerum tecum ducis? ut ille quoque, inquit, communis afflictationis particeps fiat, parque præmium consequatur. Itaque Modestus virilem mulieris animum admiratus, ad palatium reuertitur. Atque cum de illa cum imperatore communicasset, perpersuasit ei, uti quod instituerat, minimè perficere laboraret, præsertim cum & turpitudinis non parum, & non minus incommodi completi videretur. Quare tota Edesenorum ciuitas ad eum modum, quem diximus, doctrinam fidei ingenuè confessa est.

Postquam

Postquam magnus Athanasius fato suo perfunctus est, Luciano Ariano sedes eius traditur, qui mulieris Aegypti ecclesias incommodis afflixit, & de Petro qui Athanasio succedens, erepta fuga Romam perrexit. CAP. XIX.

Eodem ferè tempore Athanasius episcopus ecclesiæ Alexandrinæ, cum eo sacerdotio circiter annos quadraginta sex perfunctus esset, exiit è vita. Itaque morte eius quam primum per Arianos nuntiata, breui tempore post Euzoius, sectæ Arianae Antiochiæ antistes, proficiscitur Alexandriam, & cum eo vnâ etiam Magnus Quæstor, ab imperatore missus. Qui duo Petrum, cui Athanasius episcopatum commiserat, comprehensum, in carcere concludunt: traduntque Lucio ecclesiæ Alexandrinæ gubernacula. Hinc factum est, ut Aegyptij erga exteros offensiore animo essent, & calamitates aliæ ex aliis ortæ, populum ecclesiæ catholicæ adherentem magnopere premerent. Nam simul ut Alexandriam venit Lucius, & ecclesias occupare aggreditur, plebe ei resistente, causa seditionis clericis & facis virginibus falsò attributa est. Ariani autem hostilem in modum per urbem grassantibus, orthodoxorum alij fugiunt, alij in fuga comprehensi sunt, & vinculis constricti, in custodia asseruati: post inde educti, & grauibus affecti suppliciis. Nam pars vngulis acutis & flagris bubulis casti: pars ardentibus ignis facibus afflictati. Instar miraculi sanè videbatur, si cui vita post hæc tormenta suppeteret. Atque antè quam hæc suppliciorum genera subirent, mori certè aut exilio multari oprabile putabatur. Sed de his hoc modo hæctenus. Petrus verò episcopus clam è carcere elapsus, confensa naue, ad episcopum Romanum, utpote ei usq; secū fidei fauorè traiecit, Ariani autè, licet numero pauci, ecclesiis potiti sunt. Per idem tēpus sequebatur edictum imperatoris, ut qui cõcilij Nicæni doctrinam amplexarētur, omnes, de quibus Lucius mandatum daret, tum Alexandria, tum reliqua Aegypto pellerentur. Nam præsidii prouinciæ ita imperatum erat, Euzoius autè, rebus, quas moliebatur, ex sententia gestis, redijt Antiochiam.

S

De mo-

De monachorum in Aegypto persecutione, & sancti Antonij discipulis, qui ob recta fidei dogmata in paruum quandam insulam relegati deportati erant, & de miraculis, quae ab illis facta fuerunt. CAP. XX.

Lucius verò, adiuncto sibi praesidiariorum militum praefecto, cum magna hominum manu ad bellum contra monachos in solitudine gerendum contendit. Nam fortasse persuasum habebat, si eos, qui tranquillitatis studio ducebantur, exagigaret, se illos ita in suam perducturam sententiam, & Christianorum voluntates, qui in urbibus habitabant, eo pacto facillimè ad se conuersurum: quandoquidem multi & diuini viri id temporis monasteriis illius regionis praerant, & omnes opinionem Arij detestabantur. Quorum testimoniis etiam populus obsecutus, eandem, quam illi, doctrinam amplexatus est: qui de dogmatis religionis disserere, aut inaniter garrere neque voluit, neque nouit, sed veritatè credidit penes illos esse, qui virtutem factis declarabant: quales tum ex monachis Aegyptijs facillè principes fuisse accepimus, duos Macarios, de quibus antea facta est mentio. Pambo, & Heraclidem, & reliquos Antonij discipulos. Lucius igitur arbitratus non posse fieri, ut doctrina Ariana in animis orthodoxorum penitus inferretur, nisi posset efficere, ut monachi isti secum opinionione consentirent, quoniam illis persuadere non poterat, vi cogere aggrediretur. Sed tamen ne sic quidem, quod volebat, consecutus est. Nam se ita comparauerat, ut mortem, si opus esset, oppetere, & ceruices sua sponte gladiis subiicere mallent, quam decreta concilij Nicæni negligere. Fertur eodem tempore, quo expectabant milites in se imperum facturos, quendam, cuius membrorum articuli diuturno morbo ita debilitati erant, ut pedibus consistere non valeret, ad ipsos apportatum fuisse. Quem ubi oleo unxerant, iubebant in nomine Christi, quem Lucius persequebatur, surgere, atque domum abire. Itaque homo ille de repente sanatus, palam praedicauit doctrinam istorum assentiendum, penes quos etiam Deus ipse veritatè esse suo

testimo-

testimonio confirmauerat: qui quoque & Lucium damnauerat, exaudiueratque preces istorum eius implorantium auxilium, & aegrotum denique ad pristinam valetudinem restituerat. Attamen qui hisce monachis tendebat insidias, nequam hac re ad poenitentiam impellebantur, sed noctu eos comprehensos in insulam quandam Aegypti paludibus circumdatam deducebant. Hanc viri superstitiosi & religionis Christianae mysteriis haudquaquam initiati incolebant: siquidem delubro planè vetustissimo, quod apud ipsos erat, multum venerationis cultusque tribuerunt. Postquam verò monachi eò appulere, memorat illis in insulam iam ingressuris filiam sacerdotis daemone agitatam obuiam prodisse. Quae cum curreret, clamaretque, homines insulares re adeo improuisa atque admirabili obstupefactos, eam secutos esse. Vbi autem venit ad nauem, quae sanctos illos senes eò aduexerat, humi prostratam, eos supplicè obtestari, & voce magna sic clamare coepisse: quid ad nos, o magni Dei famuli, venistis? Nam haec insula, nostrum vetus domicilium est. Nemini quicquam facissimus negotij, sed hic omnibus mortalibus incogniti, delitescimus, istis paludibus vndique circumclusi. Quod si vobis ita placuerit, occupate nostram possessionem, & vestram propriam facite: nos cedemus. Atque haec quidem haec profudit voces. Vt autem Macarij daemonium increpauerant, puella ad sanam mentem rediit. Quae de causa eius pater cum sua familia, quin etiam omnes insulae habitatores ad fidem Christi se transtulerunt. Postremo delubrum suum ubi diruerant, in ecclesiam commutarunt. Quae res Alexandrinis nuntiata, non mediocriter animam Lucij diuexabant. Nam parum aberat, quin à suis ipsius fautoribus in odium vocatus fuisset, utpote qui non hominibus, sed ipsi Deo bellum aperte denuntiauerat. Itaque confestim mandatum occultè dat, ut Macarij cum suis comitibus ad sedes suas ac solitudinem reuertantur. Aegyptum igitur hoc modo conturbauit Lucius. Per idem ferè tempus ea regio non solum Didymo, viro pia viuendi disciplina praestanti, qui id temporis quoque floruit, verum etiam aliis excellentibus hominibus nobilitata fuit: in quorum virtutem, quin etiam in virtutem monachorum ibi

S ij etiam

SOZOMENI HISTOR.

etiam aetatem degentium intuens, Lucio cum suis restitit. Ecclesia item Aegypti catholica, licet persecutionis procellis iactata, tamen ipso numero & multitudine Arianos valde obscurauit.

De Scytharum fide, & gentis illius episcopo Britannione, & locorum quae Niceni concilij dogmata profitentur enumeratio.

CAPVT XXII.

Idem porro eodem tempore tū apud Osroenos accidit, tū etiā apud Cappadoces: qui duos viros habebant apud se & diuinos planē, & disertissimos, Basilium dico episcopū Cæsareæ Cappadociae, & Gregorium Nazianzenum episcopū Syriae itē & gentes finitimae, quinetiam Antiochia omnium maximè perturbatione ac tumultu redundauit: quando quidē cōplures ibi Ariani erāt, ecclesiāsq; tenebāt, nō pauci autē orthodoxi, quos Eustathianos & Paulianos vocabant, quibus quidē, vt supra demonstrauimus, Paulinus praefuerat, & Meletius. Quorū disidijs Antiochia, quoniā parū aberat, quin tota pestifera doctrinae Arianae contagione infecta fuisset, aegrē admodū imperatoris & potentum aulicorū conatibus resistere potuit. Quod si cōstantes & fortes viri illas fortē rexissent ecclesias, populus, vt est verisimile, à priore sua opinione minimè deficiuisset. Porro autem Scythas praedicant simili de causa in ea ipsa fide persistere. Gens ista multas quidem habet vrbes, pagos, & castella: Sed principatum obtinet Thomis, quae est vrbs magna & opulenta, prope mare posita, ad laeuam cum quis ad Pontum Euxinum nauigat. Verus consuetudo est, quae ibi etiamnum seruatur, vt vnus episcopus totius illius gentis ecclesijs praesit. Itaque tempore, de quo iam loquimur, illas administrauit Britannio, quando etiam imperator Tomim aduenit. Postquam autem accessit ad ecclesiam, & pro more suo ei persuadere conatus est, vt cum Arianis communicaret, Britannio constanter admodum apud imperatorem & liberè pro doctrina concilij Niceni locutus, decessit ab eo, & ad alteram ecclesiam se contulit. Quem populus quoque secutus est. Ferè autem ab vniuersa ciuita-

ECCLESIAST. LIB. VI. 146

ciuitate eò concursus est, partim quò imperatorem viderent, partim quòd aliquid nouarum rerum eum moliturum expectarent. Valens igitur cum suis derelictus, illud velut contumeliae loco factum, grauiter tulit. Atque Britannionem comprehensum in exilium deduci mandauit: quem non multo post denuo reduci permisit. Nam cum videret, credo, Scythas episcopi exilium iniquo animo pati, non parū veritus est, ne nouis rebus studerent: quos quidem & fortes esse, & ipso locorum situ imperio Romano necessarios: quippe qui impetum Barbarorum illam orbis partē incoletium propularent. Itaque imperatoris conatus sic à Britannione compressus est, viro cum in aliis rebus spectato, tum ob diuinam virtutem adeo insigni, vt etiam ipsi Scythae laudis testimonium ei tribuerent. His ergo de causis imperatoris ira in cunctum quoque animo orbis terrae clerum, ecclesijs solum occidentis exceptis, suam vim exercuit. Nam Romanis versus occasum solis habitantibus praefuit Valentinianus, qui & doctrinae consilij Niceni approbator fuit, & piè admodum in Deum affectus: adeo vt neque sacerdotibus quicquam imperare, neque nouare aliquid in institutis ecclesiae, quod sibi deterius videretur, vel melius, omnino aggredere. Nam quamuis esset optimus sanè imperator, & ad res gerendas valde accommodatus, tamen haec suum iudicium longè superare existimauit.

Quod cum id temporis quaestio de spiritu sancto ageretur, eandem habere illum cum patre & filio substantiam decretum est.

CAPVT XXII.

DVm haec geruntur, controuersia, quae iam pridem incerta fuerat, nimirum vtrum spiritus sanctus patri & filio consubstantialis censendus esset, iam magis magisque creuit: deque ea multae disputationes plenae contentionis, non minores illis, quae ante de Deo verbo susceptae fuissent, institutae. In hac re quidem & hi, qui filium patri dissimilem, & illi, qui eum substantia patri similem asserabant, inter se consenserunt. Nam vtrique spiritum

sanctum administrum, & tertium à patre tum ordine, tum honore, quinotiam substantia diuersum esse affirmabant. Atqui filium patri consubstantialem putabant, hi de spiritu sancto idem ipsum censebant. Quam doctrinam in Syria Apollinarius Laodicensis, in Aegypto Athanasius episcopus, in Cappadocia & ecclesijs Ponti Basilus & Gregorius strenuè propugnabant. Quæ controuersia cum contendendi studio, vti credible est, in dies magis magisque cresceret, episcopus Romanus de ea certior factus, scripsit ad ecclesias orientis literas, vt vnà cum sacerdotibus & episcopis occidentis trinitatè & cõsubstantialè esse, & gloria æqualem existimarent. Quo factò, singuli rebus ab ecclesia Romana semel iudicatis acquieuerunt, hæcque controuerfia finem habere visa est.

De Liberij Romani pontificis obitu, & Damaso qui post illum præsidebat, & quòd occidentalis ecclesia vniuersa, relictam de fide opinionem tenebat, excepta Mediolanensi & Auxentio eius episcopo, & de Concilio Romano, quòd sedem Auxentio adimebat, & eius decretis.
CAPVT XXIII.

PER idem ferè tempus, mortuo Liberio, Damasus ecclesiæ Romanæ sedè capessit. In qua electiõne Ursacius diaconus cõpetitor eius fuit. Qui suffragijs præteritis, iniquo animo tulit. Et ideo ab obscuris quibusdam episcopis ex occulto episcopus institutus, populum distrahere, & conuentus separatim agere laborauit. Diuisa autem multitudine, pars istum, pars Damasum pro episcopo suo habuerunt. Itaq; populus adeo magna cõtetiõne vt verisimile est, & seditione exarsit, vt malũ ad vulnera & crådè prorũperet: vsque eo videlicet, dũ præfectus vrbs Romæ multos tam ex plebe, q̃ ex clero suppliciis coercuisset, conatumque Ursacij repressisset. De doctrina autem, sicut antea, neque Romani, neque vlli alij in Occidente inter se dissentiebant, sed omnes concilij Nicæni decreta approbabant,

bant, atque trinitatem tum honore æqualem, tum potentia censebant: Auxentio solo excepto, qui cū esset eo tẽpo re ecclesiæ Mediolanensis antistes, vnà cum alijs quibusdã res nouas moliri, & contra communè episcoporum occidentis consensum doctrinã Arianã defendere, & idè cū his, qui nõ filiũ solũ, sed spiritũ sanctum quoq; patri dissimilè (quæ controuersia postea excitata erat) existimabant, sentire in animũ induxit. Atq; cū episcopi Galliæ, & agri Venetorum alios etiã nonnullos apud se eadem feriò conari significassent, breui tempore post multi multarum gentium episcopi Romæ in vnum congregati, cum Auxentium, tũ alios, qui eidè fauebant doctrinæ, à sua cõmuniõne alienos esse pronũtiarunt, fidemq; à cõcilio Nicæno confirmatã ratã manere statuerunt: deniq; decreta cõcilij Ariminensis huic repugnãtia irrita esse, propterea quòd neq; episcopus Romanus, neq; alii item complures illis consenserãt, imò verò etiã quòd à multis, qui illi consilio intererant, eadè ipsa decreta improbata fuerãt. Quæ ita gesta esse & cõstituta testis est epistola Damasi episcopi Romani, & ceterorum cum eo id temporis simul coactorum ad episcopos Illyrici scripta: quæ ita se habet.

Episcopi ad sanctum cõciliũ Romæ conuocati, Damasus, Valerianus, & ceteri, dilectis fratribus episcopis, qui sunt in Illyrico, in Domino S.

ET si nobis pro certo persuasum est, sacerdotes Dei sanctissimi, vos sacrosanctam fidem, quæ doctrina apostolorum fundata est, firmè retinere, eamq; populo prædicare, quæ certè à decretis patrum, nulla ex parte discrepat, non enim conuenit sacerdotes Dei aliter sentire à quibus par est reliquos erudiri, tamen significatum est nobis à fratribus, qui in Gallia, & in agro Venetorum habitant, nonnullos ad hæresim amplexandam omni studio incumbere. Quod quidem malum ne exultat, non modò præcauere debent episcopi, verum etiam quicunq; errores vel inscitia, vel simplicitate eorum, qui peruersas interpretationes secuti sunt, in ecclesiam inuesti videantur, his se opponere, consilioque prouidere, ne deinceps in varias discrepantesque doctrinas denuo prolabantur imperiti,

sed quoties dissentientes opinionibus ipsorum auri-
bus inculcata fuerint, firmè patrum sententijs adhæref-
cant. Hac de causa à nobis decisum est, vt Auxentius no-
minatim condemnetur. Quare omnes legis diuinæ docto-
res, qui ditioni Romanæ subijciuntur, consentire. & fidè
varijs doctrinis nequaquam contaminare debent. Etenim
vbi primum vitiosa hæreticorum doctrina & blasphemia
vigere inciperet (quemadmodum hoc tempore Arianorū
lues, quam Deus auertat, latissimè serpit) trecenti decem
& octo episcopi, patres nostri, habito Nicææ cōcilio, hoc
muro ad arma diaboli arcenda fidem nostram cinxere, &
hac antidoto venena depulserunt mortifera, sic vt crederetur
vnam esse patris & filii deitatem, virtutem vnam, vnam
rem, quin etiam spiritum sanctū vnam eandemq; cum illis
substantiam habere. Eum autem qui aliter sentiret, à no-
stra communione alienum iudicarunt. Quam salutarè de-
cisionem & decretum planè venerandum nonnulli postea
violare labefactareq; studuerunt. At verò in initio, quod pec-
catum erat ab illis, qui Arimini formulā fidei cōcillii Nicæ-
ni nouare retractareve coacti sunt, aliqua ex parte prope-
rea sarciebatur, quòd de disputatione alio tempore habita
fatebantur à veritate abductos, quā nequaquā sententiæ cō-
cillii Nicæni aduersari cogitabant. Siquidem numerus epi-
scoporum, qui erant Arimini in vnum congregati, præiu-
dicii vim habere non debet, præsertim cum formula illa
composita sit, neq; episcopo Romano, cuius sententia præ-
ceteris omnibus expectanda erat, neq; Vincentio, qui tot
annis episcopatum integrè gesserat, neq; aliis eidem con-
sentientibus: cumq; etiam, quod est omnium maximū,
illi ipsi, vt ante diximus, qui in fraudem illecti, à veritate
dessexisse visi sunt, & post ad meliorem mentem denuò
traducti, planè testentur, hanc formulam sibi magnopere
displicere. Itaque vestra integritas manifestò videt, hanc
fidem solam, quæ auctoritate apostolica Nicææ stabili-
ta est, firmè perpetuò tenendam esse. Atque de hac ipsa fide
tum episcopos orientis, qui se de ecclesia catholica esse
profitentur, tum occidentis etiā episcopos nobiscum vnā
gloriarī constat. Porrò autem breui credimus eos, qui alia
opinionem tenentur irretiti, ipso conatu & à nostra commu-
nitione

nione segregandos, & nomine episcoporum priuandos, vt
tandem populo ipsorum errore liberato detur respirandi
locus. Nam multitudinis error tam diu nullo modo corri-
gi poterit, quam diu episcopi eodem tenentur implicati.
Quocirca facite, vt vestra reuerentiā iudicium cum om-
nium Dei sacerdotum iudicio, cui vos firmè & constanter
adhærere credimus, omnino consentiat. Quod eandem
vobiscum rectam credendi viam nos quoque debeamus in-
sistere. Vestra charitas, quaeso, ad nos rescribat. Valete fra-
tres honoratissimi.

*De sancto Ambrosio, quoniam pacto ad episcopatum
euectus sit, & quòd populo pietatis suae
exiit, & de Nouatianis in
Phrygia, & de Paschate.
CAP. XXIII.*

Episcope igitur occidentis sic remedio contra eos, qui
apud se nouis rebus studebant, maturè inuenito, fidem
ipsis ab initio temporibus apostolorum traditam stu-
dio se conseruabant: adeo vt per paucos alienam à catholica
ecclesia doctrinā, solo ferè Auxentio excepto, sectarentur.
Atque non longo tēpore post iste Auxentius è medio sub-
latus est. Quo mortuo, populus ad seditionem cōcitur,
propterea quòd non vnū omnes ad episcopatum Medio-
lancensis ecclesiae capeffendū deligebant: Vnde nō parū ci-
uitati creatur periculi. Nā singuli, cū eū, quæ cupiebāt, ad
episcopatum efferri nō possent, minas iactare, vt in eiusmodi
tumultibus vsuere solet, ceperunt. Itaque Ambrosius
tū gētis illius præfectus, veritus populi motū, profectus ad
ecclesiam cōsiliū dedit, vt à contentione desisteret: redegit
quoq; eos in memoriā legū, cōcordiæ, & bonorū, quæ pax
secū afferre solet. Ac nondum de his rebus finem dicendi
fecerat, cum ex improuiso omnes, ad eum, vt pote suaforem
concordiæ, communibus suffragijs episcopatum deferunt,
iubentq; lauacro baptismatis tingi (adhuc enim haud fue-
rat nostræ religionis initiatus mysterijs) atq; vt sacerdotiū
illud capefsat, obtestantur. Vbi verò ille hunc dignitatis
gradum repudiare, diem de die ducere, & re ipsa cum
refugere conaretur, populusque instare pergeret, & non

alia conditione quicquam de contentione sua remissurum affirmaret, nuntiata sunt ista principibus in palatio viris. Quæ simul ac ad aures Valentiniani imperatoris perlata fuere, dicitur orasse Deum, & ei gratias egisse, quod quæ ipse ad præfecturam gerendam extulisset, ille ad fungendum sacerdotio delegerat. Atque de ardenti populi ad Ambrosium de signandum studio, & de illius recusatione certior factus, cõiectura ducebatur ad suspicandum, deum ista ad cõcordiam in ecclesia Mediolanensi conciliandam providentia sua administrasse: & propterea quæ celerrimè eum episcopum creari mandabat, qui simul ut innotuit est mysterio salutaris Baptismatis, & sacerdotium sumpsit, ecclesiam sibi commissam, quæ diu propter administrationem Auxentij dissidio laborauerat, ad cõsentientem de deo ac religione doctrinam deduxit. Verum quale se Ambrosius iste, postquam erat creatus episcopus præstiterit, & quam animo excelso, quaque pie sacerdotio perfundus sit, post idoneo loco dicitur. Sub idem tempus Nouatianus in Phrygia, contra quam ante cõsueuerat, cepit die festum Paschatis eodè die, quo Iudæi celebrare. Nam tameris Nouatus illius sectæ author eos, quos peccatorum admissorum pœnitebat, in communionem hauriquam recepit, & istud solum dogma in ecclesiam introduxit, tamè non aliter atque ecclesia Romana post equinoctium vernum istum diem festum tum ipse, tum eius successores usque eo celebrarunt, quoad quidam in Phrygia Nouatiani episcopi, imperatore regnante, cuius tempora iam persequimur, in vicum Gazum (qui est locus Phrygiæ, vnde fontes fluij Sangarij erumpunt) profecti, quoniã ob hanc rem etiam cum illis, qui doctrina ab ipsis dissetirerent, cõmunicare renuebant, legem tulerunt, ut diem festum Azymorum & Paschatis eodè tempore, quo Iudæi, agerent. Cuius concilij neque Agellus, Nouatianorum Cõstantinopoli episcopus, neque episcopus Nicææ, aut Nicomediæ, aut Corylij (quæ est vrbs Phrygiæ non obscura) particeps fuit: quos inter suæ sectæ fautores, administratoresque ecclesiarum, facile principes, & velut columina Nouatiani dicunt. Quia etiam de causa quo modo ipsi inter se discentire, & in varias factiones diuisi, separatim conuentus agere cœperunt, opportuno tempore dicam.

De

De Apollinarijs, patre & filio, & Vitaliano presbytero, & quam ob causam in hæreses prolapsi sint.

CAPVT XXV.

PER id temporis Apollinarius hæresim suo nomine nuncupatam palam defendere non dubitauit, atque cum multis ab ecclesia diuisisset, separatim cõuictus egit. Cui ad suam doctrinam stabiliendam subsidio fuit Vitalius presbyter Antiochenus, vnus ex clerico, qui Meletio parebat. Vir sane si quisquam alius, ob piam viuendi rationem & mores spectatos perillustris, studio etiam erga eos, quibus præfuit singulari, atque propterea à populo summa veneratione dignatus. Aliquanto post tamen à Meletij cõmunionem se se parauit, & Apollinario addixit, illisque, qui Apollinarij opinionem Antiochiæ sectabatur, se duces præbuit: atque sua sancta vitæ institutione non exiguum numerum in suam perduxit sententiã, qui nomen ab eo adepti, adhuc etiam ab Antiochenis Vitalianis appellantur. Dicitur quidem in hunc errorem quadam animi offensione inductum: nimirum quod à Flauiano suo tum compresbytero (ad quem postea sedes ecclesiæ Antiochenæ delata est) se contemptum ideo putauit, quod prohibitus erat eum, cum esset episcopus, uti consueuerat, visere. Nam cum se despiciatui duci arbitrareretur, humano more animo perturbatur, ad Apollinarij se confert, cum eo cõmunicat, & amicum sibi facit. Cuius opera factum est, ut huius sectæ fautores in alijs quoque ciuitatibus sub suis & proprijs episcopis cõuentus agerent, ritibus ab institutis ecclesiæ catholicæ alienis vterentur, & præter sacros hymnos ab ecclesia institutos cantumculas quasdam numeris astrictas, quas Apollinarius excogitauerat, cantarent. Nam Apollinarius iste præter aliam doctrinam, poetica præterea & numerorum omnis generis peritus fuit: quartum rerum illecebris multos ad animos sibi attendendos induxit. Quinetiam viridum portabant, dum opera faciebant, mulieres autem, dum texebant telas, eius cãtilenas cecinerunt. Nam carmina studio relexãdo, et festis & alijs cuiusque temporis oportunitatibus accomodata

λίσσ
compo

composuit, eaq; omnia ad laudes Dei prædicandas instituta. Quam quidem hæresim ad multos serpere Damasus episcopus Romanus, & Petrus Alexandrinus episcopus certiores facti, primi omnium, concilio Romæ conuocato, eam alienam esse ab ecclesia catholica pronunciarunt. Fertur porro Apollinarium præfracta quadam & nimis abiecta animi imbecillitate res fidei ac religionis nostræ nouare cœpisse, idq; tali causa inductum. Cum Athanasius episcopus ecclesiæ Alexandrinæ post exilium, quod fuerat, regnante Constantio, perpeffus, redire in Aegyptum iussus esset, ei iter fortè per Laodiceam facienti Apollinarius familiaris & amicus iprimis factus est. Et quoniã cõmunicare cum Athanasio, execrabile quiddã videbatur Ariamis (è quorum numero fuit Georgius illius vrbs episcopus) idcirco Apollinarius ecclesia per contumeliam expellitur, perinde ac si contra canones & leges sacerdotum in congressum cum Athanasio venisset. Atq; eum Georgius non de his rebus solum accusauit, verùm etiam peccata, quæ iam olim pœnitentia deleuerat, criminis loco obiecit. Nam dũ Theodotus, cui Georgius successit, Laodicensem ecclesiam adhuc regebat, Epiphanius illius ætatis sphiista insignis, hymnum in Bacchi laudem ediderat: quo præceptore vsus Apollinarius (adhuc enim adulescens erat) vnã cum patre, eodem ipso nomine vocato, Gramatico sanè haud obscuro, ad illũ hymnũ audiendũ proficisceretur. Vbi autem hymnũ recitare orsus est Epiphanius, eos qui mysteriis Bacchi haud initiati, quiq; profani erant (vtri cõsuetudo fert eorũ, qui talia dicèdo se ostentare solent) foras exire iubet. At neq; Apollinarium adolescentẽ, neq; eius patrem senem, neq; quenquam aliũ Christianũ, qui fortè aderat, ab se audiendo exclusit. Quare cognita, Theodotus episcopus, in quo animo & grauiter tulit: & vt laicis aliquãtum obiurgatis veniam tribuit, sic ambos Apollinarios palam delicti criminatus, ab ecclesia segregauit. Erat enim vterque ex clero: pater quidem presbyter, filius autè etiamnum literarũ sanctarum lector. Quodã autè tẽperis spatio intermisso, Theodotus eos, cũ lachrymis & ieiuniis debitã pro peccatis pœnitentiam egissent, in ecclesiam denuo recepit. At Georgius, vbi eum

eum esse consecutus episcopatum, & Apollinarius in consuetudinẽ & familiaritatem Athanasij, vti dictum est, venerat, eum à communionem excludit, & ab ecclesia alienũ prociat. Quẽ dicunt ab eo sepe petiuisse, vt se in cõmunionem reciperet. Verùm cum illud impetrare non posset, graui quadam animi offensione pulsus, ecclesiam turbare, & doctrinã nouitate hanc, quam diximus, hæresim introducere cœpit, & quantum in ipso situm erat, arte dicendi aduersarium vlcisci, atque vehementer arguere, quòd cum doctrina sacrarum literarum inferior esset, præstantiorem se non verererur abdicare. Ita sanè priuatã inter clericos varijs temporibus susceptã inimicitia, maximo detrimento ecclesiæ fuerunt, & religionem in varias sectas distinxerunt, Cuius rei hoc fatis est argumenti. Nam si Georgius pari ratione, atque Theodotus, Apollinarium, cum eum pœnituisset culpæ admittæ, in ecclesiam recepisset, non arbitror hanc hæresim eius nomine nuncupatam ornam aliquando fuisse. Ea enim est humana natura, vt cum despecta sit, obstinatione insolenscat, & tũ conuersionis, tum rerum nouandarum studio flagrare incipiat: tum cum æquales partes ferat, soleat se moderatè gerere, & intra eisdẽ rationis velut cancellos manere.

De Eunomio & præceptore eius Actio, & illorum tum geſis tum dogmatis, quodq; ÿ primam in baptismo immersionem adinuenerũt.

CAPVT XXVI.

PER idem ferè tempus, Eunomius ecclesiæ Cyzicensis pro Eleusio creatus episcopus, hæresis Arianae fautor, alteram præterea hæresim in ecclesiam iniecit: quam alii ex eius ipsius nomine appellant: alii hæresim vocant Anomianorum. Quidam memorant istum Eunomiũ primum ausum esse asserere, diuinum baptismatis lauerum vnica immersione debere peragi, sicque traditionem ab apostolorum temporibus ad hoc vsque tempus obseruatam violasse: quin etiam disciplinam viuendi diuersam ab ecclesiæ disciplina inuenisse, quæ ipsa seueritate & exquisita obseruatione nouitatem doctrinæ obtegeret.

doctrinæ obtegeret. Magnus quidem erat verborum artifex: certandi, & ratiocinandi studio vehementer delectabatur: quales esse complures eiusdem hæresis sectatores licet animaduertere. Nam neque piæ alicuius vitam, neque mores, neque benignitatem in egentes tantum laudant, nisi ipsorum faueat opinioni, quantum si litigiosus in disputando, atque adeo ratiocinationibus videatur superiores ferre. Talis enim præter cæteros pius existimatur. At verius credo, vti etiam aliis videtur, dicunt hi, qui tradunt Theophronium Cappadocem & Eutyrium istius sectæ fautores, cum temporibus imperatoris, qui proximè successerat, se ab Eunomio diuisissent, nonnulla, cum in aliis Eunomii decretis, tum in sacro baptismate nouate cœpisse, non in trinitatem, sed in mortem Christi baptizandum esse asserentes. Eunomium autem nihil in hac re nouasse, sed de ea idem ab initio quod Arius sentisse, inque illa sententia permanisse.

Qui simul atque episcopus Cizici factus est, à suis ipsius clericis accusatum esse, quod nouæ doctrinæ author extiterat. Quo quidem tempore Eudoxium sectæ Arianae Constantinopoli antistitem ei accersito, fecisse potestatem de religionis doctrina apud populum concionandi. Verum cum nihil in doctrina orthodoxorum improbasset, Eudoxium eum hortatum esse, ut rediret Cyzicum: dixisse verò Eunomium se nolle in posterum versari cum his, quos haberet suspectos: atque hanc fuisse causam, cur se ab Arianis segregasset, simulasse, cum reuera se ab illis propterea separasset, quod Aetium suum magistrum illi in communi onem non recepissent: denique ipsum in sua pristina persistisse sententia, neque transuersum digitum, ut aiunt, à priore opinione discessisse. Atque hæc quidem alii hoc modo, alii secus commemorant. Verum siue Eunomius, siue alii quidam ista in hac traditione baptismatis nouarint, quicumque ea solum ratione ac modo baptizati sint, in simili videntur, mea quidem sententia, versari periculo, ac si absque baptismate de vita decederent. Quod si secundum ecclesiæ ritum ab apostolorum temporibus obseruatum antè baptizati, ipsi se rebaptizare non poterant, tum certè aut quod in ipsis minime factum

factum fuerat, initio illi introducere, & quod neque erat in ipsis, neque per alios factum fuerat, id in alijs efficere, aut ex principio, quod non prius extiterat, atque adeo suoapte ingenio istud dogma commenti, quæ ipsi minime acceperant, aliis tradidere: quod quidem summæ inscitia fuit. Nam istud consentitur etiam ipsis, eos, qui baptismi mysterio nequaquam sunt initiati, non posse alios baptizare. Et qui non sit modo ab ipsis tradito baptizatus, haud quaquam baptizatum videri, vtpote qui non sit ritè eo mysterio initiatus.

Quinetiam testes ipsi sunt, quod quoscunq; ad suam opinionem traducant, eos rebaptizent, etiam si antea secundum ecclesiæ catholicæ traditionem eodem fuissent initiati mysterio. Quæ res certè ecclesiam non mediocriter conturbauit: quinetiam dogmatum discrepantia, quorum alia ex alijs nascebantur, impedimento fuit, quo minus complures, qui fidem Christianam recipere animū induxerant, eam reciperent. Nam in dies singulos acres disputationes susceptæ erant, & vti cum hæreses principio oriuntur, solet accidere, inter doctores (qui siue studium spectes, siue orationis vim, haud vulgares sane erant) vehementer agitabantur: adeo ut liceat coniecere, parum abfuisse quin complures ecclesiæ catholicæ ad suam attraxissent opinionem, nisi Basilius & Gregorius Cappadoces illis forriter restitissent, atque etià imperiū Theodosij, quod paulo post sequebatur, eorum conatū repressisset, & hæresium authores & duces ex imperii partibus, quæ erant à populo magis frequentatæ, in loca desertiora relegasset. Cæterum ne vtriusque hæresis dogma nos omnino lateat, intelligendum est opinionis Eunomii Aetium Syrum primum inuentorem fuisse, asseruisseque filium patri dissimilem esse, creatum esse, & ex nihilo, vti Arius vult, consistere. Cuius dogmatis fautores, Aetiani vocabantur. Verum vti supra, cum de impetio Constantii diserebamus, dictum est, cum alii filium patri consubstantialem, alii substantia similem esse asseuerarent, & illis, penes quos id temporis imperium erat, similem patri dicendum, vti concilium Ariminense decreuerat, visum esset, Aetius quidem, vtpote blasphemiam in deum

In Deum locutus, exilio condemnatus est: hæresisque excogitata ab eo, interea temporis quodammodo extincta, propterea, quod neque Eunomius de ea, neque alius quipiam doctus liberè dissertere ausus est. At verò Eunomius, ut primum ecclesiæ Cyzicensis pro Eleusio episcopus constitutus est, non amplius omnino potuit quiescere, sed apud populum concionari, & opinionem Aëtij in mediū denuò adducere cœpit. Itaque homines, uti sæpe fieri solet, oblitri eius, qui primum hanc hæresin inuenerat, eius sectatores Eunomianos ideo appellabant, quod Eunomius eam renouare, & maiore cum audacia, quàm qui illam in initio tradidisset, stabilire laborauit.

Quæ Gregorius theologus de Apollinario & Eunomio in quadam ad Nectarium scribat epistola, & quod philosophia monachorum quæ illo tempore vixerunt, eorum hæresis resimila erat, nam orientem propemodum vniuersum istorum duorum hæresis peruadebat.

CAPVT XXVII.

PORRò Eunomium eadem cum Aëtio sensisse necessario fatendum est. Etenim ille ipse Eunomius gloriatur se Aetium habuisse magistrum: quod quidem liberè sæpenumero in suis ipsius scriptis testificatur. Gregorius autem Nazianzenus episcopus in epistola quadam ad Nectarium eo tempore episcopum Constantinopolitanum, Apollinarium in simulat his verbis. Malo hoc, quod velut gremio nostro continetur, Eunomius, licet magnum sit, non tamen contentus est, sed damni loco ducit, si non omnes in eandem secum perniciem rapiat. Atque ista quidem sunt fortasè aliqua ex parte ferenda. Sed inter ecclesiæ calamitates ea omnium planè acerbissima est, quod Apollinariæ suam doctrinam tam liberè & audacter in vulgus efferre permittantur. Qui quidem, nescio quomodo, tuo permisso parem nobiscum libertatem sibi conuentus agendi compararunt. Et quanquàm tu Dei gratia adiutus, in diuinis mysteriis adeò cumulatè eruditus es, ut non solū causam Dei verbi accurate agere noris, verum etiam

etiam omnia ea, quæ ab hæreticis contra sanam fidem acutè excogitata sunt, plenè perspexeris, tamè non fuerit fortasè incommodū, ut tua amplitudo per meā tenuitatē certior fiat, libellū quondam Apollinarii in meis manus venisse, in quo omnia, quæ ad hæreticā prauitatē stabilendā pertinēt, breuiter percurrit. Nam in eo asseueranter affirmat quod in œconomia incarnationis vnigeniti Dei filij non esset caro ad nostram naturam reparandam aliunde assumpta, sed quod ab æternitate carnea illa natuta in filio Dei inesseret. Atque quod hanc absurdam opinionem confirmet, sententiam quandam euangelij, quam malè interpretatus est, profert, quæ ita se habet: Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, filius hominis. Sic ut priusquam descenderet, filius hominis fuerit, descenderitque eandē secū adferens carnē, quam iam in cœlo habet, æternam scilicet & consubstantialē. Citat porrò quandam apostoli sententiam: Quod, secundus homo cœlo. Deinde asserit hominem illum, qui de cœlo venerit, mentem non habere, sed deitatē vnigeniti mentis naturam suppleuisse, & in hominis coagmentatione tertiam partem ad animam & corpus (quæ in eo, ut humana fert natura, inerant) adiunctam esse: quippe mens in illo non erat, sed Deus verbum eius locum supplebat. Neque hac absurda doctrina contentus, acquieuit, sed quo est omnium maxime pestiferum, ipsum vnigenitum Dei filium, iudicem vniuersitatis, authorem vitæ, & mortis euerforem, mortalem esse affirmavit, inque sua ipsius diuinitate passum esse, & triduo illo, quo corpus mortuum erat, diuinitatem quoque eius pariter mortuam esse, & ita à patre denuò ex morte excitatam.

Cætera autem, quæ his absurdis opinionibus adiungit Gregorius, oratione persequi longū esset. Itaque quid de Deo senserint Apollinarius & Eunomius, & quo modo, singuli, quibus ista curæ sunt, ex his, quæ commemorauimus consyderent. Quod si de eiusmodi rebus accuratius erudiri secū instituerint, ex scriptis vel istorum ipsorum, vel aliorum plura de illis conquirant: quandoquidem mihi certè ea cum ad intelligendum, tum ad oratione explicandum nō sunt tam facilia. Quod autē ista dogmata nō

præualuerint, neque ad valde multos manarint, nō modò causis quas supra percensuimus, sed etiam monachis eius ætatis in primis ascribi debet. Nam quotquot in Syria, Cappadocia, & regionibus circumiacentibus vitam colebant monasticam, doctrinæ concilij Niceni mordicus adhaerere. Nam parum aberat quin tota illa regio à Cilicia ad phœnices usq; secta Apollinarij, Eunomij autem à Cilicibus & monte Tauro, ad Hellsipontum ferè & Constantinopolim infecta fuisset. Vterque enim gentes, tum quibuscumq; verlabantur, tum vicinas, facillè ad suas opiniones perduxerunt. At verò idem serè istis accidit, quòd antè Arianis acciderat. Nam populus in hisce regionibus monachos, quos diximus, propter virtutem & rectè facta magnopere admirata, eos verè de fide sentire credebat, & qui aliter sentirent, illos vtpote doctrinis adulterinis corruptos detestabatur: non aliter sanè atque Aegyptij, qui monachorum suorum doctrinam secuti, Arianis strenuè resistebant.

De viris sanctis qui in Aegypto id temporis flourerunt, scilicet Ioanne, Or, Ammon, Bino, Theona, Copretelle, Elia, Apella, Isidoro, Serapione, Dioscoro, & Eulogio. CAP. XXXVIII.

IAm quidem se offert occasio, vt eorum, qui in orbe Christiano se vitæ monasticæ id temporis dedebant, mentionem faciam, totq; ex illorum numero persequar, quot pro virili mea parte potero. Nam ea atas sanctissimorū virorū copiā effudit planè maximā. In ijs autè, quos in Aegypto floruisse cognouimus Ioānes facillè primas tenebat: cui Deus nō minus, q̄ antiquis prophetis, res futuras alijsq; hominibus obscuras patefecit: largitusq; est ei etiam facultatē medendi illis, quos perturbationes corporis & morbi insanabiles diuexabant. Hinc addo **Orem** qui ab ineunte adolescentia in solitudine ætatem degerat assiduè Deum hymnis celebrans. Vixit herbis & radicibus quibusdā: aquā, sicubi reperit, bibit. Vbi autè grādis natu factus est, iussu diuino in Thebaidem translatus, plurimus præfuit monasterius. Neque etiam ipse facultatis

diuina

diuina edendi miracula expertus fuit. Nam precibus solum morbos & dæmones expulit. Qui licet literarum ignarus, libris tamen non eguit ad recordationē: sed quicquid in te complectebatur, illud nulla delere poterat obliuio. In ea etiam orbis terrarum parte Ammon monasticum vitæ genus excolebat. Iste Tabenneostis præfuit, triaue circiter millia habuit discipulorum. Item Benus & Theonas cōuentus rexere monachorū, viri diuina præsciētia & prophetia repleti. Traditur quidem Theonam doctrinæ Aegyptiorum, Græcorum, & Latinorum peritū fuisse, & ad triginta annorum spatium silentium exercuisse: Benū autem à nemine vnquam visum, vel ira arsisse, vel iurasse, vel menturum esse, vel temerarium, leue, aut verbum abiectum dixisse. Eodem tempore fuere Copres, Helles, & Elias. Ferunt Copræ à Deo tributum esse, vt ægrotationes & morbos varios sanaret, vt imperaret dæmonibus: Hellen autē à puero ferè in disciplina monastica institutum, plurima edidisse miracula: sic, vt ignem gestaret in sinu, & vestem non videret: qua re vna monachos, qui vnā cum eo degabant ætatem, magnopere ad illū imitandum incitatos esse, præsertim cum ad viam eius viuendi rationem diuinā miraculorum edendorum vim adiunctam cernerent. Per idem tempus Elias non longè ab Antinopoli vitam egit monasticam, cum iam decem erat & centum annos natus. Ante quod tempus solus ad septuaginta annos solitudinē incoluisse dicitur. Et quanquam ætate adeo prouecta erant, non tamen ieiunijs & seuera viuendi disciplina se exercere desuit. Inter istos item Apelles tum percelebris fuit: qui in monasterijs Aegypti circa Achorin plurima edidit miracula. Istum cum in opere fabnli teneretur occupatus, (hanc namque artem proficebatur) spectrum dæmonis noctū, habitu mulieris formosæ, q̄ cōtinens esset, tentare cepit. Qui ferro, quod iam poliebat, ex igni extracto, dæmonis faciem exussit. Dæmon autem cum fremitu & eiularione aufugit. Per id temporis inter monachos longè illustrissimi patres erant Isidorus, Serapio, & Dioscorus. Isidorus monasterium vndiq; cinxit muro, & sedulo prouidit, ne quisq; eorū, qui inuis erant, egrederetur, res tamen oēs haberet ad vitā necessarias. Serapio propè Arsenoicē vitā

T ij egit,

egit, & monachis circiter decem millibus præfuit. Quos omnes sic instituit, ut propriis laboribus res necessarias, tū pararent sibi, tum aliis egentibus suppeditarent. Tempore verò æstatis mercede conducti, solent fruges demetere, inducti satis frumenti & sibi reponerent, & aliis monachis impertiebantur. Dioscuro autem non plures, quam centū fuere in disciplinam traditi. Qui cum esset presbyter, sacerdotio summa cum diligentia perfunctus est: inq; eos, qui ad sacra accedebat mysteria accuratè inquisiuit, & exquisitum de illis exerceat iudicium: adeo ut nisi mente anrè perpurcata, & nullius admitti sceleris conscia ipsi accedere non auderent. Itemq; in dardis sacris mysteriis Eulogius presbyter eodem tempore etiam multo accuratius in hominum vitam inquirere solet: quem ferunt, cum sacrum faciebat, mentes accedentium ad mysteria ita præsciuisse, ut peccata eorum palam ecargueret, & res in cuiusq; mente occultatas perspicuè contueretur. Itaque eos, qui aliquid delicti admiserant, aut de aliquo improbo facinore consilium iniuerant, ad tempus arcebat ab altari, peccatumque eorum planum omnibus fecit: quos postea penitentia purgatos denuò ad mysteria admisit.

De monachis in Thebaidæ degentibus, Apollo, Dorotheo, Piammone, Ioanne, Marco, Macario, Apollodoro, Mose, Paulo, qui vitam Pherinæ agebat, Pato, Stephano, & Pior.

CAPVT XXIX.

Inistorū numero Apollo quoq; fuit, qui vixit in Thebaidæ: Hic cum pubescere inciperet, vitæ monasticæ se dicauit. Qui cum in solitudine ad quadraginta annos vixisset, diuino oraculo iussus, speluncam ad radices montis cuiusdam locis ab hominibus habitatis vicini occupauit. Qui etiam præ miraculorum multitudine breui magnam nominis celebritatem est consecutus, & q̄ plurimis præfuit monachis. Nam tam vtilibus ad vitam disciplinis vrebatur, ut multos alliceret. Sed quamnam fuerit eius disciplinæ ratio, & quanta q̄q; diuina fecerit miracula, Thimotheus ecclesiæ Alexandrinæ antistes accuratè narrat: qui non illius modò, sed aliorū etiā copiosum, de quibus facta est

est à me mentio, vitas literis persecutus est. Eodem tempore erant præterea multi pij viri, qui hoc vitæ genus studiose colebant circa Alexandriam, ad duo circiter millia. Quorum alij solitudines accolebant: alij prope Marcouré & confines Libyes habitabant. Inter quos facile illustrissimus fuit Dorotheus, genere Thebanus. Cuius hæc vitæ ratio erat. Intra diu lapides ex mari, quod erat in proximo, colligere, inque annos singulos paruulam domum extrudere solebat, & eam dare his, qui sibi domum adificare non poterant. Noctu autem folia palmarum noctebat textura tortili, & ex illis sportulas conficiebat, quibus victum sibi suppeditaret. Cibis erat illi panis sex vnciæ, & fasciculus minorum oleum: potus autem aqua. Quod genus severæ disciplinæ cum ab ineunte ætate excoluisset, ne in ipsa quidem senectute remisit. Nunquam visus est vel superstoream, vel super lectum dormire, vel pedes, quò corpus relaxaret, extendere, vel sua sponte quieti se tradere: nisi quòd dū aut opus faciebat, aut capiebat cibū, à natura coactus clausit fortè oculos: adeo ut non raro ei inter comedendum dormiscenti cibus ore excideret. Nam quodam tempore somno supra modum oppressus, inscius in stoream delapsus est. Ob quod factum magno affectus dolore, submissa voce dixit: Si angelos poteris ad dormiendū impellere, poteris etiā hominē severæ disciplinæ deditū. Seipsum quidè significauit, dicto ad somnum fortasse relato, vel ad dæmonem, qui studiosis actionibus impedimento esse solet. Cui quidam ita se affligenti accedens, cur, inquit, ita corpus conficis? quia illud, inquit, me conficit. Præterea Piammon & Ioannes id temporis quoq; circiter δ' ἰοδαρόν Aegypti celeberrimis præfuerunt monasteriis. Exquisitissime autem sacerdotio (presbyteri enim crāt) & summa cū reuerentia perfungebantur. Traditum verò est Piammonem quodam tempore, cum sacrum faciebat, vidisse circa sacram mensam stantem angelum Dei, & monachos præsentem in libro scripsisse, absentes verò inde deleuisse. Iohanni autem tantam vim cōtra ægrotationes & morbos donauerat, ut multos podagra laborantes, & articulos membrorum habentes resolutos sanaret. Per illud idem Beniamin, ætate admodum prouectus circa Scetin in monastica

vita disciplina tempus ætatis summo cum splendore trinit: cui deus largitus fuerat, vt sola tactione manus aut oleo, supra quod orabat, absque medicamentis ægrotos omni morborum genere liberaret. Qui cum talis esset, dicitur in aquam intercutem delapsus, ita corpore intumuisse, vt per fores domus, in qua ætatem degebat, efferri non potuisset, nisi postes vnâ cum foribus demoliti fuissent. Inter ægotandum autem, cum in lecto iacere non posset, circiter octo menses in sella latissima sedisse: & licet alios morbis vexatos sanare consueuisset, nequam tamen ægrè tulisse, quod se ipse morbo quo laborabat, eripere non posset: imo verò eos, qui ipsum visebant, cōsolatum esse, orauisse, vt pro anima sua Deo preces funderent: de corpore se nihil laborare: quandoquidem, inquit, cum rectè valeret, nihil me iuuat, & cum iam affligatur, nihil lædit. Eodem tempore Marcus ille maioru sermone celebratus, Apollonius iuuenis, & Moseus æthiops in Secte ætatem egere. Fertur Marcum, cum adhuc adolefens esset, mansuetum in primis & temperatam fuisse, sacras literas memoria tenuisse: adeo etiã deo charu, vt Macarius constãter affirmaret, cū ipse esset presbyter Cellinorum, cum nunq̄ à se ea mysteria accepisset, quæ fas est sacerdotibus in sacra mensa hominibus initiatis dare, sed angelu ei illa dedisset: cuius manum solum ad iudicaturam vsque brachij se vidisse dicebat. Macario autem data est à Deo gratia, vt demones prorsus contemneret. Causa verò cur se initiò vitæ monasticæ addixerit, fuit cædes non voluntaria. Nam cum adhuc puer esset, & oues circa lacum Maream pasceret, quendam ex equalibus inter ludendum fortè interemit. Itaque veritus, vt darat pœnas, fugit in solitudinem. Posthæc cum triennio sub dio vixisset, paruulam sibi domum ibi construxit, in qua viginti quinque annos ætatem degit. Istud quoq̄ de eo memorant hi, qui idè ipsum ab illo audiuerunt, quod magnam pro calamitate illa gratiam haberet, cædemque eam non voluntariam appellaret salutarem, quippe quæ piæ disciplinæ sibi, & beatæ vitæ causa extitisset. Apollonius verò, quamuis reliquo vitæ tempore mercatariam exercuisset, tamen ætate iam ingrauescente, ad

Sectin

Sectin profectus est. Ac cum secum consideraret se per ætatem nec scribere posse discere, neque vllam aliam artem, suis ipsius pecuniis omnia cum medicamentorum, tum rerum aliarum ægrotis necessariorum genera coemisse traditur, & quotidie à primo mane vsque ad horam nonam per singula monachorum ostia perrexisset, quod ægrotos inuiferet. Quod genus disciplinæ cum necessarium sibi & accommodatum comperisset, in eo quod reliquum erat ætatis transegit. Cum autem iam esset à vita migraturus, ea, quæ possidebat, alteri tradidit, deditque in mandatis, vt eadem ipse pietatis officia obiret. Moses verò, cum seruus esset, ex aribus domini sui propter improbitatem eiectus est: atque ad latrocinium conuersus, manipulo latronum presuit. Qui post multa admisa scelera, post multas cædes factas, repentina facta mutatione, vitæ monasticæ se tradidit, atq̄ ex imperato ad piæ viuendi disciplinæ perfectionem venit. Nam cum præ firma corporis constitutione, quam ex priorè vitæ ratione consecutus fuerat, adhuc esset uelociter, & visis voluptatum sibi obiectis commoueretur, infinitis ferè exagitationis generibus corpus macerare cœpit: nunc exiguo pane siue obsonio vtendo, modo operis faciendo plurimum, aliquando quinquagesies orando, interdū ad sexennium singulas noctes integras ad preces faciendas pedibus consistendo, totoq̄ illo spatio neq̄ flectere genua, neq̄ oculos ad somnū capiendū concludere voluit: non raro etiam noctu per monachorum domicilia transiens, hydriam cuiusque clam aqua impleuit. Quæ res erat sanè valde laboriosa. Nam locus, vnde aqua hauriebant, ab aliis decè stadia, viginti ab alijs, à non nullis amplius triginta abfuit. At tamen serio operam dabat crebris exercitationibus vires debilitare, & corpus grauibus laboribus premere, tamè magna ex parte vtraq̄ non minus integra, quàm antè, remanserunt. Nam traditum est latrones quodã tempore indomū, vbi solus vitæ colebat monasticã, irruptionem fecisse: eum illos omnes cōprehendisse, constrinxisse vinculis, & cū quatuor essent numero, humeris imposuissè, deportassè in ecclesiã, causam illorum monachis collegis permisissè, perinde atque

T. iij. lli

sibi licere non putaret quenquam villo asficere incommo-
do. Memorant enim nemini tam egregiam à vitiositate ad
virtutem mutationem accidisse: quandoquidem & in dis-
ciplina monastica peruenit ad summum, & id à Deo con-
secutus est, vt ingentem dæmonibus inijceret terrorem, &
presbyter monachorum in Sceti ætatem degentium fie-
ret. Qui cum talis esset, multos post se optimos reliquit
discipulos, & circiter septuaginta quinq; annos natus, ex-
iuit è vita. Eodem regnante imperatore, vixere Paulus, &
Pachò, Stephanus & Moses, ambo Libyes, & Prior etiam
Aegyptius. Paulus quidem domicilium habuit in Pher-
me, qui est mons in Sceti: cui fuere discipuli non paucio-
res quinientis. Nullum opus faciebat, neque à quopiam
quicquam sibi accepit, præterquam id solum, quod ede-
bat. In precibus solum se defixit, & in dies singulos trecẽ
tas orationes Deo, velut tributum quoddam reddidit. Ac
ne per imprudentiam in numero erraret, trecẽtis lapillis
in sinum coniectis, ad singulas preces singulos inde eiecit
lapillos. Consumpris igitur lapillis, constabat sibi oratio-
nes lapillis numero pares ab se expletas esse. Pachon verò
id temporis in Sceti magna cum nominis celebritate vi-
xit: quem constat ita vitam ab ineunte ætate ad summam
senectutem instituisse, vt quamuis corpore esset bene con-
stituto, tamen neque perturbatio animi, neq; dæmon eum
ignauum in rerum continentia earum, quas virum piæ vi-
uendi disciplinæ dicatum reprimere decet, aliquando de-
prehenderit. Stephanus circiter Mareotem non longe à
Marmarica habitauit, quem memoriæ proditum est, exqui-
situm in primis, & perfectissimum disciplinæ genus exco-
luisse, & ad sexaginta annorum spatium monachum fuisse
spectatissimum, & Antonio magno familiarem. Mansue-
tus erat, & valde sapiens: in colloquio dulcis & fructuo-
sus, atque ad animos eorum, qui mœrore premiebantur
tum permulcendos, tum ad solatium ac iucunditatem tra-
ducendos, etiamsi doloribus necessariis antè occupati
fuisent, admodum habilis idoneusque. Similem
quoque se præbuit suis ipsius calamitatibus. Nam cū gra-
ui morbo, & insanabili illo quidem opprimeretur, adeo
vt membra eo corrupta medicis excidenda traderet, tamẽ
opus

opus facere, foliaque palmarum manibus contexere com-
plicareque non destitit. Atque eos, qui aderant, cohorta-
tus est, vt de suis calamitatibus non dolerent, neque aliud
quicquam cogitarent, nisi quòd ea, quæ à Deo fiunt, om-
nino ad bonum finem spectarent, & quod sibi vtile foret,
in eiusmodi cruciatus incidisse, idque pro peccatis for-
tasse, pro quibus præstaret hic pœnas, quam post hanc vi-
tam, perfoluere. Moses autem cum ob mansuetudinem &
charitatem erga omnes, tum ob morborum curationem,
quam precibus solum effecit, magnâ laudem consecutus
fuisse traditur. Prior, cum statuisset ab ineunte adolescen-
tia vitæ monasticæ se consecrare, eo ipso temporis velti-
gio, quo ea de causa paternis œdibus egressus sit, spon-
dit deo se de cætero neminem ex suis aliquando oculis a-
specturum. Post annos quinquaginta, soror accepit eum ad
huc viuere. Quæ cum præ immenso gaudio nuntij tam in-
sperati esset penè obstupefacta, quiescere non potuit, nisi
fratrem oculis intueretur. Quam ætate prouectam lamen-
tantem & implorantem in hac re auxilium, episcopus illi-
us loci commiseratus, scripsit ad præsides monachorum
in solitudine degentium, vt Piorem ad se mitterent. Qui
iusus, eò profectus est, quippe cum non posset illis co-
tradidere. Nam non fas erat monachis Aegypti, credo ite-
alijs, imperatis resistere. Ille igitur, vno secum assumpto,
venit in patriam. Atque stans pro foribus domus pater-
næ, signum dedit se venisse. Vbi verò fores crepare sen-
sit, oculis occlulis, sororem nomine compellauit: dixitq;
Ego Prior, frater tuus. Age, me contuere, quantum lubet.
Illa igitur mirè hac de re oblectata, gratias deo egit. Is au-
tẽ cum prope fores precatus esset, reuertitur ad locum in
quo habitabat. Ibi puteo defosso, aquam repperit amaram:
qua quidem aqua potionis loco ad extremum vitæ diem
vsum est. Posterum autem tempus disciplinæ illius & con-
tinentiæ sæueritatem euidenter declarauit. Nam eo mor-
tuo, cum non pauci vitam monasticam in eodem loco exi-
gere conarentur, nemo eorum aquam ferre potuit. Equidẽ
ipse mihi pro certo persuadeo non fuisse ei difficile, si nõ
tam austerum disciplinæ modum sequi decreuisset, preci-
bus aquam amaram in dulcem conuertisse: præferim cum

perfecefferat, vt alio quodam in loco, vbi nulla aqua omnino existerat, aqua erumperet. Nam memoratum est Mosem cum suis monachis quodam tempore quando puteum defodiebant, quoniam neque vena, quam se reperturos sperabant, appareret, neque aqua in profundo emergeret, ab opere iam destitutos fuisse, nisi Pior circiter meridiē illis fortē interuenisset: qui cum eos salutasset, diffidentiaq; & imbecillitatis animi arguisset, descendit in fossam, & orauit. Cumque terram ligone iam tertio percussisset, aqua confestim erupit, & fossam cōpleuit. Pior, precibus factis, discessit: qui à Mose & monachis eius rogarus, vt cibū apud ipsos caperet, noluit, sed dixit se non ea de causa ad eos missum, atque rem, ob quam ipse venerat, iam esse confectam.

*De monachis, qui in monasteriis Scetis vixerunt,
Origine, Didymo, Cronione, Arsisso, Putabasse,
Arisione, Serapione, Ammonio, Eusebio, & Di-
oscoro, fratribus, & is qui longi nominabatur,
& Euagrio philosopho. CAP. XXX.*

Eodem tempore in monasteriis Scetis floruerūt, Origenes senex vnus ex discipulis Antonij magni, qui adhuc supererat, & Didymus, & Cronion annos iam circiter decem & centum natus, & magnus Arsisius, & Putabastes, & Arison, & Serapion, qui eisdem cum Antonio vixere temporibus: quique cum in disciplina monastica consensuissent, monasteriis iam tum in eo loco positis præfuerunt. Rursus alij complures præclari & boni viri, quorum alij erant adolescentes, alij ad robustā ætatem peruenierant, in magna celebritate vnā cum illis vixerunt. Porro Ammonius, Eusebius, & Dioscorus, per idem tempus magni nominis fuere: isti fratres erant inter se, & propter corporis staturam, Longi vocabantur. Traditum est istū Ammoniu ad perfectissimū monasticæ vitæ ac disciplinæ modum venisse: voluptatē & molliē fortiter deuicisse, literarum fuisse & doctrinæ adeo studiosum, vt Origenis, Didymi, & aliorū scriptorū ecclesiasticorū libros diligenter cōtuleret: à primo tempore ætatis ad extremum vitæ diem

diem nihil præter panem quod igne coqueretur gustasse. Qui cum à quibusdā comprehensus, episcopus crearetur, quoniam illis, qui ad se ea de re venerant, precibus persuadere non poterat, vt abirent, præcisa auricula, dixit: mo deinceps ne volentem quidem lex sacerdotum creati permittit. Nam neminem, qui non sit integris membris, sacerdotem debere institui. Itaque hac re audita, decessere illi quidem: sed vbi intellexere hæc esse Iudæis solum obseruanda, ecclesiæ autem Christi membra corporis minime curæ esse, sed vt sacerdos dūtaxat sit integris moribus, reuerterunt denuo, virum comprehensuri. At ille se obstrinxit iureiurando, si vim ei afferre conarentur, linguam quoque excisurū. Hi igitur, vt hoc faceret, veriti, abierūt. Qua de causa Ammonius *ωεγώτης*, id est, auricula carēs, deinceps nuncupatus est. Qui cum non multo post, temporibus scilicet proximi imperatoris, Euagrius versabatur: Vir sapiens, illustris, & cum acutus ad intelligendum, tum ad dicendum disertus: quinetiam ad rationes ac vias, quæ ad virtutem ducunt, & prauitatem discernendas valde perspicax: itemque idoneus in primis ad suggerēda ea, quæ his sequenda, illis cauenda viderentur. Verū quantum præstare doctrina, ex libris, quos posteris reliquit, factis constare poterit. Fertur etiam ingenij modestia excelluisse, & adeo omnem arrogantiam & fastidium repressisse, vt neque cum iure laudaretur, populi plausu se insolenter efferret, neque cum vituperaretur iniultē, contumeliam sibi factam ægrē pateretur. Genus quidem duxit ex Iberibus, qui ad Pontum Euxinū accolunt. Sed in disciplinam traditus est Gregorio episcopo Nazianzi, & ab eo in sacris literis institutus. Cuius etiam archidiaconus fuit eo tempore, quo Constantinopolitanam rexit ecclesiam. Hunc quidem formosum aspectu, & vestitu exquisitum, cum quidam è magistratu numero Zelotypia laborans, notum suæ coniugi ac familiarem esse intellexisset, mortem ei machinari cœpit. Atque dormienti Euagrio cum cædes per insidias re ipsa inferretur, dicunt visionem quandam terribilem illam quidem, sed tamen Salutarem diuinitus oblatam esse. Videbatur enim videre se in maleficio quodam deprehensum esse, & catenas ferreas manibus ac pedi-

ac pedibus inieciat. Cumq; iam deduceretur in iudicium & supplicio afficeretur, ad se quédā accessisse, demōstrasse librū euangeliōrū, pollicitum esse, si vrbe egrederetur, se è vinculis eum soluturum, iniurādum ab illo postulasse, quōd ita faceret. Se autem manu ad librum adnota, iurasse se id sine dubio facturum. Itaque è vinculis exemptum, & illico somno solutum esse. Sicq; diuinæ visioni sibi secundum quietem obiecit obsequentem, periculum euitasse. Postea autem cum animum induxisset vitam colere monasticam, relicta Constantinopoli, Hierosolymam concessit. Aliquantō post ad monachos, qui in Sceti ætate agebant, visendos profectus, inter eos vitam traducere magnopere cupiebat.

*De Nitria monachis & monasteriis quæ cellia
vocabantur & Rhinocurra monachis
Nigro, Dionysio, & Solone.*

CAPVT XXXI.

Istum locū appellant Nitriam, propter ea quod est pagus finitimus, in quo nitrum colligunt. Non exigua quidem hominum multitudo ibi monasticam disciplinam exercebat. Erant namque monasteria circiter quinquaginta cōtigua, quorum pars conuentus, pars homines separatim ab alijs vitam degentes habuere. Porro autē cū iter facias in interiorē solitudinē, ibi est alius locus, qui a Nitria abest stadia ferē septuaginta, cui nomē erat Cellia. In eo sunt cellæ monachorū permultę sparsim posite: quæ de causa hoc nomen habuit. Tantum inter se distant, vt qui in ipsis habitant, neque videre se inter ipsos, neque omnino audire possint. Conueniunt oēs in vnū, & primo hebdomadæ ac postremo die cōuentus celebrant. Quōd si quis fortē absit, eum abesse planē inuitum constat, vel afflictatione aliqua, vel morbo prædeditum, ad quem visendū curandūq; non omnes statim eūt, sed variis temporibus singuli, quicquid habent ad morbū leuandū accomodatam secum deferunt. Hæc causa excepta, nō colloquitur inter se, nisi quō sermōne vel ad cognitionē Dei, vel

vel ad animę vtilitatem pertinentes, conferant: idque cum aliquis veniat, quo aliquid ab eo, qui id ipsum explicare norit, perdiscat. Hæc quidem cellas incolunt hi, qui ad id, quod in disciplina monastica summū est peruenierint, seque ipsos ritē instituere, & soli vitam degere possunt, propter quietem ab illis seiuncti. Atque hæc quidem sint à nobis breuiter de Sceti, deque monachis ibi seueram ac sanctam vitam excolētib; commemorata. Quōd si cuiusque vitam singillatim persequi niteremur, opus fortasse propter longitudinem apud nonnullos in reprehensionem incurreret. Nam cum suas ac priuatas viuendi disciplinas constituerent, opera, instituta vitæ, exercitationes, rationem victus, & tempora cuique ætati accommodata distribuērent. Porro Rhinocurra post illud tempus viris pijs non aduentitius, sed ea in vrbe natis floruit. Quorum facile optimos vitæ monasticæ se dedisse accipim: noui etiā ipse Melanem ecclesię eiusdem episcopum, & Dionysiu, qui à parte vrbs ab septentriones vergente monasterium habuit: noui quoque Solonem Melanis fratrem, & eius in episcopatu successorem. Fertur præterea eo tempore, quo erat imperatum, vt episcopi cuiusque ciuitatis, qui doctrinæ Arianæ aduersabantur, è sedibus suis pellerentur, eos qui ad Melanem pellendum venerant, offendisse eum tanquam inimum ministrum lampades ecclesiæ parantem, habentemque balneum, quo palium cingebatur, oleo sordidatum, in lampades deniqua lychnos inferentem. Quem cū pro episcopo rogassent, respondisse, eum ibi esse, seque illum monstraturū. Extēplo verò homines eos de via fellos in ædes episcopi deduxisse, mensam apposuisse epulis, quæ fortē suppetebant, excepisse. Postquam autem epulati sunt, lauisse manus (illis enim inter epulandum miuitrauerat) & ita se eis indicasse. Illos hominem admiratos, confessos esse cur uenissent, reuerentia tamen erga eum inductos, concessisse ei potestatem aufugiendi. Eum tum dixisse, tantum abesse vt idē supplicij genus subire recufaret, quod episcopi secū doctrina fidei consentiētes subirent, vt etiā lubētī animo id ipsum amplecteretur. Eius generis igitur institutis disciplinæ à puero exercitatus, in virtute monastica perfectus euasit.

ouasit. Solon autē factus ex mercatore monachus, non parum ipse quoque inde percepit utilitatis. Nam fratre suo Melane, & monachis, qui ibi pium illud viuēdi genus sedulo colebant, præceptoribus vsus, tū in dei cultū summa animi alacritate incubuit, tū erga vicinos perbenignus fuit. Quare ecclesia Rhinocufurensis eiusmodi ab initio nasci antistites, ex eo tempore ad nostram vsque ætatem eorum institutis vii, & bonos ac pios viros efferre non destitit. Quinetiam clericis illius ecclesie ardes communis, communis mensa, alia deniq; omnia communia.

De Palesine monachis, Helycha, Epiphano, postea Cypri episcopo, Ammonio, & Siluano.

CAPVT XXXII.

PORRO autem Palesina propter viros, qui ibi disciplinam monasticam exercebāt, magnopere floruit. Nam complures eorum, quos dum de Constantij dissierebāt imperio, enumerat, adhuc eandem cum magna gloria excolebant disciplinam. Quorum cōsuetudine alij nonnulli vtentes, ad id, quod in virtute summum est, peruenere, maioremque gloriæ quasi cumulum monasteriis illius regionis adiecere. Ex quorum fuere numero, Helychas Hilarionis sodalis, & Epiphanius, qui postea Salaminæ, quæ est vrbis Cypri, fuit episcopus. Atque Helychas eo ipso in loco, in quo magister eius, vitam egit monasticam. Epiphanius autē circiter Befanducem pagum in tractu Eleuthero politano situm, vnde etiam ortus fuerat, in eodem vitæ genere colendo se collocauit. Qui ab incunte ætate à monachis præstantissimis institutus, & in Aegypto longissimo tempore eadem de causa versatus, in disciplina monastica cum apud Aegyptios, tum apud Palesinos illustrissimus habitus est: postea quoque apud Cyprios in non minore gloria fuit: apud quos electus est primariæ vrbis totius insulæ episcopus. Vnde, credo, in vniuerso, prope dixerim, orbe terrarum, est maximam nominis celebritatem consecutus. Nam cum in multitudine hominum, & in vrbis ampla eaque matritima sacerdotio fungeretur, ob præstantiā virtutis, qua etiam negotiis civilibus occupatus vixit, bene cū ciuibus, tum peregrinis cuiusq; nationis

notus

notus factus est illis quidem, vt qui eum coram vidissent, eiusque pie vitæ fecissent periculum: his autem, vt qui illis idem de eo narrantibus fidem adiunxissent. Qui autē, quæ in Cyprū est profectus, etiam imperatore, cuius tēpora iam persequimur, regnante, in Palesina ætate degebat. Quo quidē tempore, in monasteriis percelebres erant Salamanes, Phylscon, Malachion, & Crispio fratres. Qui circa Bethelam pagum in tractu Gazenli situm (erant enim ex partibus illius loci ortūdi) vitā traduxere monasticam. Cuius quidem vitæ ac disciplinæ præceptorē Hilarionē habuere: à quo cū domū vnā cōcederent, fertur Malachionem è medio illorū abreptū esse, ex eorum conspectu euasuisse: atque ex improviso rursus visum esse eandē viā cū fratribus insistentem: paulō post verō è vita migrasse, qui tamen adhuc adolescens erat, illis tamē, qui in disciplina monastica consenuerant, neq; pia viuendi ratione, neq; ardenti in Deū amore inferior fuit. Itemque Ammonius de eō inde circiter stadia prope Chapharcobrā, pagū quoq; Gazensem, à quo genus duxit, habitauit. Vir sanē, qui vitā monasticā cū exquisitē in primis, tum summa cū animi magnitudine excoluit. Siluanus etiam, cui ferunt propter eximiam virtutem angelum coram ministrasse, et si Palesinus genere fuit, id temporis tamen credo, in Aegypto disciplinam monasticam factatus est. At postea in monte Sina aliquamdiu commoratus, deinceps ad torrētē quædam in Geraris conuentum plurimorum bonorum ac piarum virorum maximum planē & celeberrimum in vnum congregauit: cui post eius mortem diuinus ille præfuit Zacharias.

De Syriæ monachis, Bathæo, Eusebio, Berge, Alaba, Lazaro, Abdaleo, Zenone, Hecodoro, Eusebio apud Carras, Protogene, Bito, Aone.

CAPVT XXXIII.

SED abeamus iam ab his, & ad monachos Syriæ ac Persidæ, quæ est Syriæ finitima: veniamus: qui ita multitudine creuerūt, vt cū monachis Aegypti numero cōtēdere possent. In quibus præter ceteros excellere tū videbātur Bathæus, Eusebius, Berge, Alaba, Abbas, & Lazarus qui post

qui post creatus est episcopus, Abdaleus etiam, Zenon, & Heliodorus: qui omnes apud Nisibenos circiter motem, qui dicitur Sigoron in monastico disciplinae genere etate controuerunt. Hos quidem qui tale genus disciplinae nuper inchoauerat, Βόσκουρ id est pastoritios, uel syluestres uocabant: quod nomen illis ideo impositum est, quod neque ardes habent, neque panem obsoniumue comedunt, neque uinum bibunt, sed senper in montibus etate degentes, Deum precibus, & hytanis (uti ritus postulat ecclesie) sine intermissione celebrant. Cum autem tempus uenit cibi capiendi, non aliter atque palantes, singuli, arrepta falce, montem peragrant, quo herbas ad uitam sustentandam demerant. Atque hunc disciplinae modum isti quidem coluisse traduntur. In Carris uero Eusebius, solus in angustum locum sua sponte conclusus, monasticam uitam egit: Protogenes etiam, qui post Bitum id temporis episcopum, ecclesiam illam regebat, eandem uiuendi uiam secutus est, Bitum autem illum dico mulierum sermone celebratum, quem predicant imperatorem Constantinum, cum primo uisisset, confesum esse, quod Deus iam dudum illum hominem sibi in uisionibus ostendisset, iussissetque ut quodcumque diceret, illi fidem adhiberet. Aones item habuit in Phadana domicilium, in quo disciplinam monasticam exercebat. Est is quidem locus, in quo Iacob nepos Abrahami e Palaestina egressus, cum Rebecca adhuc uirgine, quam post duxit uxorem, in notitiam & familiaritatem uenit. Nam lapide ex fonte, qui sibi erat, amoto, primum illius gregem aquauit. Commemorant hunc Aonem primum omnium apud Syros, non aliter atque Antonium apud Aegyptios etiam exquisitam uiuendi rationem, quam est ab omnium hominum societate remota, instituisse.

De Edesa monachis Iuliano, Ephraem, Syro, Barsa, & Eulogio, praeterea uero & de iis qui Celsyriam incolunt, Valentino, Theodoro, Merulo, Baso, Bassone, & Paulo, ac de illis etiam qui sunt in Galatia, & Cappadocia, & alijs in locu uirum sanctis, & qua de causa acciderit, & sancti qui olim uixerunt longaeui fuerint.

CAP.

Cum isto Aone Gaddanas, & Azius una uixere, qui pari uirtutis studio incedebatur. Propere uero uicinis Edesam, & urbes illi finitimas eodem tempore facile praestantissimi monachi fuere Iulianus, & Ephraim Syrus: de quibus tum disputabamus, cum sumus in imperio Constantii explanando uersati. Adde his Barfen & Eulogium, qui ambo post creabantur episcopi non urbis aliquis, sed honoris causa, qui ueluti uita pie antea de compensatione in propriis monasteriis illis deferebatur, ad quem modum Lazarus quoque, de quo supra diximus, episcopus fuit. Atque hi quidem sunt monachi, quos ipse cum apud Syros, tum apud Persas etiam eorum confines in disciplina monastica eo tempore primas obtinuisse accepit. Quibus omnibus communis disciplina fuit, ut comprehendam breui, animam quam maximam curam gerere, eamque consuetudine ad res huius seculi relinquendas paratam efficere: in precibus, ieiunijs, & diuinis hymnis magnam uitae partem consumere: pecuniam, ciuiliu rerum tractationem, indulgentiam curamque corporis, omnino contemnere. Nonnulli istorum monachorum ad perfectissimam continentiam peruenere: uerbi gratia, Barthaeus tanta uisus est continentia, tantaque inedia, ut uermes ex eius dentibus serperent. Alam quoque ferunt ad spatium octoginta annorum panem non gustasse: Heliodorum etiam multas integras noctes nihil somni cepisse, & pariter integras hebdomadas ieiunasse. Porro Celsyria, & tota illa regio, qua supra eam sita est, sola Antiochia excepta, feruor est illa quidem ad Christi fidem traducta: Sed tamen ne ea quidem uirum ecclesiasticis uitam monasticam colentibus caruit. Qui tanto fortiores uidebantur, quanto magis incolis eius regionis odio habiti erant, & infidijs appetiti: quibus magno sanè animo & excelso restiterunt, non uiciscendo se ipsi, neque poenas ab aduersarijs sumendo, sed contumelias Gentilium, & plagas sibi inflictas magna cum alacritate sustinendo. Quales fuisse audiui Valentinum (quem alij ex Emesa, ex Arethusa alij genus dixisse praedicant) & eius gentilem Theodorum: ambos

V

Titus

Tittis, quod est oppidum in tractu Apameensi positū, natos: Marofam etiam ex Nechelis, & Bassum, & Bassonem, & Paulum ex pago Telmiso ortum: qui cū multos monachos multis in locis in vnū cōgregasset, & ad monasticam disciplinam, quemadmodum oporteat, excolendam traduxisset, ad extremum in loco quodam, qui Iugatus dicitur, maximum ac celeberrimū conuentum monachorum constituit. Quo quidem in loco etiam cum vitam ad longissimum tempus protaxisset, (ad nostram enim aetate, egregiè & valde pie in disciplina monastica exercitatus, vixit) mortuus est, ibique sepulchro conditus. Quinetiam ceteri monachi, quos commemorauimus, omnes ferè ad prolixū tēporis spatiū vitam propagarunt. Atq; deus certe, vt mihi quidē videtur, tā lōgā vitā hisce hominibus largitus est, vt religio Christiana per eos amplificaretur. Etenim tū Syros ferè omnes, tum Persas, tum Saracenorū quā plūrimos à Gentilitate ad suū ipsorū, hoc est ad verū dei cultū traduxere: ipsiq; in illis regionibus disciplinā monasticā exorsī, per multos sibi similes effecēre. Porro Galatas atque Cyprios, Cappadoces, & horū finitimos, atq; multos alios præterea id temporis, viros habuisse ecclesiasticos, qui & monasticum viuēdi genus exercebant, & veterem Christi religionē studiosè excolebāt. Complures autem erant, qui in urbibus & pagis conuentus habebant. Nam neq; veterum monachorum traditioni erant assuefacti, neque præ huiusmodi acerbitate, quæ ob naturam loci semper ibi solet euonire, in solitudine fotalle aetatem agere nō poterant. Inter monachos autē, quos illic vixisse accepi, primas tulit Leo, qui postea ecclesiæ Ancyræ episcopus creatus est, & Praxipidius, qui iā licet valde grandis, in multis pagis munere fungitur episcopali. Præest etiam pauperum domicilio, cui nomen Basilias, celeberrimo illi quidem, à Basilio episcopo Cæsareæ Cappadociæ exædificato: à quo & initio nomen accepit, & adhuc retinet.

De tripode ligneo, & imperatoris ex elementorum connexionione successuri exploratione, & philosophorum cade, & astronomia.

CAPVT XXXV.

Sunt

Sunt hæc quidem à me de viris ecclesiasticis, qui tum disciplinam colebant monasticam, eatenus commemorata, quatenus eadem ipsa cognoscere potui. Quo quidem tempore omnes propè philosophi Gentiles extincti sunt, idque hac de causa. Nonnulli eorum, qui aliis in philosophia præstare putabatur, incrementū religionis Christianæ eggrè admodum ferentes, iniuere consilium de prænoscendo, quis esset Valenti in imperio successurus. Qua de re cum omnia omnis generis diuinandi genera experti fuissent, ad extremum, tripodem ligneum è Lauro fabricati, inuocationes demonum, & verba execrabilia pro more suo vsurparunt: adeo vt ex coniunctione singularū literarū per tripodis machinam & diuinationē significata rum, futuri nomen extaret imperatoris. Philosophi igitur cum Theodorum virum inter Satellites imperatoris insignē illum quidē & illustrē, sed Gentilē, imperatorē fieri auide expeterent, vtque ordo literarum vsque ad D. huius nomini conueniret, in fraudem inducī sunt, dum hac coniectura nixi, Theodorum imperio potiturum expectarent. Quo illorū conitu indicato, extra modum ira exarscere coepit. quasi salutis suæ insidias comparassent. Ob quam causam tum Theodorus, tum tripodis opifices comprehensi sunt, mandatumque, vt ille igni, hi autem gladio necarentur. Pari ratione omnes illustiores in toto imperio philosophi eadem ipsa de causa extincti. Quinetiam cum imperatoris ira nullo modo comprimi posset, etiam in eos, qui philosophi non erant, sed illorum duntaxat vestitu utebantur, inuidiæ flamma peruasific vt qui alias artes profitebantur, neque crocotis, neque pallijs philosophorum se induere vellent, idque ob periculi metum, ne viderentur ex eorum numero esse, qui vaticinia illa, & ritus ad tripodem peregissent. Itam quidem implacabilem imperatoris iram atque adeo crudelitatem, addo etiā philosophorū temerariū facinus, philosophis indignū & imprudētē conatū, à benè sanis hominibus arbitrari merito diuinandum. Nam cum hac inscitia impulsus, aurum induxisset eum interficere, qui esset sibi in imperio successurus, neque vitæ illorū, qui diuinatione de eare vsi fuissent, neque eius, de quo diuinassent pepetui:

V ij quib-

quinetiam uti ferūt neq; eorū quidē qui cum eodem nōmine, si modo illustres essent, appellabantur, vel salrē simile nomen habebant, cuius primā litterā à Th, vsque ad D. eadem essent. Porro philosophorū huc processit amētia, uti crederēt in sua s.ū potestate, ut tū imperatorē è medio tollerent, tum denuo excitarent. At quamvis eiusmodi res decrevis, quā tato astrorum cursu semel statuta sunt, ascribi deberent, tamen oportuerat eum, qui esset futurus imperator expectare, verūm si istud concilij & voluntatis diuinā opus sit, quid est, cur quisquam eas ideo curiose peruestiget. Nam praesensione aut studio humano, quod est à Deo decretum, sciri omnino non potest: quōd si posset, non tamen rectum esset existimare eos, homines cum sint, licet omnium sapientissimos, melius quā deum posse de rebus consiliū capere. At verō si cupiditate illius, quod erat futurum, praescendendi, eo imprudentiā ferebantur, ut periculo velut ante oculos proposito se vltro offerrent, legesque olim à Romanis, eo videlicet tēpore, cū Gentilitatem profiteri, & immolare idolis periculo caruit, promulgatas cōtemnerēt, nō eadē mente fuere & sentētia, qua Socrates: qui cum saluus esse posset, cūq; etiā cicutam, idque cōtra aquū & bonū bibiturus esset, reuerentia tamen erga leges, in quibus natus educatusque fuerat, è carcere, etiam cum posset, fugere noluit.

De Valentiniāni imperatoris in Sarmatas expeditione, & eius in Gallia morte, & Valentiniāni junioris electione, ac persecutione sacerdotum, orationēque Themistii philosophi, qua magis humanus ac facilis in illos qui ei repugnabant effectus est.

CAP. XXXVI.

Sed de hisce rebus liberum sit cuique pro arbitrato & iudicare, & dicere. Cum Sarmatā in loca quādam Imperij ad solem occidentem vergentis incursionem fecissent, Valentiniānus bellum contra eos suscepit.

Illi au-

Illi autem de numero militum & apparatu eius certiores facti, legatos ad eum de pace mittunt. Quos cum vidisset, sciscitatur num omnes Sarmatā tales essent. A quibus cum esset responsum Sarmatarum facillē praestantissimos ad eam obeundam legationem venisse, ira supra modum incenditur. Atque grauius vociferatus, quā miserē, inquit actum est cum subiectis meis, & quā infeliciter cecidit. ut ad me Romanum imperium deferretur, cum Sarmatā gens planē barbara, quorum isti sunt praestantissimi, non contenti sint in suis ipsorum finibus vitam agere, sed in meum imperium inuadere, & contra Romanos deniq; bellum facere vel somniare audeant. Qui cum hoc modo aestuaret, & contenta voce ista proferret, adeo extra modū eius extēdebantur intestina, ut & venam & arteriam rum peret: magnaq; sanguinis copia effusa. in castello quodā Gallia ē vita exiret, cum iam natus quidem esset annos circiter quinquaginta quatuor, imperium autem praclare ad modum, & cum magno splendore gubernasset, tredecim. Sexto autem post eius mortem die, Valentiniānus iunior eius filius eiusdem nominis à militibus imperator declaratur. Cuius creationi Valens, & Gratianus eius frater, quamvis primò iniquo animo paterentur, quōd milites imperij insignia antē ei tribuerant, quā ipsi permisisset, non multo post tamen suffragati sunt. Eodem tempore Valens Antiochie, quā est in Syria, a tatem degens, maiore odio indies in suā opinionis aduersarios exardescere, acerbē eos affligere & exagitare cōpit. Cum vero Themistius philosophus librum ei dedicaret, hortabatur, docebatq; non oportere mirari disensionem, quā in ecclesiasticis opinionibus versabatur, cum multo inferior multoq; minor sit, quā quā extaret apud Gentiles. Nam permultae apud ipsos sunt opiniones, & disensionem ob multitudinem dogmatum susceptam, complures contentiones de eiusmodi rebus, & disceptationes excitare necessū est. Siquidē Deo fortassē visum sit, ut ipse nō facillē nosceretur, & variā existerēt de eo opiniones, quo singuli magis eū vererentur, cū exquisitā eius cognitionē cōprehendere nō possint, secū reputātes, quātus sit & cuiusmodi ille quidem, ad cuius cognitionem venire cogitant.

V iij De Bar-

De Barbaris qui trans Istrum habitabant, quo pacto ab Hunnis se sedibus pulsati, ad Romanos confugerint, ac Christiani facti sint, & de Viphila & Arbalarico, & iis quae inter eos acta fuerunt, & quomodo Arianae lue infecti sunt.

CAPVT XXXVII.

HAC oratione à Themistio habita, imperator, etsi factus animo aliquantò mansuetior, non tam acerba aduersariis, ut antea, supplicia irrogauit, non tamen iram suam contra sacerdotes accensam penitus resinxisset, nisi curæ de Rep. sibi iniectæ fuissent impedimento, quò minus ad eiusmodi scelera suum studium & operam conferret. Nam Gotthi, qui trans Istrum fluuium antè habitabant, & aliis imperabát Barbaris, ab Hunnis inde exacti, in fines Romanorum uenerè. Hæc autem Hunnorù gens Thracibus & Gotthis, qui ad Istrum accolunt, ante hoc tempus fuerat omnino incognita. Hicque omnes minimò intelligebant se vicina inter se loca incolere, propterea quò lacus maximus inter eos interiectus erat: sed singuli terrâ, quæ lacum attingebat, extremam oram fuisse illius partis orbis, in qua ipsi habitabant, & nihil deinceps esse, præter mare, & aquam arbitrabantur. Verùm forte fortuna bos caestropercitus, lacum transmittit, sequitur bubulcus. Qui cum terram trans lacum uidisset, tribulibus suis nuntiat. Sunt alij, qui dicunt, ceruum quibusdam Hunnis uenantibus, cum per lacum ab illis fugeret, monstrasse viâ, cuius extrema pars aqua operata fuit. Eos autè lacu transmissò, regionè tû ob calî temperationè, tû ob bonitatè soli ad agriculturam idonei magnopere admiratos, reuertisse, & gentis suæ principi, quæ aspexerant, nuntiasse. Primò igitur exigua militum manu de viribus Gotthorum fecisse periculum, postea autem cum omnibus copiis illos aggressos, prælio deuicisse, & omnem eorum regionem occupasse. Gotthos verò, quos persequebantur, in Romanorù fines transisse, & Istrò fluuiò traiecto, misisse legatos ad imperatorem: pollicitos esse se de reliquo Romanis socios futuros, sibi cedere, ut quo in loco uellent, habitare possent, orauisse

orauisse. Eius legationis principatum obtinuisse Viphilâ episcopum. Quæ res cum ipsis successisset ex sententia, libera permitta potestate, Thraciam incoluisse. Haud adeo diu post, seditione intestina inter eos conflata, bipartito diuisos esse. Atque alteri factioni Athalaricum, Phritigernem alteri præfuisse. Prælio igitur inter eos commisso, Phritigernes, re malè gesta, auxilium à Romanis petiisse: Quod cum imperator Valens ei concessisset, & milites Romanos, qui erant in Thracia, et subsidio venire permisisset, prælio redintegrato, victoriam consecutus esse, & Athalaricum cum suo exercitu in fugam uertisse. Atque quò gratiam Valenti referret, & se ei in omnibus rebus amicissimum fore confirmaret, se eius de fide & religione sententiæ addixisse: persuasisseq; barbaris, sibi subiectis, ut eadem sentirent. At verò non istam solum causam fuisse puto, cur uniuersa Gotthorum gens ad hoc tempus usque Arianis adiuncta sit, sed quòd Viphilas eorum episcopus, licet in initio ab ecclesia catholica nihil dissentiret, tamen post, regnante Constantio per insecitiam, unâ cum Eudoxio & Acacio, utpote ex episcoporum numero, qui in Concilio Nicæno conuenerant, Concilio Constantinopoli habito interfuit. Qui simul ut eò uenit, dicitur, cum principes sectæ Arrianæ cum eo de religione disseruissent, essentque polliciti, legationem ei apud imperatorem ex sententia confectam fore, si modo se ipsorum opinioni uellet addicere, vel necessitate compulsus, vel quòd eam de Deo opinionè meliorem iudicaret, communioni Arianorum se adiunxisse, & totam suam gentem ab ecclesia catholica separasse. Nam Gotthi ab eo doctore ad pietatem & uerum Dei cultum amplectendum instituti, & per eum ad mansuetiores mores traducti, in omnibus rebus faciliè eius consilio paruerunt: pro certo persuasi, nihil ab eo vel dici improbè, vel fieri, sed omnia ad uilitatem eorum, qui ardenti pietatis studio flagrabant, transigi. Quinetiam maximum dedit suæ uirtutis specimen, infinita pericula pro religione Christiana tum subeundo, cum idem ipsi Barbari Gotthi, quos diximus, adhuc religionem Gentilium coluerunt. Primus præterea fuit, qui literas apud eos inuenit, literasq; sacras in patrium

trium sermonem conuerterit. Quare quòd Barbari prope Istrum omnino sectam Arrianam sequebantur, hæc quidem causa fuit. Per idem tempus magnus numerus eorum qui Phritigerni parebant, propter Christum martyrio è medio sublatis sunt. Nam Athalaricus, cum Viphilas multos eius ditioni subiectos ad religionem Christi deduxisset, iniquo animo ferens, perinde quasi auita & patria religio nouata fuisset, eorum complures multis ac varijs multauit supplicijs: quorum pars in iudicium adducta, cum viriliter & magno animo fidem Christi defendisset, interfecta est, pars nulla pro se habita oratione, trucidata. Siquidem fertur eos, quibus huius rei conficiendæ negocium Athalaricus imposuerat, statuam quandam in curru collocatam per singula Christianorum tabernacula circumduxisse, iussisseque ut eam adorarent, eiq; hostias immolarent. Quod cum facere recusassent Christiani, tabernacula cum ipsis hominibus incendio absumpsisse. Porrò aliam cladem hac multo miserabiliorem eodem tempore quoq; accidisse accepi. Nam multi tum viri tum mulieres (quarum alie pueros secum aduexerant, alie infantes recens natos, & adhuc fugentes vbera) violentiæ eorum, qui ipsos ad sacrificandum cõpellebant, succumbentes, ad tabernaculum ecclesiæ, quæ ibi fuit, profugerunt. Qui omnes, tabernaculo illo à Gentilibus incenso, pariter extincti sunt. Non longo tempore post, Gothi ad mutuam fuere inter ipsos concordiam adducti: qui insolentia elati, Thraces grauibus afficere incõmodis, vrbes eorum & pagos vastare cõeperunt. Qua re audita, Valens, experientia rei, quantum errasset, edoctus est. Nam cum putaret Gothos, utpote semper in armis exercitatos, tum sibi, tum subiectis suis vtilis fore, copias tum Romanas contempsit, & pro militibus, qui ex vrbibus & pagis Romanorum conscribi solebant, aurum egit. Verùm de spe depulsus, relicta Antiochia, prope Constantinopolim contendit. Quo quidem tempore persecutio ab illo contra orthodoxos excitata, sopita est. Mortuo autem Euzoio, Theodorus in eius locum successit, Arrianis præfuit.

De Ma

De Mauiæ Saracenorum regina, & quòd Moses eorū episcopus fœdera quæ inter illos & Romanos rupta fuerant, institutionem à Christianis accipiens, rursus instaurauit, & narratio quædam de Ismaelitis & Sarracenis, & eorum diis & quomodo à Zacomo eorum principe, ut Christi fidem amplecterentur primum inducti sint.

CAPVT XXXVIII.

PER idem tempus, mortuo Saracenorum rege, rupta sunt cum Romanis fœdera. Nam Mauiæ eius coniux imperium illius gentis administrans, Phœnicum, & Palæstinorum vrbes, vsque ad Aegyptios, qui partem illam, quæ Arabium dicitur, incolunt, ad Leuam cum Nilum aduerso flumine nauiges, vastauit. Neque bellum erat leue, quale à muliere parari putaretur, sed grauius, ut ferunt, & iniusto animo ab ea cum Romanis pugnatū est: adeo ut præfectus militum in Phœnicia, à duce omnium equestrium & pedestrium copiarum in Oriente auxilium peteret: duxque se ad id vocatum rideret, & eum qui se vocauerat, à pugna abstinere faceret, & tamen cum expeditionem contra Mauiam hostem fecissent, in fugam verterentur, & ægrè auxilio præfecti militum in Palæstina & Phœnicia salui euaderent. Nam simul ut eum venisse in discrimen vidit, extra pugnam, id quod ille iusserat, in expeditione illa cõsultere stultum putauit. Itaque prope occurrit Barbaris, atque ei opportunitatem fugæ totius capiendæ suppeditauit: illeque ipse etiam pedè referens, inter fugiendum iaculatus est, & hostes à tergo vrgentes telis repulit. Ista quidem cum multi ex illius loci incolis adhuc commemorant, tum apud Saracenos in cantibus recitantur. Cum autem bellum ingrauesceret, videbatur necessarium legatos ad Mauiam de pace mittere. Quam quidem fama est legatis respondisse, se nullo modo fœdera cum Romanis percussuram, nisi Moses, qui in solitudine finitima vitam agebat monasticam, vir tum ob piam viuendi rationem, tum ob signa diuina & miracula ab eo adita in-

signis suæ gentis crearetur episcopus. Itaque præfæcti militum, qui ista renuntiabant, imperatoris iussu comprehedunt Mosem, & ad Lucium deducunt. Moses verò, præsentibus magistratibus, & multitudine in vnum coacta, nolli, inquit, me creare episcopum: siquidem ne nomen quidem, nedum liquorem episcopalem dignè ut meretur viribus sustinere Valeo. Quòd si verò mihi hoc minus, cū sm eo plane indignus, Dei voluntate deferatur, eum, qui est cœli & terræ opifex, restor, quod tuas manus sanguine & cruore sanctorum virorum resperfas mihi nō impones. Tum Lucius, si adhuc, inquit, quæ sit mea fides, ignores, & tamen me antequam eam habeas perspectam, detesteris, iniuriam facis: sin autem de ea ab his, qui me falsò insimulant, certior factus sis, nihilominus tamen à me de illa audito, & meorum verborum tu ipse iudex esto. Imò verò inquit Moses, quæ sit tua fides, mihi planè minimè obscurum est: atque cuiusmodi sit, etià testes sunt episcopi, presbyteri, & diaconi, qui per te in exilium pulsi sunt, & merallorum venis esodiendis diuexati. Tu igitur has res dei notas existimas, quæ sunt omnino à Christo, & ab illis, qui rectè de Deo sentiunt, alienæ? Quæ cum dixisset, iurassetque se nunquam à Lucio velle episcopum creari, magistratus Romani, reiecto Lucio, eum ad episcopos, qui iam tum ætatem in exilio debebant, rectà deducunt. A quibus Moses creatus episcopus, ad Saracenos se contulit: quibus cum Romanis fœdere coniunctis, episcopatu ibi perfungitur, & per paucos ibi repertos, qui religionem Christianam profitebantur, multos ipse ad eam profitendam traduxit. Hæc quidem gens ab Ismaele filio Abrahami duxit originem, nomenque accepit: & propterea veteres à progenitore eos Ismaelitas appellabant. Verùm quo spurij generis maculam, & ignobilitatem Agar matris Ismaelis (serua enim fuit) penitus obliterarent, se Saracenos, velut à Sara coniuge Abrahami prognatos nominarunt. Qui genere inde ducto, omnes more Hebræorum circumciduntur, & à carne suilla abstinent, multosque alios Iudeorum ritus observant. Quòd autem omnino eisdem legibus & viuendi institutis non vtantur, vel temporis longinquitate tribuendū est, vel quòd gētibz finitimis permixti sunt.

Nam

Nam Moyse multis post seculis natus, solis Hebræis, qui sunt ex Aegypto egressi, leges dedit: & vicini eorum, qui vt credibile est, valde erant superstitiosi, auitam viuendi disciplinā ab Ismaele deriuatam (ex cuius vnus præscripto veteres Hebræi ante leges à Moyse cōditas vitam moderati fuerāt, institutisq; nō scriptis vsi erāt) prorsus corruerunt. Porro eadē, quæ vicini, demonia colentes, eosdem illis tribuētēs & honores & noīa, causam cur à patrijs & auitis legibus desciuerint, in similitudinem religionis, quā cū Vicinis habebant, transulerunt. Eodem accedit tempus loquinqum interiectum, quod, vtī asolet, alia obruit obliuione, alia vt colerentur perfectit. Postea verò nōnulli eorum cum Iudæis congressi, didicere, vnde originem traxerant: & ita ad cognitionem reuenerē, seque institutis addixere & legibus Hebræorum. Ex quo quidem tempore hæctenus, complures apud eos Iudæorum viuendi disciplinā secuti sunt. Neque certè diu ante regnum imperatoris, quo de in præsentia agimus, fidē Christi receperunt. Ad quam deducti sunt consuetudine sacerdotum & monachorum sibi genere cōiunctorum, qui in solitudinibus vicinis monasticam colebāt disciplinā: homines quidē & pia vita, & miraculis nobilitati. Fertur etiā id tēporis gēte quādā vniuersā ad religionē Christianā traductā, Socomoeius principe et rectorē tali de causa baptizato. Iste cū sobolis omnino expertus esset, ad monachū fama illius adductus venit, vtī cū eo colloqueretur: apud quē de sua calamitate grauiter cōqueri cœpit. Siquidē tum saracenis, tū omnibus alijs credo Barbaris liberos procreare permagni æstimari solet. Monachus autem iuber enim bono animo esse, & precibus deo adhibitis, eū dimittit, pollicitus pro certo eum filium habiturū, si modò in Christum crederet. Vbi verò deus promissum re ipsa præstiterat, & filius Socomo natus erat, ipse baptismatis mysterio initiatus est, suosque subiectos ad idem ipsum induxit. Ex quo tempore hanc gentē & opulētā fuisse, & adeo numerosam, vt tū Persis, tum alijs Saracenis terrorem iniiceret. Quo modo igitur Saraceni initio ad fidē Christi deducti fuerint, & quæ de primo eorum episcopo acceperimus, sit à nobis ad hūc modum commemoratum.

Quòd

*Quòd Roma reuersus Petrus, Aegypti eccle-
sias pulso Lucio obtinuit, & de Va-
lenti contra Barbaros expe-
ditione. CAP. XXXIX.*

Concilii Nicæni fautores qui ciuitates incolebant, animis denuò confidere ceperunt, & maximè omnium Alexandrini, qui sunt in Aegypto. Nam Petro tum Roma cum literis Damasi, quæ & decreta concilij Nicæni, & Petri creationem confirmabant, reuerso, ecclesias tradiderunt. Lucius autem inde electus, Constantinopolim nauigauit. Valenti verò, vt est verisimile, curis implicato vim in istos inferendi otium minimè suppetebat. Nam simul vt venit Constantinopolim, apud populum tum in suspicionem, tum in odium vocatus est. Si quidem Barbari & Thraciam populati, & vsq; ad suburbia progressi, iam ipsa vrbis incenia, nemine prohibente, oppugnare aggressi sunt. Quibus de rebus ciues grauius animis commoti, imperatori, quòd non restitit hostibus, sed bellù gerere distulit, crimini dabant, dissipabãtq; rumorem hostes ab illo ad urbem deductos fuisse. Tandè verò, cum ludis Circensibus interesse videbãt, palã contra eù, vt pote reip. salutè cõtinentè, vociferari, & arma postulare ceperunt, vt illi ipsi cù hoste cõsurgere possent. Itaq; Valens his affectus cõtumeliis, ad bellù cum Barbaris faciendù proficiscitur: minatur si redeat, se populù rù harù contumeliarù causa, tum quòd antè Procopio tyranno se adiunxerant, probè vlturum.

De sancto isaacio monacho, & eius in Valentem vaticinio, & quòd fugiens Valens, ac in domuncula quadam delitescens, ibidem incendio extinctus animam efflavit.

CAP. XL.

Egredienti illi ex vrbe Constantinopoli obuiam fit Isaacius monachus, vir cum aliis in rebus spectatus, tum in periculis pro Deo contemnendis egregius, sicque eum affatur: edde, o imperator, orthodoxis, qui fideò concilio Nicæno traditã seruãt, ecclesias, quæ illis abstu-

leris,

leris, eris que in bello victor. Imperator autè ei vehemèter stomachatus, iussit comprehendi, inque custodia teneri vsque ad reditum, quòd pœnas pro facinore admisso ab eo fumeret. Cui respondens Isaacius, non es, inquit, reuersurus, nisi ecclesias reddideris. Quod quidè ita euenit. Nam vt primum cum exercitu egressus est, Gorthi qui cum eo erant ab hostibus in fugam conuersi, pedem retulerunt. Ille autem abscedès relicta Thracia, venit Adrianopolim. Cum verò non longè abesset ab hostibus, qui in loco tuto castra posuerant, celerius aliquatò, quàm debuerat, praelio cum illis congruitur, antè animo neutiq; complexus vel quo modo, vel versus quam partem exercitum instrueret. Quare equitatu eius disperso, & armatis in fugam coniectis, hostes eum persequuntur: ille inter fugiendum de equo desiliens, cum paucis, qui eum comitabantur, in quandam paruam domum vel turrim correpsit, ibique deluit. Barbari autem currunt post eum, quo hominem cõprehendant: & paulò longius insequentes, domum, in qua erat, prætergressi sunt. Nam haudquaquò suspicabantur, eù ibi latitare. Iam verò cù maior pars Barbarorù eù locù præterisset, & pauci iã à tergo reliqui essent, quidã eorù, qui erant cum Valente, tela rursus in eos, qui fortè perisibant coniciunt. Illi ea de re clamare: hic Valens est. Quod cum illi, qui propius fortè aberant, audiuissent, clamore cum antè, tum post, sublato, his, qui erant proximi, rem significabant: eddè vt breui hostes, qui longius abessent, audierint, in vnumque omnes celeriter cõuenerint. Domo igitur circumfessa, & magna lignorum strue comportata, ignem iniciunt. Flamma autè secundo vento fortè delata, totam materiem peruasit, pariterque res in domo repositæ flammam conceperunt, quæ & imperatorem ipsum, & eius comites incendio absumperunt. Mortuus est igitur Valens circiter quinquagesimum ætatis suæ annum, cù iam tredecim annos vnà cum fratre, tres autem postè imperium administrasset.

SEXTI LIBRI FINIS.

AMPLISSIMO

VIRO AC REVERENDO

IN CHRISTO PATRI AC

DOMINO, DOMINO LAM-

BERTO HANKART, COENO-

bij Gemblacensis Abbati Dig-

nissimo, Domino ac Ma-

cenati suo vnice

colendo.

S. P. D.



*V*am necessaria sit omnibus Chri-
stianis, in primis autem hominibus
Religiosis Historie sacrae cognitio,
nō est Abbas dignissime cur scien-
ti tibi multis declararem, cum tu, ut
integritate vitæ, ita & verum ec-
clesiasticarū cognitione maioribus

tuis laudatissimis pulcherrimè respondeas: Itaque cum
celeberrimus Typographus Arnoldus Birckmannus à
me petisset, ut vltimos hosce tres libros Hermia Sozome-
ni, quos Historie ecclesiasticę recens interpret Iohannes
Christopherson reliquis omnibus iam translatis morte
præuentus absolueri non potuit, ex Græco in Latinum
conuerterem, dandum hoc Birckmanni erga me bene-
uolentiæ, dandum manibus Christophersoni, dandū de-
nique Respub. ecclesiasticæ putani: Accepi igitur hanc
promittiam, & eo quidem libentius, quod inspecto ex-
emplari Græco per Christophersonum emendato, intel-
ligerem, illum nō amulandi studio, sed sincero veritatis
amore ductum post superiores eius interpretes hoc opus
de integro transferendum suscepisse: Nam cū tribus præ-
stan-

stantissimis manu descriptis exemplaribus, Vaticano, di-
co, Veneto ac Florētino potius esset, facta eorum ad ex-
emplar vulgatū diligētī collatione, passim deprauata cor-
rexit, laxata restituit, defecta suppleuit. quib? remedijs
definitas aliorum translationes multis in locis truncas
ac laceras, in multis absurdas ac falsas esse, nemo nega-
re potest: Sed de Christophersoni laudibus plura dicent,
qui in opus vniuersum præfaturū sunt. Ego illius indu-
stria magnopere adintus, in hisce tribus libris conuerterem
dis præstiti quod potui, ac spero meam operam studiosis
non ingratiā fore: Ceterum cum ignorem quo consi-
lio ille in declaranda suæ translationis præstantia vsu-
rus fuerit, mihi placuit exemplaris Græci diuersitates,
ut ab illo accepi, ad calcem versionis meæ subiicere: par-
tim, ut lectori fidei meæ constet ratio, partim, ut ex
his paucis colligat studiosus, quantum lucis ad verita-
tē toto opere Christophersonus attulerit: Hoc igitur quic-
quid est opellæ meæ Reuerende Pater, gratitudinis er-
go tibi dedicare placuit, non solum, quod hys te non dis-
ficilè præbueris, qui me ignotum tibi commendarunt,
verū etiam quod instructissimę Bibliothecæ tuæ copiam
mihi tā benignè feceris: sed te quidē studiosis libèter bene-
facere minus mirum est. Cui ut natura ad humanitatem
propēsa, ita etiā professionis institutum diligētius cōiigit.
Fuit enim hoc vestrō ordini ab ipso inde Benedicto quasi
patrium, ut in propaganda literarū studia velut in pos-
sessionem suam assidue præ ceteris incumberet. Quod
quidē, si nō aliunde, vel ex conuentus vestrī historiis a-
bunde patet, in quo vno doctissimi viri pæne infiniti
clamerunt, & supersunt etiānum hodie nō pauci, inter
quos estis, qui te proximo dignitatis gradu consequitur
cenabij

tēnobij tui prior dignissimus frater Iohannes à Passē-
 ra, cuius eruditissimi commentarj in Psalmos dauidicos
 magno pietatis fructu omnium manibus teruntur. Tu
 igitur quod ad te attinet, ut monasticā disciplinā more
 maiorū ratā conseruas, ita etiā prospicis, ut non solū fra-
 tres tui sint quā eruditissimi, sed etiam, ut veterū scri-
 ptorum codices antiqui, quorum magna apud te est co-
 pia, ad promouendam Remp. literariā eruditio enolūcā
 concedantur, eaq; de causa eruditissimū piētissimūq;
 virū Fr. Ludouicum Sonbecum Bibliothecā tuā prae-
 sētum constituisi, qui pro singulari prudentia atq; diligē-
 tia sua iū codices ipsos in ordinē redigere, tū quid cuiq;
 vel negādū vel cōcedēdū sit, pro cuiusq; dignitate dijudi-
 care potest. Cum itaq; ex vsu Bibliothecę tuā tātum emō-
 lumētū ad studia mea redundarit, quantum fauēte Deo
 humanioris literaturę in crementum breui publicē decla-
 rabit, hoc meæ erga te gratitudinis qualescunq; testimo-
 nium extare volui. Nō quidē, ut eo me liberatum, sed ut
 ad maiora deinceps præstanda tibi obstrictum esse decla-
 rarē. Cuius promissi mei spōsor, ut i cōfido, esse nō graua-
 bitur idē, qui me tibi cōmendare dignatus est amplissi-
 mus vir ac Reuerendus in Christo pater D. Philippus
 Hosdenius, S. Gertrudis Abbas Louanij, & eiusdē vni-
 uersitatis Conseruator dignissimus, mi suo merito sem-
 per obseruādus: Ea cōditione si boni consulueris id quod
 offero, erit cur magnopere gaudeā. Deus Opt. Max. Am-
 plitudinē tuam semper in maius ac melius augere digne-
 tur: Louanij pridie Calendas Iunij Anno. 1567.

Tuæ Amplitudi. famulus deditis.
 Suffridus Petrus Leouardiensis
 Friisus.

HER-

HERMIAE SO-

ZOMENI ECCLESIA-

STICAE HISTORIAE LI-

BER SEPTIMVS.

SVFFRIDO PETRO LEOVAR-
 diensi Friisio Interprete.

Quo modo Romanis Barbarorū incurſu pericli-
 rantibus Mauia ſuppētiās miſerit, & quidam
 ex plebe victoriam reportarint. item quomodo
 iuſſerit ſuam vnicuique religionem eſſe liberā.

CAPVT I.



Alentem igitur, ad hunc modum ex-
 tingui contigit: Barbari porro victo-
 ria elati Thraciam vniuersam depopu-
 lati sunt, & in ipsa demum subur-
 bia Constantinopolis incurſiones
 fecerunt: Rebus tū in discrimen ad-
 ductis ingenti præſidio fuere, primū
 pauci quidam ex cōfoederatis Sara-
 cenis à Mauia ſubmiſſi, deinde & ex ipſo populo cōplu-
 rimi: Hi enim, quia Dominica Valētis vxor ipſis ex gario
 certum ſtipendium perſoluebat, ut quiſque poterat, arma-
 ti obuiam hoſtibus ierunt, eoſq; factō impetu procul ab
 vrbe fugauerūt: Gratianus interim vnā cum fratre vniuer-
 ſum Romanorum Imperium adeptus, cum patri ſententi-
 am non probaret, quā ille pertinaciter iſtoſ erat perſecutus,
 qui in religione ab ipſo diſſenſerant, omnibus ijs, qui
 illo viuente Religionis ergo in exilium pulſi fuerant, redi-
 tum conceſſit, legemque tulit, ut quiſque liberē quam-
 cunque Religionem, quemcunque Coertū veller, ſectare-
 tur. exceptis Manichæis Photinianiſ & Eunomianiſ.

X

Quo

Quomodo Gratianus Theodosium natione Hispanum Imperij consortem sibi adoptarit, & quomodo Orientales ecclesias vniuersas, excepta Hierosolymitana, Hæresis Ariana occuparit. Tum de synodo apud Antiochiam Caria congregata: & de Primatus constitutione tunc facta.

CAPVT II.

DEinde cum perpèdisset sui esse officij, Barbaros, Istri accolos, qui Thracas & Illyrios infestabāt vindicare. simulq; cogitasset, esse necessarium, subditis suis ad Occidentē suis subuenire, presertim Alamānis ibi Gallos affligentibus, imperij consortē Theodosium Sirmij fecit, ex Iberis Pyrenæos montes accolentibus oriundū, Cū domi nobilem, tum rebus in bello sepius preclare geſſit illustrē, adeo vt & antequam ad imperiū adſciſceretur, subditorum suffragiis idoneus Principatui iudicatus fuerit: Interim verò adhuc ecclesias Orientales, Hierosolymitana excepta, tenebant Ariani: At Macedoniani, cum cæteri, tum ij maximè, qui debebant Constantinopoli, post inita cum Liberio pacta nō magnopere contendebant cum his, qui Nicæni concilii decreta probabant. Quin etiam oppidatim cum ijs, quasi cum eiusdem opinionis ſectatoribus commercia cōſuetudinēq; colebant: At verò post legē à Gratiano promulgatā arrepta impunitatis occasione, non nulli Episcopi eius ſectæ inuaſerunt ecclesias, quibus sub Valente fuerant exclusi: Atque apud Antiochiam Caria congregati decreuerūt, filiū, nō ὁμοούσιον, hoc est, cōſubſtantialem, Sed ὁμοούσιον, id est, ſubſtantia conſimilem Patri, ſicut antea vocarāt, eſſe nuncupandum: Ex eo tempore alij ſegregati priuata cōuenticula fouebāt, alij damnata iſtorū qui id ſtatuertant cōtentione atq; pugna, ab ijs deſecerunt, & conſtantius adhæſerunt illis, qui fidem à Nicæno Concilio præſcriptam profitebantur: Cæterum inter illos episcopos, qui tum promulgata Gratiani lege ab exilio reuerſi ſunt, quo imperante Valente fuerant affecti, extiterunt, qui primatum non affectarent, quin potius ei cōcordiam populi præferrent, & Ariana ſectæ doctores ob-

testarentur.

testaretur, ne ſe deſererent, neue diſſenſionibus eccleſiam diuellerent, quam vnica à Deo & Apoſtolis tradita pertinacia & ambitio in multas diſtraheret: Huius quidem ſtudij & Eulalius fuit Amaſiæ in Ponto Episcopus. Fertur enim poſt reditum offendiſſe quendam alium ex Ariani Episcopum præfectum eccleſiæ ſuæ, eſſe autem in vniuerſum, qui huic auſcultarent, ne quinquaginta quidem: ſollicitus tamē de ſarciēda inter omnes vnione, vltro obſecraſſe, vt is primatum obtineret, & conimuni opera eccleſiam gubernaret, quo primatum ipſum haberet quaſi præmium ſeruata concordia: Verum ille vt huic nō obtemperauit, ita ne paucis quidem iſtis, quos habebat, diu præſuturus erat, vt pote quod & hi ſe reliquis coniunxerint.

De his qui propter ſanctum Meletium & Paulinum Antiochienses Episcopos contenderint. & de Iureiurando propter episcopale ſedem factō.

CAPVT III.

EAdem tempeſtate cum & Meletius ex dictæ legis vigore Antiochiam Syriæ reuerſus eſſet, mirā quædam in populo ſuborta eſt contēſio. Etenim ſuperſtite adhuc Paulino, quem Valens Imperator ob pietatem (ſicuti diximus) reuerſus, exilio mulctare non auſus fuerat, erant qui Meletium illi in Episcopali ſede vellent eſſe conſortē: His dum Paulini fautores refragantur, & Meletij ordinationem, vt per Episcopos Arianos factam, criminantur, qui pro Meletio ſtabant, vi perfecerunt id, quod ſtuduerant: Etenim cum multitudine eſſent non contemnenda, in vna quadam Eccleſia ſuburbana, in Episcopali ſolio illū collocarūt: Tumultuantibus igitur vtrinq; factionibus cū præſens expectaretur ſeditio, admirabile quoddam cōciliū obtinuit, vt ad cōcordiā reducerentur: Sic enim hinc inde conueniūt eſt, vt iureiurādo illos adſtringeret, qui vel ad Episcopatū inibi adminiſtrandū habebāt idonei, vel in eius expectatione eſſent, (qui omnes præter Flavianum numero quinque erant) quod neq; abituri ſint, neq; electio ne facta ſuſcepturi Episcopatū iſtum, quàm diu vel Paulinus, vel Meletius in viuus eſſet, quin etiam conſeſſuri ſint, vt alterutro eorū mortuo alter episcopatū ſolus obtineat:

X ij Iureiu-

SOZOMENI HISTOR.

Iure iurando igitur in has conditiones dato, vniuersa ferme plebs ad concordiam redijt, paucis aliquot, inter quos Lucifer erat, adhuc obluſtantibus, ob id, quod Meletius à diuerſe ſectę fauoribus ordinatus eſſet. His rebus ita per actis, Meletius Cōſtātinopolim cōceſſit, quo tempore & alij Episcopis eodē congregatis neceſſarium viſum eſt, vt Gregorius Nazianzo Cōſtātinopolim traduceretur, eiuſq; vr̄bis Episcopatus illi committeretur.

De imperio Theodoſij magni, & quo modo per Aſcholiū Teſſalonice episcopum ſacro Baptiſmate tinctus ſit, & quid aduerſus illos decreuerit, qui ex præſcripto Concilij Nicęni Religionem non propagarent. CAPVT IIII.

SVb hoc tēpus Gratianus, Alamānis Galatas occidentales adhuc inſeſtātibus, ad paternā imperij ſortē reuertus eſt, quā ipſi ſratriq; ipſius gubernandam reliquerat, cū prius Illyrios & Oriētis imperiū Theodoſio cōmiſiſſet: Res autē illi ex voto cōtra Alamannos, vt & Theodoſio cōtra Iltrū accolētes Barbaros confecta eſt. Illos enim bello ſubegit, hos in amicitia populi Romani ſupplices recepit, à quibus acceptis obſidibus firmata pace Theſſaloniam venit. Ibi morbo correptus, cū per Aſcholiū eius vr̄bis Episcopum fidei myſteria edoctus eſſet, Chriſto iniatus fuit, & conualuit: Ille enim cui id auitum erat, vt ſecundum Nicęni Concilij præſcripta Chriſtum coleret, Aſcholio delectabatur, qui hanc doctrinam tueretur: gaudebatq; tū ſibi adiutorem contigiſſe bonum, & plane (vt numero dicā) ad quamuis officij ſacerdotalis functionem accommodatū: gaudebat etiā Illyrios vniuerſos ab Arriano dogmate eſſe ſynceros: Sciſcitatus porrō de cæteris nationibus, cōperit ad Macedoniā vſq; inter ſeſe eccleſias cōſeſſere, & oēs ex æquo cū Patre deū verbū & ſpiritū ſanctū venerari, Reliquas deinceps illinc Orientē verſus oēs tumultuari, ita vt populus in varias ſectas diſtraheretur, maximē autē Cōſtātinopoli: Cōſiderās igitur fore conſulnus, vt ipſe prius ſuam de Religionē cōſeſſio nē ſubditis ſuis

ECCLESIAST. LIB. VII. 169

ſuis ederet, ne opprimere videretur eos, ſi repente, religionem ſuſcipiendā præciperet, nulla lege circunſcriptā, legē ex vr̄be Theſſalonica populo Cōſtātinopolitano irrogauit: Conſiderabat enim iſtinc velut ex arce totius imperij etiam, reliquis vr̄bibus breui tempore notum fore ſcriptum ſuum. Eo autem declarabat, ſe velle, vt vniuerſi ſubditi eam religionem amplecterentur, quam Petrus apoſtolorum princeps Romanis ab initio tradidiſſet, quamq; tum temporis Damafus Romę, & Petrus Alexandria episcopopus cōſeruarent, & vt illorum duntaxat eccleſia diceretur catholica, qui Trinitatem diuinam equali honore colerent, qui diuerſum ſentirent, eos hæreticos appellari, inſteſtabiles eſſe, ac ſupplicio aſfici.

De Gregorio Theologo, & quōd illi eccleſias tradiderit Theodoſius eiectō Demophilo & iis, qui filium Patri conſubſtantiale non eſſe docent. CAP. V.

HAc lege lata, non multō poſt Cōſtātinopolim venit: Tenebant autem illic adhuc eccleſias Arij ſeſtatores, quibus præerat Demophilus: Gregorius verō Nazianzenus præſidebat ijs, qui Trinitatē cōſubſtantiale profitebantur. Is in exigua quadam cellula cœtum ſuum colligebat, quæ per quōſdam ſuæ fidei homines tum ipſi, tum ijs qui conſimilem religionem amplectebātur, in domum præcatoriam conſtructa erat. Sed eadem poſtea templum vr̄bis effecta fuit præ cæteris illuſtre, eſtque non ſolum ſtructuræ elegantia & maiestate, ſed & euidenti quoque diuinæ apparitionis vtilitate conſpicuum. Etenim diuina vis manifeſtè hic apparens, tum per ſe, tum per ſomnium ſæpe, multis, qui & morbis & varijs rerum caſibus aſſigebantur opem tulit. Creditum autem eſt, hanc eſſe ſacram virginem Mariam Chriſti matrem. In huius enim honorem templum extructum conſpicitur. Porrō hanc eccleſiam Anaſtaſian appellant (quod nomē reſurrectionē ſignificat): ob id vt ego quidem puto, quōd Nicęni concilij dogma Cōſtātinopoli per diuerſa docentiū potētia collapſum iam atq; (vt ita dicam) inter mortuum, per Gre

gorii prædicationem hic resuscitatum sit ac reuixerit. Seu potius (vt à quibusdam audiui, qui se re veram referre aſſeuerabāt) q̄ cōgregato ad cōcionē populo grauida mulier ē sublimi porticu delapsa hic expuruit, eadēq; factis super ipsa cōmunibus omniū præcibus reuixerit, & vnā cū fœtu saluata sit. Ideoque ex miraculo diuinitus edito deinceps istā appellationē locus ille sortitus fuerit. Atq; hac quidē de re eiusmodi rumor etiā hactenus durat: Imperator autē per nunciū Demophilo præcepit, vt aut ex Nicæni concilij decreto Religionē propagaret, & populū ad concordia reduceret, aut ecclesijs excederet. Ille verò conuocato populo, mandatū imperatoris exposuit, & in posterū diē se extra urbē concionaturum significauit. quandoquidem inquit diuina lex iubet, vt si vos ex hac urbe pellant, fugiatis in aliam. Hæc cum præfatus esset, deinceps extra urbē concionatus fuit, & vnā cum eo Lucius, qui ab Arrianis quondam Alexandrinæ ecclesiæ præfectus fuit, qui expulsus, exul, vt dictum est, Constantinopolim cōcessit, ibiq; moratus fuit: Postquam igitur ecclesiam Demophilus reliquisset, ingressus Imperator preces fudit, & ex eo tempore qui consubstantialē trinitatem profitebantur, tēpla recularunt. Erat autem hic annus, quo Gratianus quintum, Theodosius primum, Consi fuerunt, quadragésimus scilicet, ex quo Arriani ecclesias occupant.

*De Arrianis, & item de Eunomio tum florente,
& de libertate sancti Amphilochoj, qua ille
in oratione ad imperatorem vsus est.*

CAPVT VI.

ADhuc autem isti, quia numero pollebant, Constantij atque Valentis præiudicio freti, securius conueniebant, ac de deo eiusq; essentia publicè disputabāt, & vt imperatoris animum pertentarent, eos subornabant, quos in aula suā se s̄e fautores habebant. Rebantur enim se obtenturos id quod proposuerant, cum ea considerarēt, quæ sub Constantio acciderāt. Quæ quidē res & ecclesiæ catholice s̄catoribus formidinē ac sollicitudinē incusse-
rat, qui tamen nō minimè & hinc metuebāt, q̄ cōsiderarēt quan-

quantū esset Eunomij in disputando acumē: Hic enim nō multo ante ob controuersia, quā cum clericis suis imperāte adhuc Valēte Cyzici habuerat, ab Arrianis discessione facta priuatus agebat in Bithynia è regione Constantinopolis, ac frequēs ad eū populus traiciebat, multiq; aliunde confluēbant, partim vt illum pertentaret, partim vt eius doctrinā cognoscerēt: Huius rei fama ad Imperatorē quoq; permanarat, qui iam cōueniendi eius desiderio tenebatur: Caterū Imperatrix Placilla eū studiosè deprecando cohibuit. Nam cū Nicæni concilij doctrinā ipsa fidelissimè conseruaret metuebat, ne, quod consentaneum videbatur, maritus colloquio circūuentus in illius sententiā deslecteret: Vigente autē adhuc vtrinq; huiusce contentionis studio, episcopis iis, qui Constantinopoli versabantur, palatiū imperatoris salutādi gratia (vt moris erat) frequentatibus, etiā senex quidā, cum his vnā venisse dicitur, ignobilis oppidi sacerdos, simplex ac nullo rerum vsu tritus, sed in diuinis apprimè cordatus: Cum autem ceteri candidè admoldū ac religiosè imperatorē consalutassent, etiā sacerdos senex ipsum cōsimiliter salutauit, filio verò Imperatoris qui patri assidebat, æqualē honorē nō exhibuit, sed propius accedens veluti puero, salūe inquit fili, simulq; caput illi digito demulcebat. Commotus igitur ira Imperator, & quasi ob iniuriā filio factam indignatus, quem ille non æqualiter honorasset cum patre, foras exturbari cū contumelia senem iussit: Ille verò cū raptaretur, conuersus, ad hunc inquit modū Imperator existima, & celestem quoq; patrem excandescere in eos, qui filium cum patre non æqualiter honorant, & genitore inferiorē nuncupare audent: delectatus hoc dicto Imperator, senē reuocat, & veniam precatus verè illum locutum esse confitetur. Firmior itaq; factus, eos, qui ab hoc diuersum sentirent non admisit, contiones etiam & conuentiones in foro haberi vetuit, & vt de essentia ac natura Dei solito more disputare tutū deinceps nō esset, effecit, lata in eā rem lege & cōstituta pœna.

*De secundo vniuersali Concilio, vnde, &
quam ob causam conuocatum sit, & de
recusatione Gregorij Theologi.*

BReui deinde Cōcilium Episcoporum sibi consentiētium conuocauit . partim vt Nicæni concilii decreta confirmarentur , partim vt ordinaretur aliquis , qui Constantinopolitanæ sedis episcopatum administraret . partim etiam quod existimaret eos , qui Macedoniani appellantur , cum ecclesia catholica posse conciliari : Nam & hos quoque , vt qui grauius admodum , quantum ad huius quidem doctrinæ quæstionem attinet , à catholicis dissiderent , conuocauit : Conuenerunt igitur ex his , qui Trinitatem consubstantialem profitebantur , circiter centum & quinquaginta , ex ijs qui Macedonij sectabantur hæresim , sex ac triginta , quorum plurimi ex ciuitatibus ad Hælespontum situs erant : His præerant Eleusius Cyzici , & Marcianus Lampfaci Episcopus : cæteris verò Timotheus Alexandrinæ sedis antistes , nō ita pridem defuncto fratri suo Petro successus , & Meletius Antiochiæ episcopus , qui nuper admodum Constantinopolim ob Gregorii ordinationem venerat , & Cyrillus episcopus Hierosolymorum ductus tum pœnitentia , q̄ antea Macedonianæ opinionis sectator extitisset : Cum his autem erant Aschonijs Thessalonicensis , & Diodorus Tharsensis , & Acacius Bercæensis : qui quidem omnes cum decreti in Nicæno concilio cōfirmati approbatores essent , eos qui cum Eleusio erant obtestābatur , vt suæ sententiæ subscriberent , in memoriam illis redigentes ea , quæ ad Liberium per legatos Eustachium Sylyanum , ac Theophilum scripserunt , & cōtestati essent , vt diximus : Cæterum illi , cum se nunquam filium patri cōsubstantialem asserturos palam affirmassent , quamuis diuersa confessioni suæ apud Liberium factæ dicerent , recesserunt , & eos qui in vrbe secum sentiebant , scripto monuerunt , ne concilii Nicæni decretis subscriberent : Reliqui ergo Constantinopoli remanentes consultabant , cui nam potissimum istius vrbs cathedra committeretur . Dicitur autem imperator Gregorium ob vitam atque doctrinam admiratus dignum sensuisse hoc præsulatu , eiusq̄ iudicium concilij quoq̄ partem maximā , quæ integritatem viri suspiceret , approbasse . Ipsum etiam Gregorium

gorium ab initio statuisse primatum ecclesiæ Constantinopolitanæ suscipere , sed postquam sensisset , quosdam , præsertim ex Aegyptijs esse refragaturos , fuisse auersatū : Proinde mihi cum in omnibus aliis hunc sapientissimum virum , tum in præsentī hoc negotio non minimè mirari subit : neque enim propter eloquentiam saltu intumuit , neque inanis gloriæ causa principatum affectauit eius ecclesiæ , quam ipse susceperat tum , quum interitus periculo illa laboraret . Siquidem repositibus episcopis depositū reddidit , nihil de multis laboribus suis , nihil de periculis conuestus quæ sustinuit , dum comminus pugnatet cum scētis . Atqui dolere nulli poterat illum manere Constantinopolis episcopum , quia alius ibi tum non erat . præsertim cum etiam Nazianzi alius episcopus ordinatus esset : Nihilominus tamen synodus & patrias leges , & ecclesiasticā ordinationem obseruans , quod dederat , à volente recepit , nihil reuerita viri tanti prærogatiuam : Quanquam autem Imperatori ac sacerdotibus ista consultatio velut ob rem maximi momenti suscepta vnice cordi esset , insuperque mandaret imperator , vt diligens fieret inquisitio , quo vir inueniretur quàm maximè probus & integer , cui amplissimæ ac regis vrbs summum sacerdotium concedi oporteret , Synodus tamen idem propositum non habuit , singuli enim ex necessariis suis aliquem cupiebant ordinari .

De electione Nectarij in episcopum Constantinopolitanum , & cuius fuerit , & quibus moribus . CAPVT VIII.

EO tempore Nectarius quidam Tarsensis è Cilicia splendidissimo senatorii ordinis gradu ortus , Constantinopoli morabatur : Is iam accinctus ad iter in patriam , Diodorū Tarsi episcopum conuenit , vt literas peteret si quas ille scribere vellet : Meditabatur autem Diodorus tum fortè secum , quēnam potissimum ipse ad electionem tam feriam proponere deberet , & intuitus Nectarium , dignum episcopatu censuit , ei que statim tota mente addictus fuit , cum propter caniciem viri , & vultum sacerdote dignum , tum propter suauitatem morum . Itaque velut aliud agens cum ad Antiochiæ episcopum adduxit ,

commendauit, & vt illi studeret hortatus est. Hic verò, in negotio serio, ad quod multi viri spectatissimi suffragijs expeterentur risit votum Diodori: Nihilominus tamen accitum ad se Nectarium paulisper adhuc manere iussit: Non multo post, cum sacerdotibus nomina eorum, quos ad ordinatione dignos iudicabant, chartæ inscribere Imperator iussisset, ac fibi ipsi ex omnibus ijs, vnius electionem referuasset, alij alios in album retulerunt. quare & Antiochenæ ecclesiæ præful inscripsit ipse quoque quos voluit, quibus omnibus vltimo loco & Nectarium adiecit in gratiam Diodori. Imperator igitur perlecto inscriptorum catalogo, substitit in Nectario, & intendens mentis aciem secum tacite consultabat, impresso vltimæ nomenclaturæ digito, rursusque ad caput egressus cunctos ordine percurrit, ac Nectarium deligit: hoc factum admirantur omnes, ac sciscitantur, quis nam esset iste Nectarius, & quod sectaretur institutum vitæ, & vnde esset. Cognito autem, hominem ne baptizatum quidem esse, multo etiam minus magis admirati sunt insolentiam iudicij in Imperatore. Ignorabat autem id opinor etiam Diodorus, neque enim ausus fuisset sciens, nondum baptizato dare suffragium sacerdotij, sed vt cõsentaneum est, quia canus erat, putauit eum iam olim fuisse baptizatum: facta verò hæc sunt non sine providentia diuina, cum & Imperator postquam baptisimatis expertem intellexisset, in eadẽ sententia persisteret, multis sacerdotibus reluctantibus: Postq̃ igitur omnes cesserunt, & in Imperatoris calculum consenserunt, baptizatus fuit, & sacri baptismatis conuenienti habitu etiamnum indutus, communi Synodi suffragio Constantinopolis Episcopus declaratus est: Hæc ita gesta esse multi crediderunt præmonito diuinitus Imperatore, quod quidem vtrumue verum sit nec ne, ego non excutio, mihi tamẽ persuadeo absque nutu diuino nihil accidisse, quod euenit, dum & ad electionis ipsius miraculum respicio, & ea quæ hinc sunt consecuta considero, quo modo ad mansuetissimum & bonum & honestum virum Deus huiusce sacerdotij functionem trãstulerit: Et quod quidem ad Nectarij ordinatione attinet, ita se res habuit, quantum ego intellexi:

Quibus

Quibus de rebus in secundo vniuersali Concilio statutum fuerit, & de Maximo, Philosopho Cynico. CAPVT IX.

Post hæc habito conuentu ipse Nectarius & alij sacerdotes, Nicæni concilij fidẽ ratam esse habendã, & vniuersam hæresin abrogandã censuerunt. cum vt omnes vbiq; ecclesiæ secundum veteres canones gubernarentur, vtque Episcopi proprijs ecclesijs suis præsiderent, neque extraneas temere inuaderent, neque se priuatorum tacitis electionibus expectantibus committerent, sicut antea sæpe contigerat, dum persecutioni subiaceret ecclesia catholica: præterea quæ in vnaquaque cuiusque nationis Synodo cõstituerentur, vt ea quàm rectissima apparerẽt, ordinaret ac faceret. Ad hæc vt post Romanum Episcopum Constantinopolitanus prærogatiuam dignitatis obtineret, vt pote qui nouæ Romæ sedem gubernet. Iam enim non modò hanc appellationem vrbs ea adepta erat, senatque & ordinibus ac magistratibus consimiliter utebatur, verum & insignia quoque eadem Romano ritu præferere, & Iura pariter atque honores vtrimque in omnibus congruebant. Denique Maximum neque fuisse neque esse Episcopum, neque clericos eos, qui ab ipso ordinati essent. Insuperque omnia quæ vel ab ipso, vel ipsius nomine facta erant, irrita esse decreuerunt: Hunc enim natione Alexandriensem, professione Philosophum Cynicũ, sed doctrinẽ in Nicæno Concilio comprobata studiosum furtiuam electione Constantinopolis episcopum constituerant ij, qui tunc ex Agypto conuenerant. Atque hæc quidem ad huc modum Synodo placuerunt, quibus suum suffragium Imperator adiecit, legemque addidit, vt rata haberetur fides Concilij Nicæni, vtque Ecclesiæ vbiuis gentium collectæ, illis committerentur, qui in substantijs trium personarum, eadem dignitate eademque potentia præditarũ, vnam & eandẽ confitentur diuinitatẽ, patris & filij & spiritus sancti: Hos porro esse, qui congruerent in fide cum Nectario Constantinopoli, in Agypto cum Timotheo Alexandria episcopo, in orientalibus ecclesijs cum Diodoro Tharsensi, & cum Pælagio Laodicensi, in Syria

Epi-

episcopo, apud Asianos cum Amphilochio Iconiensis ecclesie presule, in ciuitatibus vero Ponti à Bithynia usque ad Armeniam cum Helladio Caesariensis in Cappadocia ecclesie episcopo, & cum Gregorio Nyse, & Otreino Melite episcopo, in Thracie autem Scythique urbibus cum Terentio Tomorum, & Martyrio Marcianopolis Episcopo: Hos enim & Imperator quoque visos & coram allocutus approbavit, de quibus & integra constabat fama quod suis ecclesiis religiose praesentent: Postquam igitur haec ita peracta essent, finemque concilium cepisset, caeteri quidem domum quisque reuersi sunt.

De Martyrio Cylice, & de translatione reliquiarum sanctorum Pauli confessoris & Meletii Antiochia Episcopi.

CAPVT X.

Nestarius autem praepositor Cyriaco Adanorum episcopo officium sacerdotale didicit: cum hoc enim ipso, ut secum aliquamdiu maneret, Diodorum Tharsensem episcopum rogauerat: Inuitauerat & alios multos Cilicas ut secum morarentur, ex quibus & Martyrium, quem ut medicum familiarem, ita commissorum in iuuentute delictorum conscium habuerat, Diaconum ordinare cogitabat: ceterum Martyrius id auersatus est, indignum se esse ministerio diuino asseuerans, actaque sibi antea vitae testem Nestarium ipsum citans. Cui Nestarius, nunquid ego, inquit, idem, qui nunc sacerdos sum, vitam meam hactenus multo magis dissolutè traduxi, quam tuam, cum vel tu ipse id testari possis, qui frequenti intemperantiae meae, opem persaepe tulisti, tum ille vicissim, atqui tu o Beate recens baptizatus ac purificatus, & mox in super sacerdotio auctus es, utraque autem haec peccatorum expiatoria esse Deus constituit. Ac proinde, ut mihi quidem videris, tu ab infantibus iam recens natis nihil differis. Ego vero iam olim sacri Baptismatis factus princeps, in usu vitae meae semper antiquum obtinui: Atque ille quidem talia causatus ordinationem non admisit: & sane ego quidem ob eam recusatationem hunc virum laudo, eaque

eaque de causa eum in partem huiusce historiae retuli: Porro imperator ubi cognouisset ea, quae Paulo, quondam Constantinopolis episcopo acciderant, transtulit eius corpus & in ecclesia sepeliuit, quam Macedonius eius persecutor extruxerat, quaeque adhuc de ipsius nomine nomen seruat augustissima exaltans aedes, & nobilissima: quae res multos veritatis ignaros, velut & mulierculas, & è plebe complures, suspicari facit Paulum apostolum hic esse conditum: circa idem tempus & Meletii reliquiae Antiochiam translatae, & iuxta loculum Babilae Martyris conditae fuerunt: fertur autem eas Regia continuè via ex Imperatoris mandato intra moenia in ciuitates fuisse receptas, praeter consuetudinem Romanis visitatam, & alternatis psalmodum cantibus vnoquoque in loco honoratas, donec Antiochiam usque transportarentur.

De ordinatione Flauiani episcopi Antiochia, & illius quae huius nomine acciderunt, propter datum olim iusiurandum.

CAPVT XI.

AC Meletius quidem talem ibi sepulturam sortitus est: eligitur vero in illius locum Flavianus, praeter datum iusiurandum: adhuc enim Paulinus in viuis erat. ex eo igitur maxima rursus perturbatio Antiochenam ecclesiam corripuit, ac plurimi se à Flauiani communionem abstraxerunt, & priuatim sub Paulino coeuentu egerunt: Quin & ipsi quoque sacerdotes ob hanc rem inter sese contendentibus: atque Aegyptij quidem & Arabici & Cyprij velut ob Paulinum iniuria affectu stomachabantur: Syri vero Palaestini & Phoenices, tum etiam ex Armenijs, ex Cappadocibus, ex Galatis, & ex Ponticis plurimi pro Flauiano stabant: Non minime autem indignatus fuit episcopus Romanus, & cum eo cuncti sacerdotes occidentales, ac Paulino quidem ceu Antiochia episcopo consuetas scribebant epistolas, quas Synodales appellant. ad Flavianum vero silentium agebant. Quin & Diodorum Tharsi & Acacium Beroeae episcopos, qui illum ordinarant, reos agebant, & pro excumunicatis habebant. Itaque ut de hisce rebus cognosceratur, scripserunt, tum ipsi, tum Gratianus imperator in occidentem conuocantes episcopos orientales.

Quod

SOZOMENI HISTOR.

Quòd Theodosius Concilium agitauerit, vt omnes hereses in vnam concordiam redigeretur de Agelio & Sicinnio, Nouatianis, quid introduxerint. & quòd Concilio rursus conuocato, Imperator solos eos receperit, qui Trinitatem consubstantialem profitebantur, qui aliter sentirent ecclesiis extirbarit.

CAPVT XII.

HOC temporis tractu Ecclesiæ Catholice fautoribus templa recuperantibus in multis imperij locis tu multus oborti sunt, quòd Arriani se illis opponeret. Theodosius verò Imperator exiguo post priorem Synodum intermisso tēpore, vigentium tunc sectarum antesignanos rursus conuocauit. vt aut discerent aut docerent eorum veritatem, de quibus inter sese contendebant: Sperabat enim se omnes effecturum esse concordēs, si communem ipsis de controuersis doctrinæ disputationem proposuisset: Postquam igitur conuenissent (erat autem hic annus, quo Merobaudes iterum, & Saturninus consules erant, & quo Imperator Arcadium filium sibi imperij consortem assumpsit) Imperator Nectarium accessit, & cum eo de futura Synodo communicat, & quæstiones eas, quæ hæreses peperissent, vt in disceptationem proponeret, iniungit, quòd vna fieret credentium in Christum ecclesia, & doctrina consona, qua religio conformari debeat. Nectarius igitur priuatim secum meditatus, Agelio Nouatianæ Ecclesiæ episcopo, vt in fide secum sentienti, voluntatem Imperatoris aperuit: Ille verò, qui vt vitæ sanctimoniam operibus representabat, ita in verborum argutijs ac lenocinijs minimè exercitatus erat, sibi considerandum proponebat, si quid facti opus esset, sin verò disputandum foret: virum producebat ex lectoribus suis tunc vnum, nomine Syfinnium, sed cui postea idem episcopatus est commissus, ratione & oratione præstantem, qui sacrorum librorum

expla-

ECCLESIAST. LIB. VII. 174

explicationes exactè calleret, & variam eorum cognitionem haberet, quæ tum ab Ethnicis, tum ab Ecclesiasticis autoribus conscripta erant: Qui quidem vir etiam hoc articulo rectissimè consulere visus, auctor fuit, vt suggerent institutas cum sectariis disputationes, vt pote rixarum atque pugnarum fomites. Sed ex ipsis quærerent, reciperent ne eos, qui ante Ecclesiæ distractionem Interpretes ac Doctores fuissent scripturæ sacræ: Etenim si horum testimonia reiecerint, inquit, à suis ipsorum consortibus explodentur. Sin autem sufficere eos ad controuersias decidendas arbitrabuntur, produci oportet illorum libros: Certò enim sciebat, veteres, qui coæternum cum patre filium cognouerant, ausos non fuisse dicere, illum ex aliquo principio duxisse originem: Cum igitur & Nectario id se rectè habere videretur, & Imperator edoctus consilium collaudasset, animos sectariorum pertentabat, quidnam ipsi de veterum interpretationibus sentirent: Illis ea magnificè laudantibus, ipse palam verbis expressis proposuit, num illorum dictis in finiendis quæstionibus staturi sint? & fatisne locupletes doctrinæ testes eos esse iudicent? Orta & circa hanc quoque rem inter Sectarum principes dissensione (neque enim consimiliter singuli de veterum libris sentiebant) animaduertit Imperator, quòd nudis priuatarum opinionum altercationibus nixi, definitum aliquid pronunciare detrectarent: Quamobrem damnata hac illorum peruitacia, iussit vt vnaquæque secta doctrinæ suæ libellum ipsi porrigeret. Cum itaque huic negotio conficiendo præstitutus dies adesset, conuenerunt in palatium, pro ijs, qui consubstantialem trinitatem profitebantur. Nectarius & Agelius, pro Arriana hæresi Demophilus eius Antistes, pro Eunomianis ipse Eunomius, Eleustus autem Cyzici episcopus pro ijs, qui vocantur Macedoniani: Acceptis autem singulorum libellis solos eos approbavit, qui consubstantialem Trinitatem asseriebant, reliquos verò vt absurdos dirupit: Ac Nouatianis quidem hinc præter sententiam nihil accidit, siquidem conformem cum Ecclesiæ catholica opinionem

de Deo

de Deo habent: Cæteri verò suis ipsorum sacerdotibus indignabantur, quod coram Imperatore sibi ipsis infcitè fuissent aduersati. multiq; cæteris damnatis ad sententiã approbatam conuersi sunt: Imperator verò lege lata sanxit, vt sectarii neq; conuentus agerent, neq; doctrinam fidei profiterentur, neq; episcopos aut alios ordinarent, atq; vt alii vrbibus agrisque expellerentur, alii notarentur infamia, & Reipub. consimiliter ac cæteri participes non essent, & graues quidem legibus adscriberebar pœnas, sed eas non exequeretur, neq; enim vt pœnas irrogaret, sed vt metum incuteret subditis suis, studebat, vt sibi in diuinis concordēs fierent, siquidem & illos laudabat, qui sua sponte conuertebantur.

De Tyranno Maximo, & quæ illo grassante acta sint, inter Iustinã imperatricem et sanctũ Ambrosium, & quo modo per dolum interemptus sit imperator Gratianus, & Valentinianus vnã cõ matre Thessalonicam ab Theodosio confugerit.

CAPVT XIII.

EA tempestate dum Gratianus in bello contra Alemannos gerendo occupatus esset, bellum mouit ex Britannia Maximus, & in suam potestatem Romanũ imperium redigere conatus est: In Italia autem tunc agebat Valentinianus adhuc iuuenis: & Rẽp. ibidẽ. Præfectus administrabat Probus, vir cõsularis: Quo tempore Iustina imperatoris mater Arrianæ sectæ faulrix Ambrosio Mediolanensium episcopo negotium facebat, & ecclesias turbabat, noua tentans aduersus decreta concilii Nicœni, & studiose id agens, vt Ariminensis cõcilij fides præualeret. Cæterum cũ illi aduersaretur Ambrosius, indignata calurniatur eum apud filium, perinde ac si ab eo contumeliis affecta esset. Valentinianus igitur calurnias eas veras esse ratus, matris vindicandæ titulo militum turbam Ecclesiæ immitit, qui quidem factò in templum impetu per vim irumpit intro, & Ambrosium raptant euelligio in exilium abducturi

abducturi. Sed ab ecclesia circũfusa multitudo militibus restitit, & vel mori citius quàm sacerdotem deserere statuit: ex hac causa Iustina maiori etiamnum ira excanduit, & edicto roborari conatus suos voluit: Accito igitur ad se Beniulo, qui decretorum scribis tunc præfectus erat, mandauit vt legem quàm ocysimè conderet, in confirmationem fidei per Ariminensẽ concilium promulgatè: Quod quidem negotium cum ille verecundè detrectaret, (erat enim faulor ecclesiæ catholicæ) illa cum precibus vrgere & amplioris dignitatis promissionibus in escare pergit, sed tamen non persuasit. Nam Benioulos detractum sibi Baltheum ante pedes Imperatricis abiicit, ac dixit, sibi neque præsentem hanc, neque amplio rem aliam vllam dignitatem tanti fore, quàm in mercedem impietatis affectaret: Cũ itaque in eo peristeret, quod illud nõquam facturus esset, alij reperti sunt, qui ad huiusmodi legis compositionem deseruient. Mandabat verò lex ista, vt intrepidè cõuenirent, qui eandem sectarentur fidẽ, quã illi, qui Arimini, & postea Constantinopoli congregati fuerant, vtque illi, qui aut his ipsis obtitissent, aut Imperatoris legi contraria tentassent, morte mulctarentur: Hæc dum studet imperatoris mater, & legem ad vsum producere festinat, annunciaturo dolo Andragatij, qui dux erat Maximi, interemptum esse Gratianum: Ille enim Imperatorio curru, quo vehabatur, occultatus, ijs, qui præcedebant iniunxerat, vt vxorem imperatoris in eo esse nunciarent. Gratianus igitur fluuiũ, qui illic erat, inconsiderate transfessus, cum & matrimonium non ita pridem contraxisset, & iuuenis esset, ac miro coniugis amore flagraret, præ desiderio eius videndæ nihil prospiciens, in Andragathij manus incidit, & compræhensus non ita multo post è medio sublatus est. cum annos vixisset plus minus viginti quatuor, imperasset autem quindecim. Iustina igitanta accepta clade, iræ aduersus Ambrosium conceptæ oblita fuit. Interea Maximus contracto ex Britannis, & finitimis Gallis & Iberis, ac vicinis gentibus copiosissimo exercitu, in Italiam tendebat, eo quidem prætextu, quasi passurus non esset, vt in fide patriæ & ordine eccl. statuto quicquam innouaretur: vero autem proposito vt se ipsam

Tyrannidis existimatione purgaret, ad Principatum respiciens interim & hoc agitans, num qua ratione efficere posset, ut imperium Romanū non violentia sibi, sed iure vindicare videretur: Valentinianus ergo temporis necessitate coactus, Imperij sui insignia accepit, ac veritus, ne quid sibi accideret, fugiens Thesalonicam venit, & cum eo vnā tum mater, tum Probus Hyparchus.

De nativitate Honorij: & quod Theodosius relicto Arcadio filio Constantinopoli Imperatore, in Italiam profectus sit, & de successione Nouatianorum, & reliquorum Patriarcharum. & de audacia Arrianorum, & quo modo Theodosius sublato Tyranno magnificū triumphum egerit. CAP. XIII.

INterea temporis Theodosio sese ad bellū contra Maximum preparanti nascitur filius Honorius. Deinde cū omnia ipsi, quæ ad expeditionem necessaria fuerant, ritè confecta essent, relicto Constantinopoli Imperatore Arcadio filio, Valentinianum Thesalonicæ conuenit: Legatos autem à Maximo ad se misos, neq; remittebat manifestè neq; admittebat, sed assumpto exercitu in Italiam tendebat: Hoc tempore cum moriturus esset Agellius Constantinopoli Nouatianorū episcopus, suffragio suo suffecit sibi ex presbyteris suis vnum Sifinnium: conquerente autem plebe, quod non potius ordinasset Marcianum spectatæ pietatis virum, cōmodius se acturū ratus, Marcianum ordinauit, & in ecclesia ad populum hæc verba fecit, post me inquires Marcianum habetis, post hunc verò Sifinnium, atq; ille quidem non multo post q̄ hæc dixisset mortuus est, cum sectæ suæ quadraginta annis cū laude præfuisset. Sunt etiā qui hunc virum Græcanicarū persecutionum temporibus confessorum quoq; extitisse asseuerant: Non multo post Timotheo & Cyrillo vita defunctis, in Alexandrinam sedem Theophilus, in Hierosolymitanam Iohannes succedit. Apud Constantinopolim item Demophilus Arrianæ sectæ præses mortuus est, ac Ma-

ac Marino quidem ex Thracia accito eius successio committitur, sed postquam Dorotheus ex Antiochia Syriæ Constantinopolim aduenisset, quia is videbatur magis idoneus, eius sectæ primatum obtinuit: Interea temporis Theodosio in Italiam ingresso, rumores de bello pro cuiusque votis rati erant, inter Arrianos percrebuerat, quòd multis in prælio fufis Imperator in Tyranni potestaté redactus esset, ideoque perinde ac si euentu iam comprobata fuissent ea, quæ verbis ipsis parferant, cristas erexerunt, & concursu facto Nectarij episcopi domum succenderūt, id indignati, quòd ille primas teneret in ecclesiis: Atqui Imperatori alea belli ex voto cecidit: Etenim milites quos habebat Maximus, seu metu apparatus aduersus ipsos instructi, seu proditione, Tyrannum comprehensum de medio sustulerunt: Andragatius verò, qui Gratianum occiderat, vbi hoc factum cognouisset, vnā cum armis ipsis in præterfluentem fluuium insiluit ac periit: Bello ad hunc modum finito, vbi Gratianum deinceps, ut erat æquum, vindicasset, Romam venit, ac pro victoria Triumphum vnā cum Valentiniano egit, & ecclesiarum statum per Italiam rectè constituit. Contigerat enim, ut & Iustina moreretur.

De Flauiano & Euagrio Antiochiensibus, & de iis quæ Alexandria contigerunt in euerfione templi Serapidis, de templo Serapidis, & euerfis alijs templis Idolatricis. CAP. XV.

TVnc temporis Paulino Antiochiæ mortuo auditor eius Flavianum, ut, qui datum Meletij tempore iusiurandum transgressus esset, auersari pergebant, & quidē in dogmate nihil ab illo discrepantes. Constituitus ergo eorū episcopus Euagrius. Quo qdē breue admodū tempus superuiente, nemo alius hanc successione adimpleuit, obstāte Flauiano: Priuatos igitur cōuētus agitarūt, quotquot cōmunionē illius recusabāt. Per hoc tēpus Alexandria episcopus templū Bacchi, quod apud ipsos erat, in ecclesiam transformauit, dono enim illud ab Imperatore

petitum acceperat. Dum autem expurgantur simulachra, dum aperiuntur penetralia, cum ille oportunè deridere studeat mysteria paganorum, hæc ipsa pandebat, ac Priapos, & si quod aliud in secretis penetralibus ridiculū erat, aut videbatur, publicè in conspectum proferebat: Ibi & veritate & nouitate rei gestæ consternati Pagani quiescere non sustinuerunt, sed conspiratione inter sese facta Christianos adorti sunt, & aliis occisis, aliis vulneratis templū Serapidis occupant. Erat hoc templum & pulchritudine & amplitudine illustrissimū in colliculo situm: Hinc igitur velut ex arce quapiam de improviso irruentes ex Christianis multos comprehenderunt, ac tormentis adhibitis sacrificare cogerunt, quod qui facere detestabant, eorum alios in crucē egerunt, alios confractis cruribus, alios aliis modis sustulerunt: Cum autem ad multū tempus durasset hæc seditio, accedunt eos principes, ac legum commonefaciunt, & à bello cessare iubent, ac Serapidis templum relinquere: Præerat autem tunc militum cohortibus per Ægyptum Romanus: Cæterum Euagrius Hyparchus Alexandria præfectus erat: Qui quidem cum nihil proficerent, Imperatori factum indicarunt. Illos interim qui in templo Serapidis erant, animosiores faciebat, tum quod eorū scelerū quæ hæctenus perpetrarāt sibi cōscii essēt, tum quod Olympius quidam in habitu Philosophico cū ipsis esset, ac persuaderet, non oportere negligi ritus patrios, sed æquum esse vel mori pro his, si res postularet: qui quidem cum ob eiecta simulachra cōspiceret eos esse cōsternatos, hortatur ne à Religione sua deficerent, asserens imagines ac statuas nihil aliud esse, quàm materiam corruptibilem, ac proinde ad nihilum potuisse redigi. inhabitasse autem his virtutes quasdam, & eas iam in cælum auolasse: Atque ille quidem talia docēs, ac turbā Paganorū secum habens, in templo Serapidis morabatur: Imperator verò annuntiat his, quæ acta erant, Christianos eos, qui sublati erant, beatos pronunciauit, vt qui Martyrij præmium consecuti essent, pro doctrina sua periclitati: Interfectoibus autem veniam concedi iussit, vt accepti beneficii reuerentia promptius ad Christianismum conuerterentur. Cæterum templū, quæ Alexandria erant, quoniam seditionum fomites populo

populo existerent, euertere voluit: Fertur itaq; ijs, quæ ab Imperatore de hisce reb; rescripta fuerāt, in publico recitatis, magnos à Christianis clamores fuisse sublato, propterea, quod ille statim ab initio paganos culpæ argueret, & ex hinc metu correptos eos, qui templum Serapidis tenebāt, in fugam sese coniecisse: & ab eo tempore Christianos eū locum recuperatum obtinuisse: Olympius denique, vt audiui, non multò antea, cōcubio noctis eius, post quam superueniente die hæc transacta sunt, subaudiuit quendam in templo Serapidis Alleluia canentem, & quoniam foribus clausis, & constante quiete neminem conspiceret, sed solam tantummodo vocem audire eundem Psalmum modulantem, præ sagium intellexit, & clam omnibus templo Serapidis egressus est, & nauigium fortè nactus in Italiam traiecit: Fertur porò dum templum hoc expurgaretur, aliquid ex literis, quas Hieroglyphicas appellant, signo crucis similes lapidibus insculptas apparuisse, eandēq; scripturam illā ab his, qui eius periti erant, interpretatā fuisse, vitam superuenientē: Quam quidē ré multis paganis præbuisse causam suscipiendi Christianismi, cum & alia scripta testarentur hoc templum tum finem esse habiturum, cum hic character apparuisset: Ac templum quidem Serapidis hoc modo euersum, & non ita multò post in ecclesiam Imperatori Arcadio cognomine reformatū fuit: Adhuc autem in quibusdam ciuitatibus pro templis suis alacriter pagani dimicabant: Velut in Arabia Petræi & Aeropolitæ, in Palestina Raphiotæ & Gazæi. In Phœnicia ijs, qui Heliopolin incolunt. In Syria potissimum vindices templi Apamiæ, quæ colitur ad Axium fluuium: Quos quidē ego intellexi ad protectionem templorū suorū frequenter auxiliis vsos hominum Galilæorum & collectorum ex pagis Libano vicinis, ac demum ad tantam prorupisse audaciam, vt etiā Marcellū, qui eius provincie Episcopus erat, interficerent: Hic enim cū iudicaret, illos non alia ratione facilius à priori superstitione posse conuerti, templū, quæ in vrbe & in pagis habebant euertere, & certior factus, in Aulone (is est tractus Apameorum provincie) templum esse amplissimū, militibus aliquot ac gladiatoribus assumptis aduersus istud contendebat: Cui cum appropin-

quasset extra telorum iactum ipse restitit: erat enim pedibus debilis, & neque pugnare, neque hoste vel fugare vel fugere poterat. Militibus deinde ac gladiatoribus in destruendo templo occupatis, ex paganiis quidam, intellecto, quod ille ibi relictus esset solus, ea ex parte, qua locus pugna vacabat, egrediuntur, & ex improviso adorti, eum corripunt, & rogo iniectum interimunt. ac in presentia quidem clā id habuerunt. Sed postquam temporis progressu proditi sunt, filij Marcelli patrem vindicare studebāt. Quamquam Synodus eius gentis id fieri prohibuerit, æquū non esse censens, vindictam sumere de huiusmodi morte, pro qua gratias agere deceret, tū ipsum illum, qui mortuus erat, tū cognatos tū amicos eius: utpote, qui, ut pro Deo moreretur, dignus habitus esset. Atque hæc quidem ita se habuerunt.

Quomodo & quam ob causam exauthoratus sit sacerdos ille, qui pœnitentibus præesse solet. tum Historia de modo pœnitentiæ. CAP. XVI.

HOC tempore Presbyterum qui pœnitentibus deputatus esset esse non amplius passus est, omnium primus Nectarius ille Constantinopolitanæ ecclesiæ episcopus, quæ omnium ferme Ecclesiarum præsules imitati sunt: Quid autem hoc sit, aut unde originem sumpsit, aut quā ob causam sublatū fuerit, alij fortassis aliter referunt. Ego autem quid mihi videatur explicabo. Etenim cum prorsus non peccare naturæ sit humana diuiniore, pœnitentibus autem quamuis frequenter deliquissent, veniam dare Deus iusserit, & ad impetrandam denique veniam, confiteri peccata necessarium sit, odiosum, ut credibile est, sacerdotibus ab initio visum fuit, tanquam in Theatro audiente Ecclesiæ multitudine delicta pronunciare: Presbyterum itaque aliquem vitæ integritate quā maximè spectabilem, secretorum etiam tenacem ac Sapientem, huic officio præferunt, eum accedentes, qui peccarant, acta vitæ suæ confitebantur. Ille verò, pro cuiusque delicto, quid aut facere singulos, aut luere oporteret, interminatus, absoluebat, ut à se ipsi commissorum pœnas exigeret. At Nouatianis quidem, quos pœnitentiæ nulla cura tægit isto ni-

isto nihil opus fuit, in cæteris autem sectis, in hunc usque diem durat. Sollicitè autem in occidentalibus ecclesijs & maximè in Romana seruatur: Ibi enim manifestus est pœnitentium locus. stant autem in eo mœsti ac veluti lugentes, finito demum Dei sacrificio, participes non facti, quorum participes fieri puros Dei cultores fas erat, cum planctu ac lamentatione semet ipsos in terram pronos abijciunt. Tum ex aduerso lamentandus episcopus accurrens consimiliter humi cum eiulatu collabitur. Ac tota denique ecclesiæ multitudo lachrimis suffunditur. Post hæc episcopus primus exurgit, ac iacentes erigit, & quantum satis est, pro peccatoribus pœnitentiā agentibus præcatus, eos dimittit. Priuatim deinde sponte sua quisque vel ieiunij, vel lotionum ciborumque abstinentia, vel alijs quibus iustus est, semetipsum affligens, tempus expectat, in quantum episcopus præstituit. Elapso demum præfinito die, pœna iam, quasi debito quopiā, exoluta, à peccatis absoluitur, & populo in ecclesia coniungitur: Hæc Romani sacerdotes ab ipso inde exordio etiā ad nostram usque memoriam custodiunt: In ecclesia verò Constantinopolitana presbyter pœnitentibus deputatus hoc munere functus est, donec mulier quædam nobilis, ob peccata, quæ confessa erat, ab hoc presbytero ieiunare, ac Deo supplicare iussa, & ob eam ipsam causam in templo morata, se ab homine Diacono constupratam prodidisset: Hoc enim cognito vulgus ut ob cõtumeliā ecclesiæ illatā indignabatur. Acerbissimisque calumniis premebantur sacerdotes. Nectarius itaque perplexus quod nam remedium huic infortunio adhiberet, stupratorem istum Diaconatu priuauit, & consulentibus quibusdam, ut vnique liberum permetteret, prout sibi ipse conscius esset & consideret, ad Mysteriorum communionem accedere, pœnitentiarum illum presbyterum exauthorauit, quod quidem ex eo tempore porro in ritum vindicatum fuit, iam tum, ut opinor, ipsa vetustate, & ei coniuncta grauitate atque seueritate, in promiscuam ac dissolutam vitam paulatim delabi incipiente, siquidem antea, ut ego existimo, minora erant peccata, tum ob verecundiam eorum, qui sua ipsorum delicta ipsi enuntiabant, tum ob

seueritatem eorum, qui iudices eius rei constituti erant: Hac porro de causa Theodosium imperatorem e quidem conijcio, prouidentem ecclesie honori ac dignitati edicto cauisse, ne mulieres, nisi liberos haberent, & annum sexagesimum excessissent, diuinum ministerium uolum suscipere, secundum Apostoli Pauli expressum mandatum. Illae uero quae caput ornarent ecclesijs exturbarentur, & episcopi, qui has ipsas admitterent, episcopatibus suis priuarentur.

Quomodo extra Imperij Romani fines exulare Theodosius magnus Eunomium iusserit. & de Theophronio eius successore, & de Eutybio ac Dorotheo, & de secta eorum, deque his, qui appellantur Psathyriani, & quomodo Arianorum secta in diuersas factiones distracta sit, & illi magis uniti sint, qui debebant Constantinopoli.

CAPVT XVII.

SE D hæc quidem suo iudicio quisque hic expendat. Porro Imperator Eunomium extorri exilio tum condemnauit. Haftenus enim Constantinopoli moratus vel in suburbijs vel in domibus priuata conuenicula uoebat, & libros quos conscripserat edebat, multosque uerbis in sententiam suam inducebat, ita ut intra breue tempus frequens eorum populus esset, qui sectam ab ipso denominatam amplecterentur. Sed ille multo post exiliū elapso tempore mortuus, in patria tandem sepulturam sortitus est. Erat ea Cappadocum pagus, Dacora, eratque adscripta territorio Caesareæ ad Argæum sita: Theophronius autem qui illo praeceptore eidem opinionibus imbutus erat, & ipse quoque Cappodax, dogma eius tuebatur, & cū Aristotelica doctrina medio critere exercitatus esset, accommodata ad cognoscendos ipsorum syllogismos rudimenta reliquit, quæ de exercitio mentis inscripsit. Cæterum in absurdas disputationes prolapsus, ut accipi, in iisdem cum praeceptore opinionibus permanere dignatus non fuit. Nam cū rebus nouandis studeret, ex uerbis scripturæ sacræ uisitatiss

conten-

contendit, quod Deus, quia futura prospiceret, praesentia sciret, praeterita meminisset, sui similis semper non esset, utpote qui pro ratione futuri, praesentis ac praeteriti scientiam mutaret: ob hanc doctrinam cum ne Eunomianus quidem ferendus videretur, ab eorum ecclesia explosus, de se Theophronios appellatos peperit: Non longè autem post, etiam Eutichius quidam Constantinopoli, sectator Eunomij, sui nominis haeresim reliquit: Etenim cum quaereretur, an nouissimam horam sciret filius, & ad negationem huius, ea quæ in Euangelij dicuntur, nempe, quod eam solus pater sciat, opposita esse uideantur, confidenter asseuerabat, ne huius quidem scientiae expertem esse filium, ut qui sine defectu cuncta accepisset à patre: Hanc sententiam cum non recipere ijs, qui tum sectæ erant Antistites, ille se ipsum à communionem segregauit, & ad Eunomium, qui tum in exilio degebat, profectus est, cum iam Diaconus & alij anteuertissent, ex urbe Constantinopolitana missi, ut illum uel ac cufatione, uel si opus foret, disputatione subuerterent: Eunomius edoctus ad quid uenissent, Eutychie sententiam approbavit, & in orationis communionem cum illo uenit, cum quidem inter ipsos fas non sit, in orationis communionem uenire cum his, qui aliundè adueniunt, nisi literas apporrent, quæ ipsos in opinione cum hisce conuenire declarent. per notas quasdam epistolis inscriptas, quas alij non intelligant: Non multo post hanc controuersiam Eunomio defuncto, is qui apud Constantinopolim eius sectæ antistes erat, Eutychie reijciebat, offensus illi ex inuidia, quod illius, qui ne clericus quidem erat, cū sententiam studiose oppugnaret, quaestionem soluere nequiret: ex hinc ergo Eutychie cum ijs, qui secum sentiebant, in peculiarem sectam segregatus fuit. Eius porro controuersia, quæ de sacro baptisinate mota fuit, constans rumor tum ipsum hunc, tum Theophronium authorem arguit: Atque hæc quidem ego ex ijs, quæ comperi, ad cõpendiarum earum causarum notitiam conscripsi, ob quas diuisi sunt Eunomiani: omnes enim controuersias exponere quæ hac de re motæ sunt, prolixum fuerit, ac mihi nequaquam facile, siquidè ne peritus quidem sum eiusmodi

Y v

disce-

disceptationum: Eadem fere tempestate inter Arrianos Constantinopolim incolētes est exorta quæstio, vtrumne antequam filius esset, (cum apud ipsos hunc ex non existentibus esse in confesso sit,) potuerit appellari, Pater Deus? Ac Dorotheus quidem, qui in locum Marini Antiochia accitus præerat huic sectæ, quia nomen Patrium relatum esset, antequam filius existeret, patrem non appellari Deum pronunciauit: Marinus verò contrarium affirmabat, & etiã nõ existente filio semper esse patrē asseuerabat, seu quod ita sentirēt, seu quod obniteretur Dorotheo, qui in gubernanda illorum ecclesia ipsi prælatus esset. ex hac igitur causa in duas partes plebs diuisa fuit, & cum Dorotheus vnà cum sectatoribus suis in ijs templis, quæ tenebat, persisteret, Marinus extructis alijs separatim conuentus agebat: Cognominabatur autem isti tum Psathyriani, tum Gothici: Ac Psathyriani quidem, propterea, quod Theodistus quidam Psathyropola (est autem Psathyros tenuis cuiusdam placentæ genus) opinionē istam impesse defenderit. Gothici verò, quod & horū episcopus Selinas eiusdem opinionis fuerit: Nam hunc vniuersi propemodum barbari sectati, illum conuentum frequentabant: Morigeri enim Selinæ erant vt quàm maximè, cum is & amanuens & successor Viphilæ ipsorum quondam episcopi, & in ecclesia ad docendum idoneus esset, non modò patria ipsorum lingua, sed etiam Græca: Non multo post oborta de primatu controuersia inter Marinum & Agapium, quem sectatorum suorum episcopum apud Ephesum creauit, modò non bellum inter sese gesserunt, defendentibus Agapium Gothis. At fertur quidem hac de causa multos ibi clericos de præsulum suorum ambitione conquestos ad ecclesiæ catholicæ communionem reuertisse: Hoc igitur modo Ariani ab initio segregati sunt, atque etiã nunc in quibus ciuitatibus sunt, separatim congregantur: Eos verò qui Constantinopoli degebant, triginta iam tum & quinque annis inter sese rixatos, in cõcordiam postmodum redegit ipsorum sectator Plinthas, vir consularis, tum equestris tum pedestris exercitus præfectus, qui tum in aula imperatoris potentissimus erat: Atque illi quidem, cum in vnum conuenissent, decreuerunt hanc quæstionē deinceps

in con-

in controuersiam nunquam esse vocandam: & hæc quidem postea sic acta sunt:

Quod Nouatiani aliam etiamnum hæresim ex se produxerint eorū, qui appellantur Sabbatiani: item de Synodo Sangariana. & de festo Paschali traditio seu expositio Historica.

CAPVT XVIII.

DVrante eodem hoc Imperio, etiam Nouatiani inter sese de festo Paschali disceptantes, aliam sectam eorū, qui Sabbatiani appellatur, constituerunt. Sabbatius enim Presbyter à Marciano ordinatus vnà cū Theodistis & Macario, cū cõpresbyteris secutus eos, qui Pasucomæ concilium agitarant sub Valente Imperatore, volebat festum Paschatis more Iudæorum celebrari: & cum ab ecclesia defecisset, in initio quidem, partim, quasi exercendi gratia secederet, integerrimè enim viuebat, partim, quasi animaduerteret quosdam Mysteriorū communionē indignos, excusabatur, sed postquam in rerum nouandarum studio depræhensus esset, tum verò de ordinatione eius plurimū conquerebatur Marcianus, & satius erat iniquitatem in spinas imponi manus, quàm in ipsum, sæpius exclamabat: & quoniam in diuersam multitudinem sibi distrahi ecclesiam conspiceret, suæ sententiæ episcopos Sangarum conuocauit, (est is locus Bithyniæ non procul ab Hele-nopoli ad mare situs) quo postquam conuenissent Sabbatium accersuerunt, & quoniam offensæ suæ causam reddere postulatus, diuersitatem festi causaretur, suspicati illum hæc primatus desiderio confingere, iusiurandum ab eo exegerunt, quod Episcopatum nunquam suscepturus esset. quod quidem cum ille cum iuramento professus esset, illi hanc causam dignam non esse rati, ob quam communio distraheretur, decreuerunt vt omnes in vna concordia, & in eodem costu simul perdurarent, vtque vnusquisque festum hoc vtcunque vellet celebraret. Eaque de re canonem conscripserunt, quem ἡ ἱεράρχου, hoc est, promiscuum appellarunt: Atque hæc quidem ita Sangariano concilio placuerunt: ex hoc autè tempore Sabbatius Iudæos secutus, si non eodè tempore cunctos hoc festum simul cele-

celebrare contigisset, proueniens, ut moris erat, ieiunabat. & priuatim ex legis præscripto peragebat Pascha. Sabbato uero à uespera ad tempus competens in uigiliis ac dignis precationibus uersatus, die postero publicè cum omnibus in cœtu coniunctus, & mysteriorum particeps fuit. Ac primò quidem plebem latuit, sed postquam hinc progressu temporis nobilitatus est, multos imitatores habuit, & maxime quidem Phrygas ac Galatas, quibus est patrium, ut festum hoc modo celebrent: Tandem uero cum manifestè defecisset, eorum episcopatum assumpsit, qui ipsum sectabantur, sicuti mox suo loco dicitur: Cæterum mihi quidem mirari subit, tunc hunc ipsum uirum, tum eos etiam, qui ipsi auscultabant, cur hanc alterationem committi sint, cum præsci Hebræi, sicuti refert Eusebius, Philone ac Iosepho & Aristobulo, aliisque plurimis attestantibus, post æquinoctium uernum Pascha immolarint, cum sol primū duodenarium gradum peragit, quem κριση, hoc est, arietem Græci uocant, ex opposito uidelicet lunæ, decimaquarta diei cursum perficientis. quandoquidem & Nouatiani ipsi in euidentiæ partem asseuerant, quod neque sibi neque sectæ suæ antesignano antea id moris fuerit, sed à Pazucomanio concilio nuper introductum sit. Quin etiam sectæ suæ fautores in hunc usque diem apud Romam ueterem cum aliis Romanis hoc festum celebrare, quos etiam aliter id celebrasse superiori uillo tempore deprehensum non sit, propterea quod Apostolorum Petri ac Pauli traditione uterentur. Ad hæc etiam Samaritani qui Mosaicæ legis æmulatores sunt uel maximi, priusquam noui matureretur fructus hoc festum celebrare non sustinent. Nouum enim inquit ipsum hoc festum lex appellat, ut his nondum apparerentibus festum celebrare fas non sit, unde præcedere uernum æquinoctium oportere, necessitas ipsa conuincat: Mirum ergo est istos, qui Iudæos in hoc imitantur, non magis probasse antiquitatem ab ipsis conseruatam: Atqui, ut uideatur, præter hos ipsos, & istos, qui per Asiam sunt, quarta-decimanos appellatos, consimiliter cum Romanis & Aegyptijs etiam iij, qui aliis adherent sectis, hoc festum agunt: sed hi quidem in ipsa decimaquarta die cum Iudæis feriuntur, unde etiam huiusmodi fortiuntur nomen: Nouatiani uero

ani uero resurrectionis diem celebrant, Iudæos autem & ipsi sequuntur, & in idem cum quattadecimanis recidunt, nisi forte in quartadecimam diem Lunæ prima dies sabbati incidat, tanto enim Iudæis posteriores euadunt quot dies contigerit sequentem diem dominicam esse posteriorem decimaquarta lunæ. Montanistæ autem, quos Pepuzitas & Phrygas appellant, peregrinam quandam rationem commenti sunt, secundum quam Pascha celebrant, siquidem eos, qui in hoc negotio lunæ cursum curiose obseruant, reprehendunt, ac dicunt solos esse solares circulos iis sequendos, qui ista rectè ordinare uolunt: & menses quidem singulos esse triginta dierum statuunt, incipere autem diem primam ab æquinoctio uerno quæ Romanorum more dicatur nona Calendas Apriles, quandoquidem inquit duo ista luminaria tum creata sunt, quibus et tempora & anni declarantur. Idque eo demonstratur, quod luna elapso uoquoque octennio cum sole coniungatur, & utrisque eodem tempore nouilunium contingat, siquidem octennii spatium in cursu lunari nouaginta nouem mensibus, diebus uero bis mille nonaginta viginti duabus completur, in tra quas sol octo cursus absoluit, destinatis uicuique anno diebus trecentis sexaginta, cum quarta insuper unius diei parte. Etenim à nona Calendas Aprilis, ut ab exordio creationis solis ac primæ mensis supputant, memoratâ in sacris literis decimaquartam diem, & hanc esse dicit octauam Idus Aprilis, in qua Pascha perpetuo celebrant. Quod si cum hac die dies resurrectionis forte concurrat, tum proximè sequenti Dominica ferias agunt. Scriptum est enim inquit, à decima quarta die, usque ad uicesimam primam.

*Catalogus Authoris scitu dignus, de cōsuetudine
bus apud diuersas nationes & ecclesias
uſuatis. CAPVT XIX.*

ATque hæc quidem extiterunt circa hoc festum diuersitates, sapientissimè autem arbitror soluisse subortâ olim de eo controuersiam Victorem tunc temporis Romæ episcopum, & Polycarpum Smyrnesem. Etenim cum oc-

cum occidentis sacerdotes traditionem Petri ac Pauli nō esse contemnendam arbitrantur, & Asiā se Iohannem euangelistam sequi affirmarent, decreto in communione sancito, singuli vt consueuerant festum celebrantes, à mutua inter se communione nō recesserunt: Frivolū enim, & quidem merito, iudicarunt, consuetudinis gratia à se mutuo segregari eos, qui in præcipuis Religionis capitibus consentirent: Neq; enim easdem traditiones per omnia similes, in omnibus ecclesiis quamuis inter se consentiant, reperire possis. Etenim per Scythiam cum sint ciuitates multæ, vnum duntaxat hæ omnes episcopum habent, apud alias verò nationes reperias, vbi & in pagis episcopi ordinantur, sicut apud Arabes ac Cyprios ego comperi, & apud Nouatianos ac Mōtanistas eos, qui degunt in Phrygia: Diaconi apud Romanos hæcenus non plures sunt, quàm septem, ad similitudinem eorum, qui ab Apostolis ordinati fuerant, inter quos erat Stephanus ille, qui primus martyrium subiit: Apud alios verò numerus horum promiscuus est: Rursus autem singulis annis duntaxat semel Romæ Alleluia canunt, primæ die Paschalis festi, vt à multis Romanis hic hymnus iusiurandi instar tum audiri tum cantari expetatur: Ad hæc neque episcopus neque alius quisquam hic in ecclesia docet, apud Alexandrinos verò solus ciuitatis episcopus: Aiunt tamen hæc consuetudinem non prius inoleuisse, quàm ex quo Arrius presbyter de doctrina differens insolitam introduceret: Nouum & illud apud eosdem Alexandrinos est, quod episcopus, dum recitatur euangelium, non asurgat, quod apud alios vsquam fieri, equidem neque comperi neque audiui: Hunc etiam sacrum codicem hic legit solus archidiaconus, apud alios verò Diaconi, in multis etiam ecclesiis soli sacerdotes: diebus autem solēnibus episcopi, vt Constantinopoli, prima feria resurrectionis Dominicæ: Iam illam quæ huic præcessit, quæque appellatur quadragesima, in qua populus ieiunat, alij in sex dierum septimanas computant, vt Illyrij, & qui ad occidentem siti sunt, necnon vt vniuersa Lybia & Aegyptus cum Palæstinis, alij in septem, vt Constantinopolitanis, & nationes circumiacentes vsque ad Phœnices, alij

sparsim

sparsim tres intra sex aut septem istas ieiunant, alij, tres Pascha immediatè præcedentes continuant, alij duas vt Montani sectatores: Imo verò ne ecclesiæ quidem conuocandæ apud omnes idem tempus ac modus est. Siquidem alij sabbato consimiliter ac postridie sabbati conueniunt, vt Constantinopoli & apud alios ferè omnes. Romæ autem & Alexandria non item: Apud Aegyptios denique multis in ciuitatibus ac pagis præter consuetudinem communiter apud omnes consecratam sub vesperum sabbato cōuenientes ac iam pransi Mysteriorū participes fiunt: Precibus quoq; & cantibus & lectionibus nec iisdē nec eodē tēpore cunctos vt inuenire est. Sic enim Reuelationem Petri, quam vocant, à veteribus vt adulterinā prorsus reprobata in ecclesiis quibusdam per Palæstinā adhuc semel singulis annis recitari compertum habeo. Nempè in die Parasceues, quam populus admodum religiosè ieiunat in memoriam Passionis Dominicæ: Eam etiam quam nunc circumferunt quasi Reuelationem diuī Pauli Apostoli, quam veterum nemo vidit, monachi plurimum commendant: Hoc autem durantē Imperio nonnulli hunc librum fuisse repertum asseuerant. Aiunt enim ex diuina reuelatione Tarsi Ciliciæ in ædibus Pauli Apostoli marmoream arcam sub terra esse repertam, & in ea fuisse istum librum: Sed mihi super hoc percontanti, mēdacium esse dixit Cilix Tarsensis ecclesiæ presbyter, quē quidem virum multos annos fuisse natum ipsa canities atquebat. Aiebat autem se nihil comperisse quod huiusmodi quicquam apud ipsos acciderit, ac mirari se si non id commentum sit hæreticorum. Sed de hoc hæcenus. Multas autem consuetudines per vrbes ac pagos reperias, quas ob reuerentiam vel eorum, qui eas ab initio introduxerunt, vel eorum, qui istis successerunt præuaricari sibi nec licitum nec tolerandum putent esse ij, qui his innutriti sunt. Quod idem & in hoc quoque festo hominibus vsu venisse putandum est: cuius gratia in hæc de istis commemorationem digressus sum.

De in-

SOZOMENI HISTOR.

*De incremento doctrinae catholicae, & perpetua
destructione templorum Idololatriarum,
ac de exundatione Nili fluminis.*

CAPVT XX.

Diuulsis ita (vti dictum est) ijs, qui aliarum sectarum fautores erant, maius etiamnum incrementum capiebat ecclesia catholica, cum illi accederent plurimum vel maximè ex multitudine paganorum: Imperator enim quia animaduertebat superioris temporis consuetudine subditos adhuc ad cultum patrium & religiosos ipsorum locos adduci, statim in Imperij initio vetuit, ne hos accederent, ac tandem multos etiam subuertit. Illi itaque templorum defectu, temporis progressu ad ecclesias ventitare consuefacti sunt, neque enim ethnico ritu clam sacrificare tutum erat. Sed capitis & facultatum ablationem poenae nomine lex continebat aduersus eos lata, qui talia auderent: Ferunt autem Aegypti fluum tunc solito tardius ad primum exundationis gradum constitisse. Aegyptij ergo indignabantur, quod non permitterentur secundum leges patrias fluuio sacrificare. Animaduertens autem generis eius praefectus eos ad seditionem adornari, Imperatori rem indicauit. Imperator re intellecta, fatius est, inquit, erga Deum permanere fidelem, quam fluuenta Nili, & ex ijs expectaram anni fertilitatem praeposuisse pietati, vel nunquam enim fluxerit iste fluuius, si quidem reuera & exantationibus pellici, & sacrificiis delectari, & sanguinis fluxu inquinare influentes ex diuina Paradiso riuos potest: Caeterum Nilus haud multo post largiter effusus etiam sublimioribus vndas immisit: & postquam ad perfectissimam, ac raro completam mensuram accessisset, ac nihilominus aqua intumesceret, in contrarium timorem coniecti sunt Aegyptij, ac metus erat, ne & Alexandropolim, quae Libiae portio erat, fluuius inundaret. Fertur itaque Alexandriensium paganos ob hoc ipsum stomachantes quod praeter opinionem euenerat, subsannasse, & in Theatris exclamasse, quod fluuius veluti fenex ac delirus eminxisset: ex eo plu-
nim

ECCLESIAST. LIB. VII. 183

rimi Aegyptij patria superstitione damnata, ad Christianismum transierunt. Atque haec quidem vt comperi conscripsi.

*De inuentione venerabilis capitis Diui Iohannis
Baptistae, & quae eius nomine facta sint.*

CAPVT XXI.

Circa hoc tempus Constantinopolim translatus fuit Iohannis Baptistae caput, quod Herodias ab Herode Tetrarcha petierat: Fertur autem fuisse repertum apud monachos quosdam sectae Macedonianae, qui cum primùm Hierosolymis habitassent, postea migrarunt in Ciliciam: Sub eo autem imperio, quod ante praesens hoc fuit, iudicante Mardonio, qui domus Imperatoriae maior Eunuchus erat, iusserat Valens illud Constantinopolim transferri. Itaque illi qui in hoc missi erant, publico vehiculo impositum agebant. Sed vbi ad Panticium peruenissent (qui locus est Chalcedonis) non ulterius procedere voluerunt muli, qui vehiculum trahebant, & quidem comminantibus equisonibus, & auriga flagris acriter vrgentes: cum autem nihil proficerent, videreturque cunctis, & ipsi quoque Imperatori, res ea non sine miraculo ac numine diuino geri, sacrum hoc caput in Cosilae pago deposuerunt, erat enim is fortè in proximo, & ad Mardonii huius ditionem pertinebat. Circa hoc autem tempus siue Deo, siue ipso Propheta exuscitante, venit in hunc pagum Theodosius Imperator. Cui quidem, cum Baptistae reliquias tollere vellet, solam aiunt restitisse Matronam: ea erat virgo sacra, sed quam sectarentur minister & custos. Cum autem illa cunctis viribus resisteret, rarus non esse cogendam, precibus contendebat, vt concederet, & postquam grauatè cecisisset, irritum fore Imperatori quod conabatur, ex eo rata quod tempore Valeris acciderat, purpura sua thecam in qua iacebat, caput inuoluens, accipiebat, ac reuersus ante urbem Constantinopolitanam condidit, in loco quem Hebdomon vocant, edificato ibidem in honorem Dei amplissimo pulcherrimoque templo: Matronam porro quamuis frequenter ac multum precatus, & blandis pollicitationibus adortus esset, inducere
Z Imperator

Imperator non potuit, vt ab opinione sua defisteret, erat enim sectæ Macedonianæ. Quamquam tamen vincentius presbyter, eiusdem sectæ fautor, qui & ipsam & Prophetæ loculos ex æquo venerabatur, & sacerdotio in hūc ipsum usum fungebatur, vestigio secutus est, & cū iis, qui de catholica ecclesia erant cōmunicauit, cum quidē vti Macedoniani dicunt, cum iureiurando protestatus esset, scab eorum opinione nunquam esse recessurum. Sed ille ad extremum id hac adiecta conditione manifestè terminauit, vt si Baptista sequi vellet Imperatorem, & ipse quoque cum eodem absque omni hæsitacione conscientia communitaret: Fuit autem hic natione Persa, & cum sub imperio Constantij persecutio Christianos affligeret, fugiens vnd cum Adda consobrino suo ad Romanos venit, atque ipse quidem in clerum allectus est, & ad presbyterij dignitatem processit. Ad das autem vxore ducta plurimum profuit ecclesiæ, & filium reliquit Auxentium, virum erga Deum fide, erga amicos prōpititudine insignem, vita integrum, literarum amatorem, & omnigena tum gentiliū tum ecclesiasticorum scriptorum eruditione præditum, moribus commodis licet Imperatori & Aulicis familiaris esset, & in bellicis expeditionibus splendide se gessisset. Verū illius quidem crebra mentio est tum apud probatissimos quosque monachos, tum apud homines studiosos, qui ipsum familiariter cognouerunt. Matrona verò vsque ad obitum in Cosilai pago versata est, vixitque religiosè admodum & castè, & sacris virginibus præfuit, quarum etiam nunc multas superesse intellexi, quæ mores disciplina per Matronam accepta dignos representent.

*De Strangulatione ac interitu Valentiniani
adolescentis Imperatoris Romani, & de
Tyrannide Eugenij, & de vaticinio
Iohannis monachi Thebaide morantis. CAP. XXII.*

Ac The-

AC Theodosius quidem cum orientale imperium in pace gubernaret, his operam dabat, & studiosè admodum Diuinum numen venerabatur. Interea temporis nuntiatur Valentinianum Imperatorem strangulatione interiisse, dicebatur autem, hanc mortem illi per cubicularios eunuchos, & alios quosdam aulicos, & Arbogasten exercitus præfectum esse structam, ob id, quod patrisantem in Imperio iuuenem, & ad multa difficilem reperissent, quæ ipsis placuissent, alij putant eum sibi ipsi manus intulisse, quod quædam conatus quæ eius ætatis feruori non conueniunt, prohibitus fuerit, ac propterea viuere dignatus non sit, quod Imperator cum esset, quod vellet facere non permetteretur: Aiunt sanè hunc adolescentulum ob generositatem corporis & virtutum Regalium excellentiam impendio dignum esse visum imperio, vt qui magnanimitate ac iustitia patrem superare potuisset, si ad virilem ætatem peruenisset: Sedis quidem tamen talis esset ita periit: Porro Eugenius quidam erga Christianorum religionem non syncerè affectus principatum inuasit, & imperii insignia assumpsit: Putabat enim se id quod conabatur absque impedimento consecuturum, inductus quorundam verbis, qui se futura prædicturos pollicebantur, ex victimarum immolatione, ex viscerum inspectione, ex obseruatione syderum: Harum rerum studiosi tunc erant cum alij multi apud Romanos in dignitate cōstituti viri, tum etiā Flauianus tunc tēporis Hyparchus, vir eximius & in rebus politicis prudens habitus, qui quæ insuper ex omni generis diuinationis scientia exactè præscire futura credebatur, hac enim ex istimatione Eugenium potissimum perpulit, vt ad bellum sese pararet. Cum Imperium illi fato destinatum esse asseueraret, & victoriam ex pugna illi cessuram, & mutationem Religionis Christianæ. Atque Eugenius quidem hac spe iniectus maximum parauit exercitum, & Italiam portas, quas Romani Iulias Alpes vocant, occupatas præsidio continuit, vt quæ per angustias vnum duntaxat accessum præbeant, cum vtrinque præruptis scopulis & altissimis montibus communita sint: Theodosius interim sollicitus quem nam exitum ha-

biturum esset hoc bellum; quod contra se susceptum erat; & utrumne se ipsum subducere, an verò ingruentē hostem sustinere oporteret, constituit in hanc rem uti consilio Iohannis monachi Thebaide morātis, quem inibi ob futurorum scientiam celeberrimum fuisse superius dictū est: Itaque Eutropium ex eunuchis aulicis unum, qui ipsi fidus erat, in Aegyptum misit, ut, si fieri posset, ipsum adduceret, vel si sequi graualetur, saltem quid factū opus esset, ex ipso cognosceret. Ille igitur cum ad Iohannem peruenisset, ut ad Imperatorem veniret non impetrauit, sed reuersus nūciauit illi, quod & in illo bello visor futurus esset, & sublato Tyranno in Italia moriturus: Quæ utraque fuisse vera euentus docuit.

De exactione vectigalium, de imperatoris status apud Antiochiam deiectis, & Flauiani Episcopi legatione. CAPVT XXIII.

HOC tempore ob necessitatem belli visum est præfectis, quibus id ex officio competebat, ut plus solito tributorum à vectigalibus exigerent: cuius rei nomine cōcitata seditiōe populus Antiochenus in Syria, status imperatoris & cōiugis eius deiecit, & iniecto fune rapauit, emisisse etiam contumeliosos vocibus, quales emitti consentaneum est à multitudine grafsante: Cæterum cum Imperator ex Antiochensibus multos perdere decreuisset, ad solum eius propositi rumorem plebs consternata fuit, & remisso furore pœnitentiā egit, ac perinde ut ob presentia mala, quæ futura nūciabantur, gemebat ac plorabat, & Deo supplicabat, ut Imperatoris iram mitigaret. Cantilenas quibusdam lugubribus ad eam supplicationem vsurpatis: Tum etiam Flauianus Antiochensium episcopus prociuibus suis intercedens, offenso etiamnum imperatore, persuasit adolescentibus qui ad mensam imperatoriā canere solebant, ut eas pronūciarent cantilenas quæ in Antiochensium supplicationibus erant: Quod factū ferunt Imperatorem humanitatis affectu peritum, & misericordia victum, confessum iram posuisse, & vrbi reconciliatum lacrymis irrigasse phialam, quam tum forte manu tenebat: A-

bat: Atque porro præcedente nocte, post quam succedente die seditio mota fuit. Spectrum mulieris fuisse visum magnitudine inusitatum & aspectu horrendum, quod quidem in sublimi per ciuitatis plateas discurrens ac rē diuerberaret flagello horrifono. ut quemadmodum ad iram feras incitant ij, qui ad huiusmodi spectacula operam suam nauant, ita hanc seditiōem Dæmonum insidijs genas aliquis malus commouerit. Ac fuisset sane cædes ingens consecuta, nisi iram suam Imperator sacre supplicationis reuerentia motus, remisisset.

De libertate D. Ambrosii, qua apud imperatorem Theodosium in loquendo vsus est. item de eade Theβ. lonica facta, denique enarratio aliquot præclare factorum sancti Ambrosii.

CAPVT XXIIII.

POSTquam igitur omnia illi instrusta essent, quæ ad bellum necessaria erant. Honorium Iunio rem filium suum Cæsarem declarat. Arcadium enim iam antea inaugurauerat. utroque autem filio Constantinopoli relicto, propere cum exercitibus ex oriente ad occidentales imperij regiones festinabat, sequebaturque ipsum ingens auxiliarium manus ex barbaris, Istri accolis: Fertur autē quod cum egressus Constantinopoli ad septimum miliare peruenisset, Deo preces nuncupavit in ecclesia illa, quam in honorem Iohannis Baptistæ cōstruxerat, ac petierit ut expeditionis istius alea tum sibi tum exercitui suo, tum Romanis omnibus foeliciter caderet, & auxiliarem sibi inuocauerit, ipsum Baptistam: Hec igitur precatus in Italiam contendit, & irruptione in Alpes facta primas custodias occupat, superato autem transitu cacumine, ubi ad descensum peruenisset, videt planitiem equitibus ac peditibus refertam, & non procul istinc à tergo multos & hostibus in vertice montis tum quiescentes. cum igitur primi transgressi cum hostibus in campo iam pedem contulissent, ac pugna acris & anceps mota esset, adhuc autem superesset exercitus, considerans quantum quidem ad humanas vires attineret, suos, quantumuis cupiant, saluari non posse, siquidem & illi irruerent, qui montis cacumen à tergo

Z iij occu

occuparāt, pronus in terram prolapsus orabat, ac Deus est confestim exaudiuit, sicut comprobauit euentus: siquidem duces istorum, qui montis verticem tenebant, missis quibusdam nunciarūt, se illi auxilio venturos esse, siquidem apud eum in dignitate futuri sint, cum igitur nec chartam nec atramentum petiitum reperiret, accepta tabula, quam ex astātibus quidā forte habebat, adsignauit illis præclari ac digni exercitus præfecturam, quam apud ipsum sint cōsecuturi, siquidem promissa adimpleuerint. Quocirca & illi accepta hac conditione Imperatori iunguntur: Adhuc autem neutra parte cedēte, sed pugna in campo etiamnum vtriusque æqualiter feruente, ex aduerso in hostes illapsus vētus inustatus, & qualē antea nunquam cognouimus, aciem eorum dissipat, tela verō & spicula in Romanos eiaculata, velut ex solido repercussa, in eorum corpora conuertit, qui emiserant, & scuta eorum de manibus excussa cum puluere & illuue aduersus ipsos volutauit: Nudati itaque armis plerique eorum euertigio trucidati sunt, plerique ad exiguum tempus fuga saluati, non multo post capti sunt: Eugenius autem ad pedes Imperatoris accurrens vt seruaretur supplicabat, sed interim dum supplicaret, à milite quopiā capite trūcatus est. Arbogastes verō fugiēs post pugnam sibi ipse manus intulit: Fertur autem quōd eo tempore, quo pugna hæc committeretur, ex eo templo Dei, quod erat in Hebdomo, in quo preces fuderat Imperator, egressus Dæmon quidam subreptus in sublime Iohanni Baptistæ sit conuitiatus, & capitis obruncationem exprobrarit, magnaue voce clamarit. Tu ne me vincis, & exercitui meo insidiaris? huic rei qui forte præsentēs aderant, cum magnum esset apud omnes studiū de bello vel audire aliquid vel dicere noui, obstupefacti, adnotarunt, eundem hunc fuisse diem, quo hunc euentum belli extitisse, non multo post ab ijs cognouerunt, qui pugne interfuerant: Atque hæc quidem sic esse acta dicuntur. Imperator autem sublato Eugenio, cum Mediolanum venisset, ad ecclesiam processit, vt oraret, sed cum iam ad ostium peruenisset, occurrit ei Ambrosius eius ciuitatis episcopus, & apprehensa illius purpura, in præsentia populi, hæc gradum inquit, homini enim ob peccata prophano,

& ma-

& manus innoxio sanguine commaculatas habenti fas nō est, antequam pœnitentiam egerit, vel sacrum ingredi solium, vel ad diuinorum Mysteriorum communionem admitti: Imperator libertatem sacerdotis admiratus cogitationibus conscientiam accusantibus regrefsus est. pœnitentia compunctus: Erat autem peccati in simulatio huiusmodi: Botherichæ tum temporis apud Illyrios militū præfecti auriga, pincernam Domini impudicē intuitus de stupro interpellarat, eaque de causa comprehensus in vinculis erat. Instante autem solenni equestri certamine, populus Thessalonicensis illum, velut ad eam concertationem necessarium, dimitti postulabat: Quod quoniam nō impetrabat, in grauē seditionē efferbuit, ac tandē etiam Buteritham ipsum interfecit: Qua re nunciata imperator præter modum excaudit, & certum eorum numerum, qui adfuerant interfici præcepit, ex quo ciuitas multis iniustis cædibus impleta fuit. Si quidem peregrini, qui modō vel ad nauigauerant, vel de via aduenerant ex improviso apprehēdebantur, siebantque miserabiles clades in quibus & hæc quoque. Mercator pro filiis suis duobus captis seipsam offerens, orabat vt filijs seruatis ipse interficeretur, & in eius facti mercedem auri quicquid habebat militibus pollicebatur: Illi calamitatem hominis miserati, pro vno ex filijs, quocunq; vellent supplicationem admittunt, duos verō dimittere tutum sibi non esse dicunt, ob id quod numerus deficeret. Pater itaque vtrumque lamentabūsus ac plorans intuitus, neutrius electionem facere sustinuit, sed in continua hæsitacione, donec interficerentur ambo, suspensus mansit, æquali vtriusque amore victus: Quin etiam frugi quendam seruum accepi pro domino suo, qui ad lanienam raptabatur, alacriter tunc oppetiisse mortem: Talium igitur ac talibus consequentium malorum, vt consentaneum est, Ambrosius Imperatorem in simulantem ab ecclesia arcuit, & à communionē seclusit: Imperator verō publicē coram ecclesia peccatum confessus est, ac toto tempore, quod illi ad pœnitentiam præfinitum erat, vt qui lugeret, Imperiali ornatu vsus non est: Quin & legem quoque illis irrogauit, qui Imperialibus mandatis famulantur, vt in tricestimum

Z iij

vique

vsque diem supplicia differant eorum, qui ad mortē condemnati sunt, vt intermedio tempore Imperatoris ira mitigari, & placato eius animo misericordiæ locus esse posset: Ab hoc Ambrosio & alia multa præclare gesta sunt officio sacerdotali digna, quæ, vt consentaneum est, indigenis solis constant. ex præcipuis autem eius factis ego & illud quoq; cognoui: Moris erat vt Imperatores dū sacris interessent, in sacrario federent, Maiestatis ergo à populi cōsortio separati: Ambrosius autē considerans eam consuetudinem vel ex assentatione, vel ex ordinis inscitia esse natam, Imperatori in ecclesia locum assignauit ante sacrarij cancellos, ita vt populum Imperator, Imperatorem sacerdotes ordine sedis antecederent: Hanc autem optimam constitutionem Theodosius imperator approbavit, & successores eius corroborauerunt, ac nos eam ex eo vsque tempore conseruatam cernimus: Eiusdem viri huius & illud factum memorabile hoc libro complecti necessarium duxi: Paganus quidam ordine illustris vir, Gratianum conuitiis prociderat, & patre indignum appellauerat, eiusque rei habito iudicio capitis damnatus erat: Cumque iam ad supplicium duceretur, venit in palatium Ambrosius pro illo supplicaturus. Cæterum cum Gratianus eorum instinctu, qui illi damnato insidiabantur, distineretur spectaculis venationū, quales priuatæ delectationis non publici commodi gratia Principes exhibere consueuerunt, nec Atriensum quisquam illi rem indicaret, quasi oportunum non esset, recessit: Progressus autem ad illam portam, per quam feras introducebant, clanculum se habuit, ac simul cum venatoribus ingressus, non antea causam rei agere omisit, neque prius Gratiani & aulicorum eius obsecrationibus celsit, quam salutiferū suffragium Gratiano extorsisset, quo morti destinatum liberaret: Quin etiam circa legum ecclesiasticarum obseruantiam, & institutionem clericorum sibi commissorum admodum sedulus erat: Ex multis itaq; eius præclaris factis, hæc à me dicta sint, vt intelligatur, quanta apud Imperatores propter Deum loquendi libertate polluerit.

De san-

De sancto Donato Episcopo Euoræ, & de
Theotino Scytharum Antistite.

CAPVT XXV.

HAC memoria multi multis in locis per orbem terrarum inter episcopos præclari extiterunt: vt Donatus Euroæ Epiri, quem & alia multa mirabilia fecisse testantur indigenæ, & illud maximè, quod in Draconis interfectione præstitit: Qui in Chamagephyris, quas vocant, ad viam Regiam lustrum habebat, & oves, & capras, & boues, & equos, nec non & homines, & alia rapiebat: Neque enim ille vel gladium vel hastam ferens, vel aliud aliquod telum habens, hanc belluam adortus est, sed cum illa eū aduentantē fensisset, & caput, velut impetū factura, exeruisset, signū crucis aduersus ipsā aëri digito inscripsit, & illi in faciem expuit: Illa spuro in os accepto statim cōcidit, ac mortua iacens amplitudine non minor apparuit iis serpentibus, qui visuntur apud Indos. Siquidem vt ego quidem accepi, octo iugis in proximum campum extractam indigenæ combusserunt, ne putrefacta aërem inquinaret, & morbos pestilentes gigneret: Donato huic sepulchrum est insigne téplum ab ipso denominatū. Prope quod etiā fons est aquis vberimis scaturiens, quæ, cū antea non esset, Deus illius precibus exoratus edidit, erat enim is locus prorsus aridus. Nam cum ille aliquando ex itinere huc aduenisset, fertur sodalibus eius aquæ defectu laborantibus, effossa manibus terra, orasse, & simul ad votum aquam vberem scaturiuisse, & ab eo tempore defecisse nunquā: Sed huius quidē rei testes sunt, qui Iforiam incolunt, pagū Euroæ, in quo hæc acta sunt: Eadem memoria Tomiensium & reliquæ Scythiæ ecclesiam gubernabat Theotinus Scythia, vir in Philosophia enutritus, quem ob virtutem admirati Hunni Istri Accolæ Barbari Deum Romanorum appellabant. Nam sane diuinas in eo virtutes experti fuerant. Fertur enim, quod aliquando iter per hanc Barbarorum terram facienti, eadem via obuiam facti sint, qui ad prædationem adequitabant. Lamentantibus igitur eius socijs, perinde vt qui iam iam ef-

Z v sent

Sent perituri, ille descendens ab equo orabat, quo facto Barbari, neque ipso neque comitibus eius, neque equis quibus insidebant conspectis, præterierunt: cum autē crebris incurSIONIBUS Schythas infestarent Hunni, quamuis natura essent feri, tamen ad mansuetudinem cōuertit, tum conuiuuiis, tum muneribus eos liberaliter excipiens: Quæ quidem ex re vir quidā Barbarus eum suspicatus esse opulentum, dolo capere statuerat, parato igitur in hoc laqueo ad scutum alligato, sicut in hostes consueuerat, illi dum colloquitur, sublata dextra funem immisurus erat, tanquā eum ad se & ad contribules attracturus. At verò manus in ipso conatu eleuata in aëre remansit, nec antea Barbarus ex inuisibilibus istis vinculis liberatus est, quam alijs pro ipso intercedentibus Theotinus Deum exorasset. Aiunt porrò quod hic in coma nutrienda perseuerarit, & Philosophiæ studium, vti cœperat, profecutus, ac tenui victu vsus sit, sumendique nutrimenti non semper idem, sed in fame atque siti tempus determinauerit. Philosophi enim erat opinor, his quoque pro necessitate, & non pro otio locum dare.

De sancto Epiphania Episcopo Cypri, & particularis quadam rerum eius expositio.

CAPVT XXVI.

EAdem tempestate Metropolitana Cypriorum ecclesiæ præerat Epiphanius, quem non solum in rebus politicis ob virtutes, sed & ob miracula illustrem Deus effecit, quæ in honorem eius tum viuentis tum defuncti peragere dignatus est: defuncto enim, quod viuenti non contigerat, ad sepulchrum eius etiam adhuc dæmones expelli & sanationes fieri fama est. Sed & eo tempore quo uiueret multa illi admirabilia tribuuntur. Quorum vnum, quod quidem nobis innotuit, illud est. Nam cum largus esset in pauperes & eos, qui vel naufragiis vel alijs infortunis afflicti erāt, postq̄ iā olim suas ipsius facultates insumpserat, exigēte necessitate, etiā pecunias ecclesiæ erogabat: fuerant hæc sanè multæ, vndique enim

enim multi quibus opes suas in pios vsus conuertere decretum fuerat, & viuētes illius Ecclesiæ tradiderūt & morientes reliquerunt: considerabant enim, quod ille qui & rerum dispensator, & numinis diuini cultor bonus erat, munera quæ contulerant ex ipsorum sententia distributurus esset: Aiunt igitur quodam tempore paucis admodum reliquis pecunijs, ecclesiæ dispensatorem indignatum fuisse & quasi nimis profusum reprehendisse, sed illum ne sic quidem abstinuisse à munificentia sua erga egenos declaranda. Erogatis igitur cunctis, accessit quidam ad domunculam in qua dispensator habitabat, & crumenam multis nummis aureis referam dedit. Sed cum neque qui dederat, neque qui miserat, manifestus esset, videreturque merito insolens, hominem quenquam in tantarum pecuniarum largitione se ipsum præbere ignotum, tum verò omnes rem diuinitus esse gestam agnouerunt: Quin & quale etiam aliud de ipso referatur, commemorare volo: Quamquam & hoc ab eximio isto Gregorio qui Neocæsariensem gubernauit Ecclesiam itidem gestum esse accipio, quod libenter credo, nam propterea diffidendum non est, id con similitè & ab Epiphania esse actum: Siquidem nec solus Petrus Apostolus mortuum suscitauit, sed & Iohannes euangelista Ephesi & Philippi filia Hierapoli, & eadem à multis tum veteribus tum nostri temporis pijs viris esse gesta, reperias: est autem huiusmodi, quod dicere volo: Duo quidam mendici Epiphanium aliquo abeuntem aucupati hoc agebant, vt ad eo plusculum aliquid auferrent. itaque eorum alter, cum se humi extendisset iacebat scilicet mortuus, alter assistens plorabat, qui videlicet & focij lugeret mortem, & simul paupertatem accusaret, ob quam ne sepelire quidem illum posset: Epiphanius iacenti requiem imprecatus est, & quæ ad funus necessaria forent largitus, lachrymantem, sepulturam inquit procura mi fili & plorare desine, neque enim resurget nunc. In hoc enim casu, id quod est inuitabile & prorsus fatale, generoso animo perferre oportet. Atque hic quidem his diuis transijt: Cum autem nemo iam in conspectu esset,

esset tum pede iacentem mouens ille qui astat, ac simul collaudans quod perquam euidenter mortuum expressisset, erige te ipsum, inquit, vt ex laboribus tuis hunc lærum contumamus diem. Cæterum cum ille consimiliter iaceret, & nihilo magis vel clamantem audiret, vel cunctis viribus obuoluentem sentiret, effuso cursu sacerdotem assecutus imposturæ suæ certionem facit, ac plorans & capillos vellicans obsecrat, vt focium resuscitet: Atqui Epiphanius hominem hortatus, ne id, quod actum erat, moleste ferret, ab se dimisit: Neque enim quoduis factum Deus simpliciter resoluit, ob id opinor, vt hominibus fidem faciat, quod ipsum cuncta videntem & cuncta audientem decipiant ij, quicunque erga ministros eius sese tales præbent.

*De Acacio Beroæ episcopo. & de Zenone & Aiace
viris illustribus, & ob virtutem claris.*

CAPVT XXVII.

HÆc ita gesta esse accepi: ex eo autem tempore & Acacius inter episcopos clarus extitit, qui iam antea Beroæ in Syria episcopus fuerat: Huius & alia facta scripto digna ferri consentaneum est. propterea quod ad solitariam vitam à puero exercitatus officio suo præclare functus sit, sed tamen illud maximum virtutis argumentum dedit, quod omni tempore apertum habuerit episcopale habitaculum, vt & cibi & somni capiendi tempore, tum à peregrinis, tum à ciuibus suis, quibuscunque placeret liberè conspiceretur. id quod maxime laudo: Nā aut propterea sic vixit, quod sui fiduciā semper habuerit, aut quod hoc exercitij genere naturæ procliuatatem ad vitia propensam refrenare cogitaret, vt dum perpetuo se deprehensum iri suspicatur, ab ijs qui ex improviso superuenerent, in continuis excubijs, neque ab ijs deuiaret quæ ipsum decebant, & honestis negotijs continuò occuparetur: Eodem tempore etiam clari erant Zenon & Ajax fratres, qui Philosophati quondā erant non in solitudinibus sed in Goza maritima, quam etiam Maiumam vocant. Ambo autem

autem circa doctrinam fidelissimi exiterunt, ac Deū viriliter confessi sunt, adeo vt à paganis sæpenumero grauius admodum & immaniter vexati sint: Fertur autem Ajax pulcherrimā duxisse vxorē, & ter modò cū ea roto tēpore cōgressus, tres sustulisse proles. ac deinceps ob huiusmodi cōsuetudinis abstinentiam ab vxore separatus solitariā duxisse vitam, ac duos ex filijs ad rem Diuinam & cœlibatum, tertium verò ad Matrimonium educasse, moderateque & admodum præclare Botolianā ecclesiam gubernasse. Zenon verò etiamnum iuuenis mundo ac matrimonio contempto diligentissimus extitit circa ministerium Dei. Aiūt eum, imò & nos quoque vidimus, cum Mæumanam ecclesiam gubernaret, iā senē & natū plus minus annos ceterum, nunquam vel matutinos vel vespertinos hymnos neglexisse, nisi forte morbus ipsum impediret. & cum in Philosophia monastica vitā traduceret, ex lino texebat vestes vnica tela. Atque hinc tū sibi necessaria acquirebat, tum alijs suppeditabat, atque hoc quidem opificium ille ad mortē vsque exercere non cessauit, etiam si propter senium reliquis eius gentis sacerdotibus esset superior, ac populo & pecunijs maximè ecclesiæ præfesset: Horū igitur ego mentionem facio, vt constaret quales eò tēpore sacerdotes extiterint, omnes enim recensere longum foret, quandoquidem plurimi ex his boni extiterunt. Siquidem Deus ipsorum vitam testimonio suo comprobauit. cum & orantes promptè exaudierit, & miraculis plurimis illustrauerit.

De inuentione Reliquiarum Abacuc & Michææ Prophetarum. & de obitu Imperatoris Theodosii magni.

CAP. XXVIII.

AB huiusmodi viris ecclesia vbique gubernata, ad concordiam virtutem ac zelum populum simul & clarum adduxit: Atqui non hæc sola Religionem honestabant, verum etiam Abacuc, & post eum non longo interuallo Michæas, inter Prophetas primi circa hoc tempus apparuerunt. Amborum autē corpora (vt intellexi) per di-

per diuinam in somnis visionem indicata sunt Seben-
no tum temporis Eleutheropolis episcopo: Erat autem
nomen eius ciuitatis Cela quæ antea Cila vocabatur.
in qua repertus fuit Abacuc, at Baratsatia locus est cir-
citer decem stadiis ab ea ciuitate distans, in quo Mi-
chæ sepulchrum erat, quod monumentum fidele vo-
cabant indigenæ, ignari quid dicerent, Nephasa mee-
mana lingua patria appellantes: Satis igitur oportuna
& hæc ad Christianæ doctrinæ celebritatem sub hoc im-
perio contigerunt: Theodosius autem imperator post
victoriam de Eugenio obtentā, dū versaretur Mediola-
ni morbo correptus fuit: Recordatus itaque vaticiniij
Iohannis Monachi se moriturum suspicabatur, quare
filium Honorium quàm poterat ocysimè Constanti-
nopolim euocauit, quem postquam præsentem conspi-
catus esset, melius habere sibi visus est, adeo vt & ad
equestris certaminis spectaculum vnâ cum illo pro-
dideret. Cæterum cum à prandio statim malè
affectus esset, iniunxit filio vt is specta-
culum absolueret, ac sequenti nocte
vita defunctus est. Obliuio
& Flauiano fratribus
Consulibus.

SEPTIMI LIBRI EINIS.

HERMIAE SO-
ZOMENI ECCLESIA-
STICAE HISTORIAE LI-
BER OCTAVVS.

*De successoribus Theodosii Magni, & quo modo
sublatus de medio sit Præfatus eius Ruffinus,
& de magnarum ciuitatum Episcopis, & Hæ-
reticorum disidijs: & Sisinio Nonatianorū
Episcopo. CAPVT I.*



D hūc igitur modum Theodosius,
postquam ecclesiam plurimum aux-
isset, vita defunctus est, annos natus
plus minus sexaginta: ex quibus sex
decim imperauit: successores impe-
rij reliquit Arcadium filiū natu ma-
iorem in Oriente, Honorium verò
in Occidente: Qui quidem vtriq;
cum patre in Religione eandem sententiam amplecte-
bantur: Præerat autem tum temporis ecclesie Romanæ
successor Damasi Siricius. Cōstantinopolitanæ verò Ne-
starius, ac Theophilus Alexandrinæ, & Flavianus Antio-
chenæ, & Iohannes Hierosolymitanæ: Hac tempestate
Hunni Barbari Armeniam, & nōnullas alias Orientalis
Imperij partes deuastarunt: Ferebatur autem, quod eos
clanculum in Imperij limina introduxisset Ruffinus præ-
fectus Orientis, qui & aliās affectatæ Tyrannidis sus-
pectus erat. Sed hic quidem ob huiusmodi suspicionem nō
multo post sublatus fuit: Nā simulatq; ex bello aduersus
Eugenium gesso reuersus esset exercitus, & Imperator, vt
moris erat, illi extra urbem Constantinopolitanā occur-
risset, milites absq; mora Ruffinum interfecerunt: Ea res
occasionem præbuit, qua magis etiamnum cresceret ec-
clesia: Primum enim ipsi Imperatores arbitrabantur
& pa-

& patrem suum ob pietatem ex tyrannis reportasse victoriam; & Rufinum demum qui ipsorum infidiatus esset Imperio, ita sine negotio esse sublatum, ac proinde, quæ à præcedentibus Imperatoribus ad ecclesiarum incrementum decreta fuerant, propensus rata conseruabant, & alias donationes de suo adiicebant: Deinde & subditi ad hos respicientes, qui pagani erant, ad Christianismum facilius cõuertebantur, qui hæretici, ecclesie catholice accedebant: Quandoquidẽ Arriani & Eunomiani, quoniã inter sese ob causas prædictas dissidebant, vbiq; minuebantur: multi enim eos ex mutua inter ipsos discordia de Deo nõ recte sentire iudicabant, & ad eos transibant, qui eiusdem opinionis cum Imperatoribus erant: Macedonianos autẽ Constantinopolis incolas fregit, quod eo tempore nõ haberent Episcopum: Nam ab eo tempore, quo sub Constantio Imperatore ab Eudoxio eiusque fautoribus, ecclesiis priuati sunt, sub solis presbyteris ad sequens vsq; Imperium egerunt: Nouatiani verò, tametsi quosdam ex his turbarit quaestio de Pascale, quam nuper mouerat Sabbatius, maiori tamen ex parte in ecclesia sua cõquieuerunt: Neque enim iisdem pœnis ac legibus ex æquo cum sectis reliquis obnoxij erant, utpote qui trinitatem consubstantialem assererent, & quod firmitus erat, antistitum præstantia ad concordiam exuscitarentur: Nam post Ageli præfidentiam, Marciani viri boni præfidentia consecuti sunt: & eo rursus per tempus istud recens mortuo, in episcoporum successit Sisinnius, vir egregius ut quàm maximè, & philosophicorum dogmatũ ac scripturæ sacræ iuxta gnarus, & ad disputandum promptus, adeo ut etiã Eunomius, qui ex eo celebris erat, & huic operam dabat sapenunero congregari cum illo detrectarit: Fuit autem vita continens, ut calumniis non pateret: In ratione victus erat delicatus & exquisitus, ut ij, quibus erat ignotus, fidem non haberent, eum sibi posse temperare in tantis voluptatibus: moribus erat gratiofus ac iucundis in consuetudine: & eam ob causam ecclesie catholice episcopis, & ijs, qui vel principatu vel eruditione conspicui erant, gratus existebat. Sali- bus enim ludere cum gratia, ac dicteria vicissim excipere & verumq; sine offensa præstare, faceret etiam & ex tẽpore ad ob-

ad obiecta respondere. admodum oportune poterat: Proinde interrogatus aliquãdo quamobrem cum Episcopus esset, in die bis lauaretur? quoniã inquit tertium non assequor: Rursus quoniam assidue utebatur veste candida, ex Catholicis quispiam ipsum dicterio perstrinxerat, ad quem ille, tu igitur inquit dicito, vbi nam præceptum sit atram vestem indui oportere? eo hæsitante, subiiciens, tu quidem inquit istud ostendere non poteris, mihi verò Solomon ille sapientissimus præcepit, inquit, Sint vestimenta tua semper candida: Quin & Christus ipse in Euãgelij, Cum candida veste apparuisset, etiã Moyses & Heliam Apostolis in eadem ostendit: Iam & istud quoq; lepidè à Sisinnio dictũ puto. Agebat Constantinopoli Leontius Ancyræ apud Galatas Episcopus. Qui quidem quod ecclesie Nouatiane primatu illic deiectus esset, ad hunc supplicaturus venerat, ut eum recuperaret. Sed cum hic eum illi non redderet, ipse Nouatiani cõuitabatur, & indignos appellabat, quibus ius ecclesie concederetur, ut quos pœnitentiam, & speratam diuinitus humanitatem è medio tollere diceret. Tum Sisinnius, atqui, inquit nemo tanta pœnitentia discruciatu atq; ego. Interrogatè ibi Leontio quamobrem tandem? respondit, quod te aspexerim: Multa etiam alia ab eo oportunè dicta cõmemorant, & circumferri multos aiunt eius libros haud inuenustos. Magis autẽ probabatur quoties viua voce diceret, ut quĩ omnes actionis partes optimè tueretur, cum & voce oculis & vultu vrbanißimo auditorè abunde mouere posset: Sed qualis hic vir extiterit, hætenus dictũ sit, ut hinc intelligatur, qualem ille in dolem, educationem, & professi- onem sortitus fuerit.

De educatione, ratione vñtus, consuetudine vitæ, ordinatione magni illius Iohannis Chrysostomi, & quo modo illi obstiterit Theophilus Episcopus Alexandrinus. CAP. II.

DVrante hoc Imperio, Cum defunctus esset Nectarius, essetque congregatum concilium, quem nam in eius locũ ordinare cõueniret, dum alij alios eligunt,

nec omnibus probatur idem, tempus extrahitur: Erat autem Antiochiæ ad Orontem presbyter, cui nomen Iohannes, genere patricius, vita integer, ad dicendum ac persuadendum potens, & inter sui temporis oratores excellens, sicut etiã Libanius Syrus Sophista testatus est: Qui cum moriturus esset, rogantibus amicis, quemnam sibi vellet esse successorem? Iohannẽ dixisse fertur, nisi hunc facrilegio Christiani surripuissent: Plurimis autem suis in ecclesia auditoribus ad virtutem profuit, & suam de Deo opinionem infillavit. Siquidem eo quod ipse vitam planè diuinam ageret, ad suã virtutis æmulationem auditores excitabat. Ad eandem verò sententiam secum amplectendam eos insuper faciliè inducebat, non quidem, quod arte quapiam aut orationis vehementia vigeret, sed quod factorum librorum veritatem sincerè explicaret. Oratio enim factis ornata fide meritò videtur esse digna. His autem destituta, scurram, & suorum ipsius dictorum reprehensorem eum qui loquitur, arguit, quamuis magna diligentia doceat: In illo igitur erat vt ex vtiq; probaretur. Victus enim ratione sobria utebatur, & vitæ cõsuetudine exquisita, sũlo orationis perspicuo cum splendore: Nam & natura ipsa habilis erat, & præceptores insuper in exercitiis oratoriis Libanium, in studiis philosophiæ Andragathium fortitus est: Cum autem causas in foro acturus, & hoc genus vitæ sectaturus speraretur, ille sacros scrutari libros, & ex præscripto ecclesiæ philosophari statuerat. Atque huius quidem philosophiæ magistros illos habuit, qui tum temporis ibi celebribus lectoriis præsidebant, Carterium scilicet ac Diodorum, istum qui demum Tarfensis ecclesiæ Antistes fuit, quem equidem audiui propriarum commentationum multos reliquisse libros: Direxisse autem ad literam sacre scripturæ interpretationes suas, auersatum verò speculationes vniuersas: Non solus autem ad hosce ventitabat, sed in eandem secum sententiam pertraxit ex Libanij schola sodales suos Theodorum quendam & Maximum. Quorum Maximus postea Seleuciæ apud Isauros Episcopus factus est. Mopsuestiæ verò in Cilicia Theodorus ad quem

ad quem lapsus diuinus ille Chrysostronus epistolam alteram scribit: Erat is scripturæ sacre, ac reliquæ tum Oratorum tum Philosophorum disciplinæ satis peritus, & ab initio quidem cum in sacras leges incidisset, & cum sanctis viris conuersaretur, hoc vitæ genus approbabat, ac seculare damnabat, sed in eodem hoc proposito non perstitit. Verum pœnitentia ductus ad aliam vitæ consuetudinem pertractus fuit, & quod est consentaneum, contrariis argumentis propositum suum ornans ex veterum exemplis, (erat enim variæ lectiois) in urbem reuersus est. Conducibilis id sibi fore sua opinione statuens, quo ipse potiri concupiscebatur: Iohannes igitur, intellecto, quod ille negotiis mundanis iam implicaretur, & in matrimonio contrahendo occupatus esset, epistolam tum verbis tum sententijs diuiniorẽ, quàm vt eam mens humana capiat, ad illum conscriptam transmisit: Ille verò vbi in eam incidisset, pœnitentia ductus fuit, ac iustus facultatibus relictis ac nuptijs abdicatis, Iohannis consilio saluatus, & ad Philosophicam vitam regressus est: Proinde mihi vel hinc facile conici posse videtur, quod singularis quædam suadela in Iohannis oratione emeret. Vicit enim ipsa & eos quoque, qui pari tum dicendi tum persuadendi facultate pollebant: Hac ipsa vulgum cepit, ac maximè cum frequens esset in coarguendis peccatis, tam in ecclesia publicè, quàm priuatim apud eos, qui deliquissent, perinde ac si ipse iniuria fuisset affectus, cum summa dicendi libertate stomachans: Ea verò res multitudini meritò gratà erat, molesta autem diuitibus ac potentibus, penes quos delictorum pars est maxima: Cum igitur notis ob experientiam, ignotis ob famam tum cruditionis tum virtutis per vniuersum Romanorum Imperium clarus esset, dignus visus est, qui Constantinopolitanæ ecclesiæ Episcopus constitueretur: Postquam itaque in hoc populus & clerus suffragium suum contulissent, etiam Imperator stipulatus fuit, & qui eum adducerent, emisit. Conuocant etiam Synodũ vt ea ratione fauorabiliorem redderet illius ordinationem: Non multò post igitur Asterius

præfectus Orientis acceptis Imperatoris literis indicauit Iohanni vt ad se veniret, perinde ac si illum aliquid rogare ipse vellet, qui vbi venisset, confestim vna cum eo conscenso curru Pagras abequitat, quæ statio est ita dicta. hic eo legatis Imperatorijs tradito, reuersus est: videtur autem ille quod ad hoc negocium attinet, percommodè transegisse, antequam Antiochienses resciscerent, qui ad seditionem pertinaces erant & propensi. Vt Iohannem sponte sua dimissuri nunquam fuerint, nisi prius aliquid vel passi essent, vel ipsi patraissent. Posteaquam autem Constantinopolim appulisset, & vocati sacerdotes conuenissent, ordinationi eius obstabat Theophilus, qui promouebat Isidoru. Erat hic ex presbyteris illi subditis vnus, idemque peregrinorum ac pauperum profectus Alexandria: à puero autem apud Scetin philosophiæ maximam nauarat operam, vt ex hominibus intellexi, qui cum ipso versati fuerant. Alij dicunt Theophilo hunc fuisse amicum propterea, quod & particeps & conscius illi esset rei cuiusdam periculose: Aiunt eum, quod cum bellum gereretur aduersus Maximum, Theophilus datis huic muneribus, nec non & literis, tum ad Imperatorem tum ad Tyrannu, Romam proficisci, & ibidem belli euentu præstolare iusserit, vt victori cū suis literis munera daret: hūc verò in hoc facto deprehensum, & quoniam sibi metueret, fuga dilapsu Alexandriam fuisse reuersum. Ex eo deniq; Theophilum hunc virum inter fidelissimos sibi reputasse, & hac occasione cogitasse illi in periculi suscepti retributionem Constantinopolitanæ sedis Episcopatum cōficere: Verum siue ob hanc causam, siue ob id quod bonum virum iudicavit, hunc ordinare studuerit Theophilus, ad extremum consensit tamen suffragijs pro Iohanne latis, quod plane metueret huius ordinatione studentem Eutropium, qui tum Palatii præfectus erat. quem illi in os esse comminatum dicunt, vt aut cæterorum calculis suis adijceret, aut illis sese purgaret, qui ipsum reū agere degreuerant, aderat enim tū fortè multi, qui illum coram synodo accusaturi erant.

Quo mo-

Quo modo Iohannes in episcopatu collocatus Rē ecclesiasticam cordi habuerit, et Ecclesias vbiq; correxerit: Et quo modo Flauiano Pontificem Romanum reconcilauerit.

CAPVT III.

Iohannes igitur in Episcopatu constitutus, primum clericorum suoru vitam emendare studuit, & facta in eoru conuersatione, in victu & in reliquam vitæ cōsuetudinem diligenti inquisitione, redarguebat, corrigebat, & nonullos etiā ab ecclesia submouebat: nam cum ad corripiendum natura propesus esset, ac iuste eos obiurgaret, qui deliquissent, in Episcopatu etiam non plus indulgit his defectibus: natura enim autoritate fulta, linguā ad redarguendum facile mouebat, & iram aduersus delinquentes propius incitabat: neq; verò suā duntaxat Ecclesiā, sed & aliorū vniuersas ille, seu bonus ac magnanimus Episcopus emendare conabatur: Quam primū enī ad episcopatu peruenisset, cū Aegyptij sacerdotes & Occidētales adhuc cū Orientalibus disiderēt propter Paulinū, & cōmunis quædā distractio ob id ipsum ecclesias per vniuersum Imperiū detineret, Theophilū orabat, vt in hoc sibi auxiliū ferret, quo Flauianus in gratiam Romani Episcopi reduci posset: Cōsensu igitur vtrimq; facto, ad hoc negotiū eligitur Acacius Bercēnsis episcopus, & Isidorus ille, cuius nofe Theophilus ordinationi Iohannis obstiterat: Hi profecti Romā ac legatione pro votis functi, in Aegyptū abnauigabant. Et hinc porro in Syriam peruenit Acacius, Flauiano literas pacificas ab Aegyptijs & occidentalibus sacerdotibus adferens. Cæterū ecclesiæ quanquam hac dissentione ad hunc modū liberatæ essent, pristinam tamē concordiam inter sese nunquā recuperarunt. Antiochiæ verò eoru multitudo, qui Eustachiani dicebantur, ad tēpus aliquod inter sese etiā sine Episcopo cōueniebat: Etenim cū exiguum tēpus superuixisset defunctus est, vt cognouimus, Euagrius Paulini successor: Hinc enim vt opinor extiterunt Episcopis delectus faciles, cū nemo sese his opponeret. Populus igitur prout vulgus confuevit: paulatim & identidem his accessit, qui sub Flauiano conueniebant, atque ita maxima eius pars vnita fuit.

HOc autem tempore Gajnas homo Barbarus, ad Romanos transfuga, ex gregario milite præter expectationem ad dignitatem ducū subuectus, sibi vindicare conabatur Imperium Romanum: Hoc autem dum molitur gentiles suos Gotthos ex proprijs agris in Romanos euocat, & amicos suos secum præfectos exercituum & Chiliarchas constituit: Tumultuante itaque Tirbingilo, qui illum sanguinis vinculo contingens numerofo militum exercitui præerat in Frigia, non latuit quidem cordato illum hæc machinari, sed tamen quia se indignari sedulo simulabat, cum ibi euerterentur vrbes, commissum ipsi fuit vt his suppetias ferret. vt autem in Frygiam peruenit, adducta secum Barbarorum copia, perinde ac si ad bellum venisset, animum suum, quem antea cælauerat, re ipsa prodidit, ac ciuitates quas defendere iustus erat, alias depopulatur, alias mox videtur inuasurus: In Bithyniam hinc progressus ad Calcedonis fines castrametatus, & bellum comminatus est. Rebus igitur in discrimen adductis, maximè ciuitatum earum quæ per Asiam atque Orientem erant, quæque inter has ipsas & ad Euxinum pontum incolebantur, Imperator cum his, qui secum erant considerans non esse tutum imparatos in certamen descendere cum huiusmodi hominibus, quibus erat iam sua deplorata vita, missis literis nūciauit, vt peteret, quicquid vellet, se enim esse paratum in omnibus gratificari: Ille verò Saturninum & Aurelianum viros consulares quòd eos refragari sibi arbitraretur, postulauit. acceptis autem pepercit, & Imperatorem conuenit in templo quodam ante Chalcedonem, in quo Euphemie martyris sepulchrum est, vbi dato & accepto beneuolentiæ iureiurando, arma deposuit, & Constantinopolim traiecit, impetrata ab Imperatore tum peditū tū equitum præfectura: At verò præter meritam dignitatem sibi res euenire tam secundas nequaquam moderatè tulit, sed quoniam prima meritis illi ex animi sententiâ cesserat, etiam Catholicam ecclesiam turbare conatus est, erat enim ille Christianus

Christianus quidem, sed ex Barbarorum hæresi, qui Arrium sectantur: Persuasus igitur ab eius sectæ Antilitibus, aut suo potius studio motus, petijt ad Imperatorem, vt suæ sectæ homines, ex his, qui in vrbe erant, vnam Ecclesiam haberent. Neque enim æquum, & alioqui absurdum esse querebatur, se, quum dux esset Romanorum, extra mœnia adoratum proficisci: His cognitis Iohannes non diu acquieuit, sed adiunctis sibi episcopis his, qui in vrbe erant, venit in Palatium, & imperatore aures præbente, ipsoque Gajna præsentè, prolixè disseruit, ac patriam huic & fugam exprobrauit, & quòd Imperatoris patrum seruatus iureiudando promiserit se beneuolentiam erga Romanos perpetuo ratam, erga ipsum denique, erga ipsius filios, erga leges esse conseruaturum, quas tamen irritas iam facere conaretur, simulque cum hæc diceret, legem ostendebat, quam Theodosius sanciuerat, cum sectarios omnes arceret, ne intra mœnia cõuentus agerent: Deinde conuersa ad Imperatorem oratione, eum hortabatur vt latam aduersus cæteras hæreses legem ratam conseruaret, simulque consulebat fatius esse Imperio cedere, quàm prodere domum Dei, & à Religione deficere: Atque is quidem ad hunc modum viriliter vsus loquendi libertate nihil innouari passus est in ecclesijs sibi concreditis: Gajnas igitur iam infringere iusurandum, & ciuitatem euertere cogitabat. Quo tempore & cometa has insidias portendebat, qui supra ciuitatem maximus apparuit, ad ipsam vsque terram ferme pertingens, & qualis antea nunquam fuisse dicitur: Tentarat autem primum Argentariorum tabernas inuadere, quod se hinc pecuniarum acervos conuasaturum esse speraret. Rumore sparso quòd ista decreuisset, & argentarijs proinde præsentibus maximè opes abscondentibus, neque pecuniam in mensis vt solebant publicè amplius proponentibus, noctu turba Barbarorum inuisita præceperat succendi Palatium: Illi autem percussi re infecta reuersi sunt, Nam cum prope accessissent, videre sibi visi sunt multitudinem armatorum vastis corporibus formidabilem. Suspicati ergo nouitum esse exercitum, nunciarunt Gajna: Ille verò, sciebat enim nihilo plures

solitis milites in vrbe degere, dictis fidem adhibere volebat. Ceterum cum & infrequenti quoque nocte missi alii, idem annunciaissent quod priores illi, ipse progressus oculatus testis fuit admirandi spectaculi: Ratus igitur sua gratia conuenisse ex alijs vrbibus milites, ac noctu custodire vrbem atque Palatium, interdum verò laetare, simulat se dæmonio vexari, & quasi oraturus ecclesiam occupat eam, quam in honorem Iohannis Baptistæ Imperatoris pater in Hebdomo construxerat: Ex Barbaris autè alij in ciuitate manserunt, alij vnà cum Gajna egressi sunt. Clanculum verò arma, ac telorū pharetras scæmineis vehiculis impostas secum eduxerunt: At cum deprehensi essent, portarum vigiles interficiunt, quòd hi armorum exportationem prohibere conarentur: Qua ex re ciuitas metu ac tumultu repleta fuit, haud secus ac si iam captiua esset. Sed præsentibus malis remedio fuit consiliū sanum. Imperator enim nihil cunctatus Gajnam declarabat hoste, & relictos in vrbe Barbaros interfici præcepit. Hos itaq; milites adorti pleròq; occidunt, appellatam verò Gothorum ecclesiam incendunt: Hic enim velut in templo consueto congregati erant, quibus amplius effugere non dabatur occlusis foribus: His intellectis Gajnas per Thraciam profectus in Cherronesum venit, & Hellepontum traicere conatur. Cogitabat enim quòd si transmarinam Asiæ partem occupasset, facile vniuersas Orientalis Imperij gentes in potestatem suam redactus esset. Sed & hæc illi præter spem euenerunt, Romanis etiam hic auxilio diuino vtentibus. Præsto enim exercitus erat terra maricq; ab Imperatore missus, cui præfectus erat Phlaubitas, vir natione quidem Barbarus, sed & vita integer, & rei bellicæ habilis: Barbari ergo cum naues non haberent, iunctis lignorum compagibus per Hellepontum in oppositam continentem traicere conantur. Subito autem vehementer Zephyrus exortus compages istas vi dirupit, & contra eas ipsas Romanorum naues impulit. Itaque ex Barbaris plurimi vnà cum equis ipsis submersi, reliqui à militibus interfecti sunt: Gajnas tum quidem cum paucis saluatus fuit, sed nõ multo post, dum per Thraciam oberrat ac fugit, in alium exercitum incidit, & vnà cum

vnà cum Barbaris suis sublatus est: Atq; hic quidem fuit audaciæ pariter ac vitæ illius finis. Phlaubitas ex ea pugna clarus factus hyparchus cõstituitur: Tum porro hoc ipso & Vincentio consulibus, Imperatori nascitur filius, qui auum nomine referebat, qui sequentis consulatus initio Cæsar appellatur.

Quo modo Iohannes Chrysostomus doctrina sua vulgus attraxerit, ac de muliere Hæreseos Macedoniana, cuius panis est in lapidem conuersus. CAP. V.

Iohannes autem vt Constantinopolitanam ecclesiam optime gubernabat, ita multos ex paganis, multos ex Hæreticis, alliciebat: Cõfluebat ad illū quotidie multitudo, tum eorū, quos vtilitas doctrinæ, tum eorū, quos tendendi illius cupiditas ducebat: quos quidē vniuersos ille captiuos tenuit, & vt sibi in Religione cõsentirēt, persuasit: Tanta verò frequentia eorū erat, qui cõcionibus illius inhiabant ac satiari non poterant, vt, quoniā illi ex mutuo impulsu atque obritu periclitarentur, dum singuli prorsum nituntur semper, vt propius astantes dicentem certius audiant, ipse medium se omnibus exponens è suggestu lectorum docuerit: Oportune autem mihi relaturus in hæc historiam videor miraculū istud quod illius memoria factum est: Vir quidam sectator Hæreseos Macedonianæ, eiusdem sectæ vxorem habebat: Hic cum Iohannē de syn cera erga Deum Religione differentem fortè audiuisset, doctrinam amplexus, & vxorem quoque vt sibi consentiret hortatus est, & quoniam illa notarum mulierum solita consuetudine captiua teneretur, vt maritus, quamuis admonuisset sæpe, nihil tamē proficeret, nisi, inquit, in Religione mihi confors fueris, ne in vitæ quidem communione posthac eris. Ibi mulier data fide se id facturā, cum ancilla quadā, quam fidā arbitrabatur, de hac re cūmunicat, eaq; sibi ad fraudē marito faciendam, sociā adiungit. Itaq; tempore communionis (intelligunt autem qui Christo sunt initiati, quid dicam) illa quod acceperat, continens, velut oratura procumbit, famula interim altaris sur-

tim porrigit id quod manibus adueniens ferebat, quod quidem simul atque dentibus admotum esset, in lapidem induruit. Tum mulier timore consternata, ne quid sibi grauius eueniret ob tantum miraculum in se diuinitus editum, cum festinatione ad episcopum accurrit, se ipsam indicat, ac lapidem ostendit, qui manifesta vestigia morsus, sed materiam ignotam, & inuisitatum quendam colorem referebat: cumq; profusis lachrimis veniam impetrasset, cum marito deinceps concors vixit: Si cui autem hæc verisimilia non videntur esse, testis est ipse lapis, qui etiamnum hodie inter Constantinopolitanæ urbis Cimeteria conseruatur.

*De his qua Iohannes Chrysostomus per Asiam
& Phrygiam egerit, de Heraclide Ephesi,
& Gerontio Nicomediæ Episcopis.*

CAPVT VI.

Iohannes porro certior factus ecclesias in Asia circumquaque ab indignis gubernari, & alios donis ac largitionibus, alios gratia motos vendere sacerdotia, venit Ephesum, & nonnullis in Lycia, nonnullis in Phrygia, nonnullis in ipsa Asia, in vniuersum autem tredecim Episcopis exauthoratis, alios in locū surrogauit Ephesinæ ecclesiæ, (nam huius Episcopus tum forte mortuus erat) Heraclidem præfecit, hominem natione Cyprium, monachorum suorum apud Scetin Diaconum, Euagrii monachi discipulum. Quinimo & Gerontium Nicomediensis ecclesia expulit: Hic enim cum sub Ambrosio Mediolanensi Episcopo Diaconus esset, haud scio qua re motus vtrumne prælugias molitus, an verò dæmonis instigationibus ac spectris agitatus, noctu indicabat se Onoscelidè (est hoc demonū genus asininis cruribus apprensus) apprehensum capite raso in pistrinum coniecisse: Qua de causa Ambrosius eum vt indigna ministro Dei locutū prescripto tempore manere domi, & pœnitentia expiari iusserat. Ille verò cum & medicus præstantissimus, & ad dicendum persuadendumque promptissimus & ad amicos conciliandos

andos accommodatissimus esset, Constantinopolim profectus est, eo proposito, vt Ambrosium criminaretur. Vbi intra tempus exiguum ex his, qui in aula potentes erant, sibi nonnullos amicos facit, ac non multo post Nicomediensis ecclesiæ Episcopatum consequitur: ordinabat verò eum Helladius Cæsareæ Cappadocum Episcopus, gratitudinis ergo, quod ille filio suo splendide exercitus administrationem in palatio intercessor confecerat: His igitur cognitis Ambrosius ad Nectarium Constantinopolis episcopum scribit, vt Gerontium sacerdotio priuaret, nec se & Ecclesiasticum ordinem contumelia affectum negligeret. Ceterum nectario quamuis id magno studio egerit: perficere tamè fuit impossibile, propterea quod Nicomedienses passim ac vulgò illi fortiter obstiterint: Iohannes igitur illo exauthorato Pansophium ordinauit, qui vxoris Imperatoris Pædagogus fuerat. qui quidem tametsi pius moribusque compositis ac placidis esset, acceptus tamen Nicomediensibus non fuit: Ac proinde mota sæpenumero seditione non modò beneficia tum publicè tum priuatim per Gerontium in ipsos collata, verum etiam ex arte medica inexhaustam vtilitatem, & erga omnes tam pauperes quàm diuites ex æquo declaratam sinceritatem atque sedulitatem eius recensebant. His & alias virtutes accumulabant, quas eos æquum erat, qui illum diligebant, & haud secus atq; terræ motum aut siccitatem, aut aliud ali-quod diuinitus exhibitum ostentum deprecaturi, per placentas tum patriæ suæ, tum vrbs Constantinopolitanæ circumueuntes cantillabant, ac Deo supplicabant, vt illum retinerent Episcopum. Ad extremum autem vi compulsi illum dimiserunt cum luctu ac lamentatione, & hunc cum metu & odio receperunt. Exhinc ergo tum illi qui exauthorati erant, tum illorum amici Iohannem accusabant, quòd is rerum nouandarum primus author extitisset in ecclesijs, & ordinationum consuetudinem præter leges patrias inuertisset: & præ inuidia etiam illa, quæ ab illo secundum vulgi etiam opinionem memoria posteritatis digna acta fuerant calumniabantur, quemadmodum videlicet & illud ipsi vitio vertebant, quod in Eutropio contigerat.

SOZOMENI HISTOR.

*De Eutropio eunucho primario, de lege quam in-
lit, & quo modo ex templo retractus & occi-
sus sit, & de obmurmuratione hinc aduersus
Iohannem Chrysoftomum facta.*

CAPVT VII.

Hic enim vt inter Imperatoris Eunuchos præcipuus erat, ita & primus etiã & solus ex his quos quidẽ nos vel cognouimus vel audiuius ad eam dignitatẽ euectus fuit, vt & consulatum adipisceretur, & Imperatori patris loco reputaretur: sed quia neque præfenti potentia impendia, neque contingentes humanarum rerum vicissitudines considerabat, eos extrahere templis aggrediebatur, qui propter ipsum in his ad Deum confugæ supplices hærebant, in primis verò Pentadiam Timagij coniugẽ, quẽ quidẽ potentẽ ac strenuũ ducẽ ille Tyrãnidis affectatã condemnatum perpetuò apud Oasin Aegypti exilio mutarat, sed ille quidem siue, quòd siti defecerit, si cut à quodam accipi, siue quòd veritus sit, ne quid sibi grauius accideret, arenis illic inuolutus repertus est mortuus. Eutropij verò cura sancitur lex præcipiens ne quis omnino ad Ecclesiam confugeret, & vt expellerentur etiam illi, qui ad eam iam confugerant. Non multo post autem ipse quasi Imperatoris coniugẽ contumeliose tractasset ex insidijs impetitus primus ipse legem suam præuaricatus est, & ex palatio profugus ad ecclesiam supplex occurrit, quo quidem tempore splendidam sane orationem aduersus illum sub mensa sacra iacentem Iohannes habuit. Tum vt potentum supercilia retunderet, tum vt populo declararet quod humanarum rerum nihil in eodem statu durare soleat: Hoc igitur factum, qui illi succensebant calumniabantur, quod cum, qui de vita periclitabatur, cum consolari debuisset, obiurgarit, calamitatibus eius insultans: Cæterũ Eutropius Impiã huius audaciae suæ pœnas dedit, cum capite trucidatus sit: Et lex quæ lata fuerat, ex publicis commentarijs prorsus est erasa. Ecclesia porò laudabiliter proficiebat, vtpote cum Deus ipse iniquitatis in illam intentatã vindex in tempo-

re fue-

ECCLESIAST. LIB. VIII. 197

re fuerit. Itaque & cultu diuino augebatur, multoque promptius ab hac causã populus Constantinopolitanus matutinis ac vespertinis hymnis utebatur:

*Quo modo Iohannes Chrysoftomus ad æmulationem
Arrianorũ responsorias cantiones in-
stituerit, & eius doctrina res Catho-
licorum succenerit, quo modo sibi
diuites infensos habuerit.*

CAPVT VIII.

Etenim cum Arriani Theodosio Imperante vrbis ecclesijs Constantinopoli priuati ante mœnia conuentus agerent, noctu primum in publicis porticibus congregabantur, & in cætus distributi alternatim & ad responsoriorum modum canebant, & corollaria adiciebant in sectæ suæ gratiam composita: Sub auroram verò hæc publicè modulantes in eum locum abibant, in quo conuenire solebant: Atque hoc quidem faciebant tum in festis solennibus, tum in prima & vltima cuiusque septimanæ die. Ad extremum denique & lingiosas quoque cantiones adiciebant, vbi sunt (inquiunt) illi, qui tria numina vnã dicunt esse potestatem, & alia his consimilia suis hymnis immiscentes. Iohannes igitur veritus ne qui forte ex sua ecclesia pellicerentur populum suum ad consimilem canendi modum exuscitauit: & hã breui tempore illustriores facti, aduersè hæresis sectatores tum frequentia, tum apparatu superabant: Siquidem crucis argentea signa, facibus accensis eos præcedebant, & Eunucho coniungis Imperatoris in hoc præfectus erat, vt & sumptus his rebus necessarios & hymnos procuraret: Hinc itaque siue inuidia moti siue vindictæ cupidi Arriani catholicos pugna adorti sunt, & vtrimque non nulli interficiuntur. Ac Brisson etiam (hoc enim nomen erat Eunucho Imperatorio) in frontem lapide percussus: Imperator ita percitus huiusmodi Arrianorum conuentus abrogauit. Catholici verò ex huiusmodi causã ad prædictum modum canere exorti, in hunc vsq; diem

ita per-

SOZOMENI HISTOR.

ita perseuerarit: Iohannes ergo ex his & ex concionibus ecclesiasticis apud populum sui amorem adaugebat, apud potentes verò & clericos ex libertate lingue qua aduersus eos utebatur, augebat odium: Hos enim quoties delinquentes cerneret corripiebat, illos opibus, impietate, & voluptatibus inhonestis deprauatos ad virtutē reducebat.

*De Serapione Archidiacono, & sancta Olympiade, & quo modo Iohannem Chryso-
stomum nonnulli conuiuiis prociderint, ac
morosum & iracundum appellarint.*

CAPVT IX.

Inimicitias autem clericorū aduersus ipsum auxit Serapion, quem sibi Archidiaconum constituerat, homo Aegyptius propensus ad iram, ad contumeliā pronus: Non minime autem admonitio eius ad Olympiadem facta. Hanc enim, cum genere esset nobilissima, quamuis inuenculam, ex quo vidua facta erat, quia ex praescripto ecclesiae egregiè philosopharetur, in ministram Nectarius ordinarat: Animaduertens igitur Iohannes eā patrimoniū suum petentibus profunderi, & cæteris cōtēptis tantummodo curare diuina, laudo inquit propositum tuum. Sed bonum dispensatorem rerum suarū oportet esse cum, qui coram Deo summam virtutem consequi studet. Tu verò dum opulentis opes accumulas, haud aliter facis ac si in mare profunderes tua. An ignoras quòd ob amorem Dei sponte tua profunderes tua facultates tuas egentibus deuouisti, quodque ijs dispēsatrix opposita sis, qui pecunijs inhiant dominationis tuae, & rationibus reddendis adstricta tenearis? Si ergo mihi obtemperes, pro necessitate peccentium in populo moderaberis largitionem tuam: hoc enim pacto pluribus gratificaberis, & misericordiam ac promptissimam beneuolentiam coram Deo consequeris: Fuit autem illi & cum monachis plerisque nonnulla similitas & maxime cum Isaacio: Etenim eos, qui in monasteriis suis modeste conquiescerent, atque ita philosopharentur magnificè laudabat, utque à nemine læderentur, haberentque

ECCLESIAST. LIB. VIII. 198

haberentque necessaria, sollicitè procurabat: At si quando foras egraderentur, ac per urbem conspicerentur, tum eos, quasi philosophiam suam dedecore afficerent, conuiuiis profcindebat, & ad sua repellebat: Ex huiusmodi igitur causis tum clerici tum monachi multi ab eo sunt abalienati, ac morosum & iracundum & seuum & arrogan-tem appellarunt: Quin & vitam eius apud populum traduce-re oceperunt, eoque argumento se vera dicere illi persuadere, quòd is neque ad mensam suam quenguam vocaret, neque ad conuiuium vocatus quoquam iret: Cuius quidem facti ego causam aliam reddere non possum, quàm eam, quam sciscitanti mihi vir quidā minime (ut opinor), mendax expediuit: videlicet, quòd ob assiduū studiū in capite & ventriculi orificio plerūq; laboraret, ac proinde ab huiusmodi conuiuiorū societariis abhorreret. Sed isti interim hinc maximas aduersus ipsum calūnias struebant.

*De Seueriano Gabalensi & Antiocho Ptole-
maidis & qua inter Seuerianum ac Sera-
pionem acta fuerint, & quo modo per
Imperatricem res inter eos compa-
sita fuerit. CAPVT X.*

Suborta autem illi quādam odij causa fuit, etiam apud coniugem Imperatoris ob Seuerianum Gabalorum Syriae Episcopū. Etenim & hic ipse & Antiochus Episcopus Ptolemaidis (ea ciuitas est Phoeniciæ) eadem memoria clari, & ad docendum in ecclesia idonei extiterunt: Sed hic expeditè & perquam clarè dicebat, hic ut à nonnullis Chrysostomos, hoc est, aurei oris homo nominaretur. Seuerianus verò tamen sententiis & scripturarum testimoniis præstātor habitus, asperitatē tamē Syrorū lingua repræsentabat: Antiochus igitur cum prior Cōstantinopolim venisset, dicēdo laudē cōsecutus est, ac pecuniis collectis ad ciuitatē suam rediit: Ad huius imitationē & Seuerianus postea veniens, & beneuolū fortè Iohannē natus cū frequēter in ecclesia cōcionaretur, in admiratione & honore erat, & auctoritate pollebat, ipsiq; Imperatori

acque

atq; Imperatrici innotuit: Itaq; cū Iohannes in Asiā proficere-
 ceretur, ecclesiam illi cōmendauit: Illum enim qui pal-
 pum sibi obtrussisset, amicum syncerum esse arbitrabatur.
 Ille igitur Impensius auditoribus gratificari, & populū
 verbis demulcere studebat, quo cōgnito Iohannes, suspen-
 sum habuit, Serapione vt aiunt eum huc instigāte. Post-
 quā enim ex Asia reuersus esset, forte fortuna prateribar
 alicubi Seuerianus, cui tamen quāuis conspecto Serapion
 non asturxit, data id declarans ijs qui presentes aderant,
 se hominem contemnere: Ille verò ob eam rem indigna-
 tus exclamauit, Si Serapio Christianus moritur, Christus
 non est factus homo: ob hoc dictū à Serapione accusatus
 per Iohannem vrbe quasi cōrumeliosus & in Deū blasphemus
 eicitur. Nam testes in hanc rem subornati erant qui
 quidem cum Serapionis amici essent, integrum dictum re-
 ticentes, id solum dixisse illum testati sunt, quod Christus
 homo factus non esset: Imperatoris verò coniunx simul
 atque hæc facta essent, ex satoribus Seueriani rescitit, ac
 statim ipsum ex Chalcedone reuocauit: Iohannes autem
 quamuis multis obsecrantibus illius consuetudinem auer-
 sarus est, donec Imperatrix in templo Apostolorum ipsius
 genibus imposito Theodosio filio, obsecrando ac sæpius
 obtestando vix tandem amicitiam inter illum ac Seue-
 rianum refarciuit: Atque hæc quidem ita comperi.

*De questione in Aegypto mota, an Deus huma-
 na forma præditus sit, ac de Theophilo Alex-
 andrino Episcopo, & de libris Origenis.*

CAPVT XI.

INterea temporis haud multo antea exorta quæstio per
 Aegyptū mouebat, oporteatne Deū ἀνθρώπων μορφῆ
 hoc est humana forma præditū credere? Huius autem
 sententiæ plurimi erant ex monachis istic cōmorantibus,
 qui præ simplicitate sine examine scripturam sacram acci-
 piebant, & in ea Dei oculos & faciem & manus, & quæ-
 cunque alia huiusmodi audire cōsueuerant: Illi verò qui
 reconditū in verbis sensum considerabant, diuersum sen-
 tiebant

tiebant, eosque qui talia dicerent, aduersus Deum simpli-
 citer blasphemos asserbant: Ac Theophilus etiam in ec-
 clesia hanc sententiam amplectendam esse docebat, & in
 epistola quam ex consuetudine de festo Paschali scripsit,
 & incorporeum cogitari oportere Deum admonuit, & hu-
 manæ formæ exortem: Quod quidem vbi Aegyptiorum
 monachis innotuisset, Alexandriam sese conferunt, & in
 vnum congregati seditionē mouent, & Theophilum ceu
 impium de medio tollere cogitant: Cæterum ille euesti-
 gio etiamnum tumultuantibus apparens, perinde inquit
 vos aspexi ac faciem Dei. Hoc dicto homines abunde cō-
 pescuit, adeò, vt etiam iram ponerent. Itaque inquirunt,
 si hic re vera sentis, etiam libros Origenis damnato, cum
 illi suos lectores in istam sententiam inducant. Atqui mi-
 hi inquit ille iam pridem illa sententia stetit, ac faciam vt
 videtur vobis. Nam & ipse non minus quàm vos illis suc-
 censeo, qui Origenis opinionem sectantur: Atque ille
 quidem fraterculos istos ita mitigatos dimisit, ac seditionem
 soluit.

*De quatuor Fratribus Monachis cognomine
 Longis, quibus Theophilus ex amico hostis
 est factus. CAPVT XII.*

Hortasis autem tunc tēporis ammino sublata fuisse
 ista quæstio, nisi consopitam iam ob inimicitia pri-
 uatam suscitasset ipse Theophilus, insidiatus Am-
 monio & Dioscoro & Eusebio & Euthymio, qui cogno-
 minabantur Longi, quos quidem cum fratres essent, cele-
 bres euasisse inter eos, qui apud Schetin philosophaban-
 tur, ex præcedentibus cognouimus: Atq; hi quidem in-
 ter omnes Aegypti monachos illi charissimi erant, quos
 & congerrones plerunq; sibi & familiares adiungebat, ac
 Dioscorum etiam Hermupoleos Episcopum constituit:
 In odium autem horum venit ex inimicitia aduersus Isi-
 dorum suscepta, quem defuncto Nectario in Constanti-
 nopolis episcopatum sufficere studuerat: Sunt enim qui
 dicant, mulierem quampiam ex Manichæorum secta ad ec-
 clesiam catholicam fuisse conuersam. Theophilus autem

quasi hanc inconsideratè mysteriis communicare passus esset, antequam ptiorem sectam abnegasset, presbyterum accusabat. At Petrus (hoc enim illi nomen erat) & ex ecclesie præscripto, & ex mandato Theophili se mulierculam in communionem admisisse asseuerabat, eiusque rei testem aiebat esse Isidorum: Atq; is quidem vti tunc temporis Romam fortè missus erat, ita domum reuersus Petrum vera dixisse testatus est: Theophilus igitur indignatus, quasi calumnijs circumuentus esset, vtrunque Ecclesia expulit, atque hæc quidem nonnulli sic referunt. Cæterum ego ex viro fide digno, qui cum hisce monachis conuersatus fuerat, duplicem cognoui causam extitisse Theophilo inimicitie aduersus Isidorum susceptæ, alteram communem illi cum presbytero Petro, quod hi ipsum à sorore sua hæredem fuisse scriptum testari detrectassent. Priuatam alteram, quod ille Theophilo tanquã in ecclesiarum structuram capere volenti insumendas non concessisset pecunias eas, quæ sibi vt pauperum dispensatori multæ adferebantur, sed præstabilius esse diceret, ægrotorum corpora, quæ verius templa Dei cogitare possumus, & ob quæ pecuniæ ipsæ præbebantur, conuenienti cura recreare, quàm parietes ædificare: Verùm siue ob hanc, siue ob aliam causam à Theophilo excommunicatus Isidorus, Schetin venit ad monachos ibi commorantes velut ad sodales: Assumptis igitur quibusdam secum Ammonius ad Theophilum profectus orabat, vt Isidorum in communionem reciperet. Atque ille tum quidem se id facturum promptè pollicitus esse dicitur, sed elapso aliquo tempore cum nihilo plus ipsis succederet, ac manifestum iam esset, quod Theophilus ipsos falleret, maiori quodam cum apparatu reuersi, postularunt, vt promissa præstaret: Ibi ille ex monachis vnũ publicæ custodiæ tradidit, vt reliquis metũ incuteret, sed ea spe frustratus est. Siquidem Ammonius eiusq; socij quia custodiæ præfectus ad suppeditanda captiuus necessaria aduenire videbantur, facile intromissi sunt, ingressi autem non rursus exire voluerunt. Qua re intellecta Theophilus indicat se istos homines ad se vocare. Verùm illi primum vt ipse eos educturus veniret, postularunt, neque enim

enim æquum esse, eos, qui contumelia publicè affecti essent, clanculum è custodia emitti, sed concedentes tandem ad illum venerunt: quos ille tum deprecatos, quasi non vltius offensurus dimittebat, secũ interim frendens ac stomachans rationem meditabatur, qua illos posset lædere. Cumque sollicitus esset, quidnam his facere posset mali, qui possessiones nullas haberent, qui omnia præter sapientiam contemnerent, decreuit eorum tranquillitatè perturbare. Itaque cum ex ijs, quæ præsentibus cum ipso disputant, eos his insensos esse sciret, qui Deum humana forma præditũ esse docet, quoniã Origenis erant sectatores, ipse quanquã aliter sentiret, cum vulgo monachorum conspirauit: Ex hinc igitur mira quadam contentio inter monachos inualuit, neque enim disputationibus ad formam compositis sese in mutuam sententiam inducere dignati sunt, sed ad conuicia semet conuerterunt: Atque illi eos qui Deum incorporeum esse statuebant, Origenistas appellabãt, hi verò Anthropomorphianos eos, qui contrarium sentiebant.

*Quomodo hi monachi Iohanni sese adiunxerint,
indeq; Theophilus insidiatus fuerit ipsi
Iohanni. CAP. XIII.*

Ammenius autè ac Dioscorus intellectis insidijs Hierosolymã secesserunt, & inde Scythopolim venerunt, quæ eam habitationè sibi commodã esse duceret ob frequentiam palmarũ, quarũ folijs utebantur ad cõsuetam monachorũ opera. Sectabant enim ipsos viri plus minus octuaginta: Interea tẽporis Theophilus quosdã Cõstantinopolim emisit, tũ vt is antea in tẽpore, calũnias quasdã serceret aduersus illos, tũ vt obsisteret, si qua in re illi Imperatoris opè implorarent. Ea re cognita Ammonius Cõstantinopolim traiecit, & cũ eo Isidorus, qui cõmuni studio id agebat, vt corã Imperatore iudice & Iohãne episcopo detegerentur insidiæ, quæ ipsis erãt intetata: arbitrabantur enim illũ legitimæ libertatis in loquendo studiosum sibi opẽ legitimè posse ferre: Ille verò istos viros, postq̃ venissent comiter excepit, & in honore habuit, & in ecclesia preces fundere nõ prohibuit, ad mysteriorũ verò cõmunionem

admittendos nō censuit, quōd id ante causam cognitā fieri fas nō esset. Scripsit autē Theophilo vt cōmunionis ius illis redderet, quoniā de Deo rectē sentirēt, aut si in iudicio putaret examinādā eorum causā, mitteret quem actorem vellet. At verō ille his nihil rescripsit: multo igitur iam elapso tempore progredientem Imperatoris coniugem iij qui cum Ammonio erant accedunt, & de his conqueruntur quē à Theophilo aduersum se tentata erant: illa eos in fidij circumuentos iam antea senserat, ideoque honore exhibito substitit, & ex Imperiali curru prominens, capite annuit, ac bene precemini, inquit, & orate pro Imperatore ac me & liberis nostris & Imperio, mihi curæ erit vt Synodus breui conuocetur, & Theophilus huc veniat. Atq; illa quidem hæc curauit. Ceterum cum falsus rumor apud Alexandriam inualuisset, quōd Iohannes Dioscorum cum socijs ad communionem admisisset, ijsque in omnibus ad esse studeret, Theophilus meditabatur, si qua ratione Iohannem ipsum episcopatu deijcere posset.

De peruersitate Theophili, & de sancto Epiphania, quo modo is Constantinopolim aspulerit, & populum aduersus Iohannem concitauerit.

CAPVT XIII.

HAEC dum animo continet ac versat, oppidatim ad Episcopos scribit, ac libros Origenis reprehendit. Considerans autem plurimum sibi profuturū, si studij sui socium nactus esset Epiphanium Salaminis in Cypri Episcopū, virū ea ætate ob integritatē vitæ clarissimū sibi amicum reddidit. hunc enim cum antea reprehendisset quōd Deum humana forma præditum censeret, iam velut ex pœnitentiā rectam sententiā doctus, se cum illo cōsentire scripsit, & aduersus libros Origenis, qui huiusmodi dogmatum author extitisset, calūniam instituit: Epiphanius igitur iam olim auersatus Origenis scripta, libenter assentur epistolæ Theophili. & conuocato Cypriorum Episcoporum Concilio lectionem librorū Origenis damnat. & perscripto eorum ipsorum decreto tum aliis, tum Con-

Constantinopolitano episcopo suadet, vt synodū cōuocent, & eadem decernāt. Animaduertens igitur Theophilus se absq; periculo Epiphanium posse seclari, qui laudaretur à multis & ob vitæ præstantiā, vteunq; de Religione sentiret, approbaretur, ipse quoq; vnā cum Episcopis sibi subditis consimilia decreuit. Iohannes verō studium quod his rebus impenderetur concilio dignū non esse censebat, atq; Epiphaniij Theophilijq; literas susq; deq; ferebat. At verō potentes & clerici qui illi infensi erant cū in rellexissent Theophilū in hoc esse, vt Iohannem exauthoret, studiosè suam operam contulerunt, & vt frequentissima synodus Constantinopolim cōuocaretur procurarūt. Hoc intellecto Theophilus magis etiā nū vrget & episcopos Aegyptios nauigio trajcere iubet, atq; Epiphanio reliquisq; per Oriētē episcopis scribit, vt propere cōueniāt, ipse pedes iter cōficiat: Ac primus nō multo post Epiphanius ex Cypri trajiciens in locū Cōstantinopoli vicinū appulit, quē Hebdomon appellāt, & precibus in ecclesia ibi fufus, porrō in ciuitatē venit. Iohannes ingredientē totiū cleri processione veneratus est: Cæterum Epiphanius manifestè præ se tulit, quōd calūnijs aduersus illū structis cōsensisset. Nā cū inuitaretur vt in domibus ecclesiasticis diuersaretur, nō acquieuit. Et quia cōfortiū habere cū Iohanne fugeret, cōuocatis priuatim Episcopis ijs, qui Cōstantinopoli morabantur, ostendebat ea, quæ aduersus libros Origenis decreta erāt, ac nōnullos induxit vt his ipsis suū suffragiū quoq; adijcerēt. quod tamē plurimi facere detestabant: Quin Theotimus Scythiæ episcopus Epiphaniā in os perstrinxit. Aiebat enim nequaquā esse fas, eum qui iam pridē esset mortuus, afficere contumelia, neq; extra blasphemiam esse, maiorum censuram calumniari, & quæ ab illis decreta sunt, reprobare. Hæc vbi dixisset, librum quendam Origenis in medium profert ac recitat, & recitata ecclesijs vtilia esse demonstrans, ineptum quiddam inquit his accidit, qui ista vituperant, periculum enim est ne & ea ipsa damnent, de quibus hi libri conscripti sunt. Porrō Iohannes etiamnum venerabatur Epiphanium, eumque rogabat, vt & vna ecclesia & vna domo secum vteretur. Sed ille neque eadem domo vsurum se, neque vna

SOZOMENI HISTOR.

præcaturum esse cum illo renūciabat, nisi damnaret libros Origenis, & Dioscorum vna cum socijs expelleret. Verum cum ille id ante causam in iudicio cognitam facere iustum non esse diceret, ac proinde differret, quoniam in templo Apostolorum Communio celebranda instabat, Epiphanium subornant inimici Iohānis, vt is prodiret, ac publicè coram populo libros Origenis damnaret, & vna Dioscorum eiusque socios, vt qui eandem cum Origene opinionem fouerēt, & interim episcopum quoq; ciuitatis taxaret, qui hisce faueret. Atq; hi quidem id studebant, pu- tabant enim se cum hac ratione in odium populi con- iecturos. Itaque postmodum in hoc egressus Epiphanius iam prope ad ecclesiam peruenerat, cum obuiam illi veniens Serapion ab Iohanne missus, (perceperat enim ea, quæ pri- die fuerant constituta,) protestabatur eum neque æquum facere neque quod ipsi expediret, cum quidem & ipse in periculum venturus sit, si forte tumultus aliquis in popu- lo aut seditio moueatur, cuius author ipse extiterit: Atque ea quidem oratione ille ab imperu isto auersus fuit.

*De Filiolo imperatricis, & de Sancto Epiphanio,
& quomodo Longi in colloquiū cum Epiphanio
venerint, & quo modo ipse rursus in Cyprum
abnauigauerit, ac de Epiphanio & Iohanne
amplius.* CAPVT XV.

INterea temporis accidit, vt morbo corripere- tur filiolus Imperatoris, mater ergo sollicita, ne quid illi grauius ac- cideret, misso nuncio Epiphaniū rogabat, vt pro eo ora- ret. Ille pollicetur egrotum esse victurū, si quid illa Diof- corū eiusq; socios hēreticos auersaretur. Imperatrix verò, atqui, inquit, meū filium si Deo repetere placuerit, ita fiat, dominus enim idem qui dedit rursus aufert. Tu verò si mortuos excitare posses, mortuus vtiq; non esset Archidiaconus tuus. Erat enim nō multo antea mortuus Cri- spion, quē fratrem existentem Phisconis & Salamani mona- chorū, quorū sub Valēte mētionē fecimus, cū familiarem haberet, Archidiaconū cōstituerat. Iā verò Ammonius e- iusq;

ECCLESIAST. LIB. VIII. 202

iussq; socij ad Epiphaniū veniūt, (ita enim ipsi Imperatrici visum fuit) & sciscitanti ei, qui nā essent, respondens Am- monius, Longi, inquit, sumus o pater, ac numquādo vel in discipulos vel in libros nostros incidere libens equidem cognoscerē, illo negante, iterum rogauit, vnde ergo hēre- ricos eos esse cōsuisisti, qui illorum sententiæ probationem nullam habes: & cum se id ex auditu habere ille respondi- set, atqui nos inquit plane diuersum fecimus, nā & in discipulos tuos frequenter incidimus & in libros, ex quibus is est, qui, ex anchora titulum præfert, & cum multi te con- uitijs proscindere ac velut hēreticum calumniari vellent, nos vt patrem æquum erat defendimus, & responso rurati sumus: Quocirca nec tu indicta causā ex solo auditu dam- nare debebas, quæ certò ipse non cognoueras, neque hu- iusmodi vicem rependere illis, qui de te loquuntur bene: Epiphanius itaque deinceps moderatius locutus viros is- tos à se dimisit. ac non multo post abnauigauit in Cyprū, siue quòd eum Constantinopolitanæ professionis pœni- tentia cepisset, siue quòd eum oraculo admonuisset Deus, ac mortem ipsi vt consentaneum est, prænucciaisset. Siqui- dem inter nauigādum priusquam in Cyprum peruenisset est mortuus. Cum autem nauē iam contencurus esset, E- piscopis illum ad mare comitatibus dixisse fertur, ego vo- bis relinquo urbē & palatium & actionem, ipse autem de- cedo, festino enim, & quidem admodum festino: Atque equidem ex multis cognoui adhuc durare rumorem, quòd Iohannes Epiphanio mortem in mari futuram prædixerit, & ille vicissim huic episcopatus amissionem: nam quò tempore inter sese litigarent, ille Iohāni protestatus est, spe- ro te non moriturum episcopum, & Iohannes illi vicissim protestatus est, & ego spero nec te quidem ingressurum es- se ciuitatem tuam.

*De similitate inter Iohannem & imperatricem,
& quo modo venerit ex Aegypto Theophi-
lus, & de Cyrino Chalcedonis episcopo.* CAPVT XVI.

SOZOMENI HISTOR.

Postquam Epiphanius ita ab nauigasset, Iohannes in concione mulieres communi oratione perstrinxit. eā populus ita accepit, ac si sub inuolucris aduersus Imperatoris coniugem directa esset. Itaque hostes episcopi eam orationem exceptā ad Imperatricem detulerunt: Illa de contumelia apud maritum conquesta, id vrgebat ut Theophilus quā̄m ocysimē adueniret & synodum congregaret. Ad hanc rem & studium suum & operam etiam Seuerianus Gabalensis commodabat, nondum oblitus prioris offensā: Vtrum autē Iohannes casualiquo in istā orationē prouectus fuerit, an verò quod, ut quidā dicunt, suspicaretur Imperatricem induxisse Epiphanium, ut sibi insidiaretur, certò expicere non possum: non multo post autem Theophilus Chalcedonem aduenit, & vnā alij multarum ciuitatum episcopi, partim per Theophilum exuscitati, partim Imperatoris edicto vocati: studiose autē cōueniebant quotquot ab Iohanne per Asiam suis episcopatibus exuti fuerant, & quotquot alioqui alia de causa illi in fensi erant. Iam verò naues ex Aegypto, quas Theophilus expectabat, Chalcedonem appulerant. Cum igitur hic rursus essent congregati atque id studerent, ut quā̄ maximē sibi ex animi sententia succederet suum istud aduersus Iohannem inceptum, Cyrinus qui tum Chalcedonensi ecclesiā præsidebat, & propter cognationem Theophilo forte gratificabatur, erat enim Aegyptius, quanquā̄ & alioqui Iohanni infestus, plurimis conuitiis eum onerabat. sed illum velox istius contumeliā̄ vindicta corripuisse visa est: Siquidē Maruthas qui ex Mesopotamia cum episcopis illis aderat, imprudens alterum pedem illi calcando protriuit, ex quo cum doloribus differretur, non vltterius iam cum reliquis sacerdotibus Constantinopolim traiecit, quanquam ad insidias Iohanni struedas per quā̄ necessarius esse videretur, tandem verò cum malē sapius à medicis tractatus esset, crus illi fera abscissum est, coincidens enim putrefactio totum corpus depascebatur, ita ut & alter pes idem pateretur ex contagione mali, itaque ille non multo post in doloribus finiuit vitam.

De Syno-

ECCLESIAST. LIB. VIII. 203

De Synodo per Theophilum collecta, & de accusatione Iohannis Chrysostrami in Ruffinianis facta, & quomodo Iohannes, quia vocatus non comparuisset, ut contumax à Theophilo depositus sit. CAPVT XVII.

Theophilo autē, cum Constantinopolim traicisset, ne mo ex eius vrbis clericis obuiā processit. Erat enim iā̄ depræhensus episcopi hostis: Nautæ verò Alexandrini, qui tum Constantinopoli degebant, tum etiam ex aliis nauibus & maximē frumentariis collecti in vnū sunt, & alacriter illum cum laudibus exceperunt: Præterita igitur ecclesia ille in domum Imperatoriam venit, in qua ipsi diuersorium præparatum erat: & cum multos esse animaduerteteret, qui Iohannem odissent & accusare parati essent, reliquis prius dispositis prout commodum sibi fore videbatur, ad quercum profectus est: Est id suburbium Chalcedonis, quod à Ruffino consulari iam cognomen habet, in quo & Regia est & ampla ecclesia, quam ipse Ruffinus in honorem Apostolorum Petri ac Pauli extruxit, & Apostoleum ex ipsis appellauit. Monachos etiā̄ in vicino collocauit, qui clerum ecclesiæ supplerent. Hoc loco Theophilus vnā cum cæteris episcopis cōueniens, de libris Originis nullā̄ quidem mentionem fecit, sed Schetenfes: istos monachos ad pœnitentiam inuitauit, pollicitus se neque iniuriæ acceptę fore memorem, neque mali quicquam esse facturū. Cum igitur suis clamoribus illos vrgerent fautores Theophili, ut veniā peterent, & interim simularent Synodum pro ipsis supplicare, monachi perturbati, atque hoc planē fieri oportere rati, multis episcopis præsidentibus, illud scilicet quod ipsis dicere solenne est, etiam si iniuriam fecerimus, ignosce, inquit: Theophilo igitur illos promptē in gratiam simul & in communionem recipiente, soluta est cognitio, quæ aduersus Scetenfes istos instituta fuerat, quod opinor non ita successisset, si vnā cum reliquis monachis Dioscorus & Ammonius adfuissent. Nam Dioscorus iam antea mortuus in templo Mocij martyris est sepultus. Ammonius autem modò

Bb v cum

cum synodus conuocaretur corpore languere cœpit, & postquam ad Quercum traicisset morbo grauius correptus fuit, ac non multo post finiuit vitam, & apud vicinos monachos vbi etiam iacet, splēdidam sepulturam fortitus fuit. Theophilus tandem vbi id intellexisset, illachrymasse fertur ac dixisse, quod inter vniuersos monachos suos talis non esset, qualis fuisset Ammonius, etiamsi ipsi turbam extitisset author. processerat interim illi & hoc ex sententia. Synodus porrò vniuersos Constantinopolis clericos conuocauit, depositionem illis minitata, qui non obtemperassent. Vocauit & Iohannem quoque, vt sese defenderet. Iussit autem, vt cum eo ad eset Serapion & Tigrius presbyter, & Paulus lector: Iohannes igitur & alios quosdam clericos familiares suos, & Demetrium Pisinunz Episcopum ad illos mittens, ait se non detrectare iudicium, quin paratum esse, si prius tamen accusatores cognouerit, & obiectum crimen expenderit, coram ampliori Synodo sui defensionem suscipere. Neque enim seram stultum fore, vt Iudices ferat eos, qui essent manifesti hostes. Indignantibus igitur Iohanni, tanquam non obediētī Synodo, episcopis, illorū qui hæc nūciarant nonnulli metu terriți non sunt reuerși amplius. Demetrius verò, & quotquot Iohannis familiaritatem præferēbant, ad illum sunt regressi: Eodem autem die notarius ex aula festinabūdus adueniens, Iohānem vrsit, vt ad episcopos exiret, illos autē vt in ferenda sententia non cunctarentur. Cum igitur quater vocatus, ad œcumenicam synodū prouocasset, illi nihil aliud causati, quàm quod vocatus non obtemperasset, eum deposuerunt.

Quomodo populus aduersus Theophilum eiusque Synodam tumultuatus fuerit: & imperatoribus maledixit. et Iohannes proinde reuocatus episcopalem sedē recuperavit.

CAPVT XVIII.

Vlgius autem vbi hæc ad seram vesperam Constantinopoli resciuisset, ad seditionē insurrexit, & concursu mane ad ecclesiā factō clamitarūt, tū alia multa, tū quod maior synodus de illo cognoscere deberet. & cū hi qui-

quibus id ab Imperatore fuerat iniunctum cum in exilium abducere properarent, nequaquam concesserūt. Cæterum ille veritus ne quod sibi crimen aliud confictum impingeretur, vel quasi aduersus Imperatorem fuisset contumax, vel quasi populum concitasset, tertio post depositionem die plebe iam dispersa, circa meridiem furtim relinquit ecclesiam: Iam verò abducto eo grauem seditionem populus concitabat, atque Imperatorem ac Synodum & præcipuè Theophilum & Seuerianum conuitijs ineessebat. ambo enim insidiarum antesignani erant. At verò Seuerianus, cum in ecclesia doceret, Iohannis depositionem collaudabat, vt pote in hominē arrogantem factam, si ob nullū aliud crimen: nā cætera, inquit, peccata remittit hominibus Deus, sed superbis resistit: his auditis maiori odio aduersus Seuerianum plebs inflammata fuit, iramque renouauit, & sine intermissione grafsata est, & neque in templis neque in foris quiescere potuit, verum cum luctu ac lamentatione ad ipsa vsque palatia prorumpens pro Iohannis reuocatione supplicabat. Imperatrix igitur populi precibus victa, marito persuadet, vt annuat, & misso confestim Britone fideli eunucho suo ex Preneto Bythyniæ Iohannem reduxit, declarans simul se & earum insidiarum esse insontem, quæ in eum essent intentatæ, & venerari ipsum vt sacerdotem ac filiorum suorum in Religione gubernatorem: Ille itaque reuersus in suburbio Imperatricis in portu morabatur, & donec maioris Synodi iudicio declaratum esset ipsum iniuste ab episcopatu esse depositum, urbem ingredi vltius detrectauit: Sed cum rursus stomacharetur populus, & Imperatoribus conuitiaretur, coactus introijt. Tu verò populus cantilenis pro re nata compositis obuiam procedens, cum & ardentes tēdas plurimi ferrent, ducunt ipsum ad ecclesiam, & quanquam reluctantem ac sæpenuero asseuerantem, oportere prius eos calculum suum reuocare, qui contra ipsum tulerant, vti moris est sacerdotibus, compulerunt illum & populo benedictionem impertiri, & in episcopali sede confidere. Coactus itaque extemporalem quandam orationem habuit, & ex venustissima similitudine argumēto sumpto, subindicauit Theophilum

ocepif-

SOZOMENI HISTOR.

occepisse contumeliam facere ecclesie sibi commissa, vt & Regem Aegyptium vxori Abrahami patriarchæ, quemadmodum referunt libri Hebræorum. Cumq; populū vti par erat ob propensum animum, Imperatores ob beneuolentiã erga se collaudasset, in multos applausus ac benedictiones Imperatoris eiusq; coniugis vulgum excitauit, adeo vt, se aiplenam orationem abrumperet cogere.

De peruersitate Theophili, de distidio inter Aegyptios & Constantinopolitanos, de fuga Theophili, de Nilamont Monacho, & Synodo pro Iohanne Chrysostomo collecta. CAPVT XIX.

Theophilus interim perplexus ac sollicitus quod remediū rebus presentibus adferet, sibi non confidit, quamuis in hoc propensus vt publicè Iohannem traduceret, quod præter legem sacerdotio post depositionem fungeretur. Nam cū ille iã apud Imperatores eū calūniatus esset, ipsi metu seditionis popularis etiã reluctantem recedere compulerunt: Heraclidæ ergo accusatori bus iudicium proposuit etiam contra absentem, ratus se hinc probabiliorē forte causam inuenturum exauthiorandi Ioãnis. Sed contradicentibus eius amicis, & neque iustum neque ecclesiasticum esse dicentibus hominem absentem iudicare, contraq; Theophili sectatoribus asseuerantibus, suam deinceps eam litem faciens, tum Alexandrinorum & Aegyptiorum multitudo, tum populus Constantinopolitanus, ad mutuã pugna concitatus fuit, adeo vt multi vulnerarentur, nonnulli interficerentur. Quamobrem tum Seuerianus tum reliqui episcopi, præter eos, qui pro Iohanne stabant, correpti metu, Constantinopolim facta fuga relinquunt. Ac Theophilus etiam statim nihil cunctatus, quam iam hyems ingrueret, fugiens vnã cum Isaacio monacho Alexandriam abnauigauit. Sed cum tempestas maris vrgeret appulit Geras, quæ ciuitas est pusilla, plus minus quinquaginta stadijs à Pelusio distans. Huius vrbs episcopo tum vita defuncto ciues, vt accepi, elegerant ecclesie suæ Antistitem Nilammonem, virum bonum, & qui ad monasticæ vitæ fastigium cõscendisset: is habitabat ante ci-

ECCLESIAST. LIB. VIII. 307

te ciuitatem in domuncula, in qua se ipse concluderat: inua lapidibus obturata, eo proposito vt sacerdotium auerfaretur: Theophilus itaque veniens hortabatur, vt ordinationem à se oblatam acciperet, apud quem ille quamuis frequenter se excusans nihil obtinuit, tãdem instanti cras inquit ita facias: pater si placet, vt ego hodie res meas ante te disponam: At cum Theophilus posttridie ex condito venisset, atq; eū fores aperire iussisset, age verò inquit Nilammon oremus primū. Quo laudato Theophilus qui de orauit, sed Nilammon inter oradū hãc vitam reliquit. Hoc autem & Theophilo primum, & ijs etiam, qui vnã eū illo foris stabant, ignotum erat, verum cū paulatim tereretur dies, quia sæpenumero intētus euocantes nō audiret, deiectis qui ad ianua erant lapidibus, reperiunt hominem mortuū. Inuolutum igitur quibus oportebat, publica sepultura dignati sunt, ac templum etiam supra illius sepulchrum indigenæ construxerunt, & summa eum solennitate adhuc diem mortis eius celebrant. Ac Nilammon quidem ad hunc modum mortuus est, si tamen morte dicere oportet, quam ille subire maluit, quam episcopatum suscipere, quo se indignum esse ob ingenij modestiam cõsuevit: Porro Iohannes Constantinopolim reuersus magis etiam nū gratus populo apparuit. Et cum eo tempore Constantinopolim conuenissent circiter sexaginta episcopi, decretū per eos est, vt & irrita haberetur ea, quæ ad Theophilum acta fuerant, & vt Iohannes episcopatum tetineret. Itaque ille in officio sacerdotali perseuerauit, & sacerdotes ordinauit, ac cetera vt in ecclesijs antistites oportet, administrauit, quando & Serapionem Heraclæ in Thracia episcopum constituit.

De statua Imperatricis, & iis, quæ huic nomine facta sunt, de doctrina Iohannis, de Synodo aduersus eum rursus congregata, eiusq; depositione. CAPVT XX.

Non multo autem post, Cum argenteum simulachrum Imperatricis colūnae purpureæ impositū dedicaretur (quod quidē adhuc superest ad meridionalem tēpli plagam

plagam ante domū magni fenestus ingēti pede subnixum) & applausus ob id, ac publica saltatorum & histronū spectacula ibi ederentur, sicut tunc moris erat in Regiarum imaginum dedicatione, Iohannes ea, quasi ad ecclesiæ cōtumeliā fierent, in cōcione ad populū habita reprehendit: Quo circa Imperatrix cum recens adhuc esset memoria superioris offensæ, quasi contumeliā passa, rursus ira intumuit, ac Synodum rursus conuocari studet: Ille nihil celsit, sed etiamnum manifestius eam pro concione perstringens ad iram inflammauit: quo tempore celebrem illam orationem habuit ad hunc modum exorsus, Rursus Herodias insanit, rursus saltat, rursus Iohannis caput in lancem accipere gessit: haud multo post igitur cum alij episcopi, tum verò & Leontius Ancyræ, & Acacius Beroæ appulerunt. Cum autē Christi dies natalitius illuxisset, Imperator, ut consueuerat, in ecclesiam non venit, sed Iohāni indicauit se nō cōmunicaturum esse cum ipso, antequam de obiectis criminibus purgatus insons appareat. Sed quoniam is diceret se libenter sese defensurum, accusatores eius metu territi accusationem prosequi ausi non fuerunt. Iudicibus autem visum est, ne opus quidē esse, eum qui semel quomodocunque depositus esset, secundò iudicio sisti: Ideoq; ex reliquis nihil excuserunt, sed ad illud Iohannem tantummodo respondere voluerunt, cur ipse, cum depositus esset, antequam Synodus permitteret, iterum in episcopali sede confedisset, & cum ille suffragia eorum episcoporū protulisset, qui post priorem Synodum secum communicassent, qui plures extirrisent, quā qui ipsum deposuerant, ac proinde Canon ecclesiasticus depositionem prohibeat, illi hanc defensionem non recipiunt, sed eum deponunt, obiicientes istam sectariorum esse legem. Siquidem Arriani postquam calumnijs circumuentum Athanasium Alexandria ecclesia eiecerunt, metu vicissitudinis rerum Canonem istum condiderunt, id agentes, ut ea quæ aduersus illum fuerant machinati, manerent indiscussa.

Quæ

*Quæ mala vulgo propter Iohannis eiectionem
euenierint, & de insidijs per Sicarios illi
fructum. CAP. XXI.*

Iohannes ergo depositus, ecclesiastico munere non amplius fungitur, sed in episcopali diuersorio quiescit: Iam autem finita quadragesima, in ipsa sacra nocte qua anniuersarium festum celebratur, ad memoriam resurrectionis dominicæ, qui Iohannis fautores erant Ecclesia extruduntur, inuadentibus eos interim dum mysterijs adhuc occupantur, militibus atq; illius hostibus, quæ quidem res cum ex improviso accideret, ingēs tumultus oriebatur circa Baptistierū, mulieribus euulātib; ac turbatis, pueris plorantibus, sacerdotibus verò ac ministris vapulātib; & in ornatu, ut erāt per vim rapratis. Cætera cuius, quæ in tanta confusione fuisse facta cōsentaneum est, qui Christo dederunt nomen, haud ignorant, ego autem necessariò tacebo, ne quis fortè profanus in hanc historiam incida: Reliqua igitur multitudo vbi insidias istas comperisset, postredie relicta ecclesia in publicum Balneum admodum amplum Imperatoris Constantij nomine insigne congregata, Pascha celebravit, sub Episcopis & presbyteris & reliquis alijs, quibus ecclesiam gubernare fas est, qui tum, ut Iohannis fautores, populo aderant. Cæterum & hinc rursus expulsū conuenerunt ante urbem in quendam locum, quem Constantinus Imperator, nondum ciuitatem auspiciatus, in equestri certaminis spectaculum adornarat asseribus conuallatum: Deinceps verò interdum hic, interdum alibi, prout concedebatur, priuatim cōgregabantur, ac Iohannitæ vocabantur. Eadem tempestate vir quidam dæmonijs agitatus seu agitari creditus, gladiolum habens, & velut ad eandem Iohannis instructus, sed facinus nondum aggressus deprehenditur, & à multitudine tanquam pretio ad insidias faciendas conductus esset, captus ad Hyparchum abducitur. Quem tamen Iohannes missis aliquot episcopis secum versantibus liberauit, anteq̃ supplicio afficeretur

Pascha

Postea verò & Elpidij presbyteri, (qui quidē diaconi manifestus hostis erat) seruis in episcopales aedes effuso cursu irrupit. eum agnitum quidam ex his, qui forte aderant, è cursu remoratus est, & causam cursus inquisiuit. Ille verò nihil respondens confestim cultello hominem pungit, & post eum etiam alterum, qui ad huius cædem exclamauerat, quin & præter hos etiam tertium vulnerat. Tumultuantibus igitur cum clamore his, qui aderant, conuersus aufugit, & cum hi, qui eum persequebantur, eos, qui procul erant adhortarentur vt fugientem comprehenderent, ex balneo quidam accurrens, ex quo recens lotus progrediebatur, illum apprehendit, ac lateraliter ab illo percussus mortuus extenditur: Tandē verò cum à multitudine vndique cinctus, ac vix demum compræhensus esset, abducunt eum ad palatium, & ibi cum hostium Iohannis insidias, tum ipsum hunc hominidam, tum & huius facinoris instigatores contestati supplicio afficiendos esse vociferantur. Itaque Hyparchus, vt iram populi mitigaret, illū tanquam supplicio affecturus accepit.

Quo modo Iohannes Chrysostomus iniuste sua sede expulsus, & ob eam rem tumultus excitatus fuerit, & de ecclesie incendio, & de Iohannis apud Cucufum exilio. CAP. XXII.

EX eo tempore Iohannem porro custodierunt, qui in populo feruentiores erant, noctu iuxta atque interdum vicissim domum episcopalem circumfidentes: Episcopi verò qui aduersus illum conuenerant, ecclesiasticarum legum confusionem fieri conquesti, ad se ipsos recipere aiebant, quòd iustissima esset, latam aduersus ipsurum sententiam, atque illum vrbe excedere iubebant, alii equi enim nec populum quidem conuicturum: Cum itaque & ab Imperatore missus insuper quidam minis adiectis id faciendum præciperet, clam populi custodibus egressus est, id conquestus tantum, q̄ præter leges ac per vim eiceretur, quē ne iudicio quidē dignati essent, quod & homicidis & præstigiatoribus, & adulteris ex lege concederetur,

cederetur & exigua nauicula statim traicit in Bithyniam atque inde continuo iter ingressus est: Prospicientes autē nonnulli ex inimicis eius, quòd si animaduertat hoc populus ipsum cōsecuturus ac rursus redire coacturus esset, præueniunt, & ecclesiæ fores occludunt: Cæterum cum illi qui in plateis versabantur factū intellexissent, alij cursu ad mare properabant tanquam eum intercepturi, alij timefacti in fugā cōuersi sunt, perinde ac si ob tantos motus atque tumultus & seditio & Imperatoris ira expectanda esset. Illi verò, qui in ecclesia erant, etiamnum magis obstruxerunt exitus, ad hos confluentes, ac sese mutuo propellentes. Itaque vix tandem magna cum violentia fores aperuerunt, aliis eas lapidibus impetentibus, aliis ad se retrahentibus, & turbam à tergo imminentem retrorsum repellentibus: Interea temporis ignis vndique repente ecclesiam depascitur, & cum vniuersam percurrisset, etiam vicinam illi ad austrum domum amplissimam secreti concilij inuasit: huius rei causam sibi vicissim ac mutuo impingebant. Atque hostes quidem Iohannis eius fautores insimulabant ideo hoc fecisse, quòd ob Synodi suffragiū indignarentur. Hi verò se calumniis illorum circumueniri aiebant, & ab illis ipsorū facta sibi imputari, qui se vñd cum ecclesia ipsa exurere voluerint: Igni autem à vespera vsque ad solis exortum semper vltorius progrediente, & ad ædificia adhuc integra serpente, alii Iohannem asecuti Cucufum Armeniae produxerunt, cum rescripto Imperatoris illic habitare iussus esset, alij episcopos & clericos qui cum illo conuenerant Chalcedonem abductos in vincula cōiiciunt, alij circumeuntes in ciuitate fautores eius indicatos comprehendebant & in carcerem cōiiciebant, & Iohannem execrare cogebant.

De Arfacio Iohannis successore, & quantum malorum is Iohannis fautoribus intulerit, & de sancta virgine Nicarete. CAPVT XXIII.

HAud multo post ordinatur Constantinopolis episcopus Arfacius frater Nectarij, eius, qui ante Iohannem hunc episcopatū administrauerat, vir māsuetus

Et erga Deum pius: labefactarunt eius existimatione, quæ in presbyterio habuerat, clerici quidam, qui cum ipsi pro libito facerent quæ vellent, illi facta imputabant: Deinde & ea quoque infamabant vel maxime, quæ Iohannis sectatoribus postea acciderunt: Etenim cum vel cum illo vel cum familiaribus illius communicare ac precari tutum non esse arbitrarentur, ob id, quod his intermixti semper essent Iohannis hostes, ac proinde vti dictum est, seorsum in extremis urbis recessibus congregarentur, ad Imperatorem rei cognitio refertur. Iullus igitur cohortium dux una cum militibus in congregatos impetum facere, multitudinem ipsam fustibus ac saxis feriens in fugam vertit, at eos qui manifestius ac propensius Iohannis partes agebant in vincula coniicit: Hic autem, ut fieri consuevit, ubi militibus ferocire permittitur, mulierculas ornatu suo per vim spoliant, & alij monilia, zonas aureas, colalaria, ac fibulas deprædantur, alij cum ipsis auriculis in aureas detrahunt. Et quanquam igitur tumultus ac luctus maximus per urbem accidisset, tamen ne sic quidem quicquam de amore erga Iohannem concepto remiserunt: Itaque ad ecclesiam publicam non amplius conveniebant, ac multi ne in forum quidem, neque in balnea ventitabant. Imo quibusdam ne domi quidem manere tutum fuit, quare & exilio sibi ipsis iniuncto civitate excefferunt, cum alij multi viri honesti ac mulieres probæ, tum etiam Nicarete Bithyna, apud Nicomedienses inter nobiles genere illustres, ac perenni virginitate præstantiæque vitæ celebres: modestissimam inter laudatas feminas, quas nos meminimus, hanc cognovi, cum & moribus & verbis & vitæ genere concinna fuerit, ac res divinas usque ad mortem humanis præposuerit, ac tum fortitudine tum prudentia aduersus impendentes aduersarum rerum casus sustinendos sese corroborarit, adeo ut neq; amplissimis bonis iniuste spoliata stomacharetur, & ex paucis, quæ reliqua erant, prudentissima dispensationis ratione, & quidem ad senium prouecta, tum ipsa cum familiaribus ea, quæ necessaria erant haberet, tum alijs largiter suppeditaret: Quin & pro humanitatis alacritate rerum honestarum studiosa existens, & omnis generis

neris remedia præparabat in pauperum ægrotantium usum, quibus ex amicis suis sanè multis frequenter opem tulit, nihil adiuantibus eos medicis consuets: Nam diuino quodam nutu quicquid inceperat ad felicem exitum producebat. atque ut summam dicam, inter nostræ memoriæ scæminas laude dignas aliam nullam cognoui, quæ ad tantam probitatem ac grauitatem ac reliquam virtutem conscenderit: Sed hæc quidè, tametsi talis esset, vulgum tamen latuit. Siquidem ob modestiam ingenij ac sapientiæ studium perpetuo latere voluit, ita ut neque ipsa studeret ad ministræ dignitatem ascendere, neque Iohanne sæpius exhortante vnquam virginum ecclesiasticarum primatum susceperit. Maximo porro metu omnibus incusso postquam manifestum esset, multitudinem non amplius tumultuaturam, præfectus urbis publicè circumibat, ac velut in incendium & curiam inquisiturus multos malè multauit. Siquidem cum paganus esset ecclesiæ calamitatibus insultabat, & pro delectamento habebat infortunium quod acciderat.

De Eutropio Lectore & de sancta Olympiade, & de presbytero Tigrio, quantis calamitatibus propter Iohannem sint afflicti: Præterea de successione Præsulum Ecclesiæ.

CAP. XXIII.

Eodem tempore & Eutropius quidam Lector productus ut eos indicaret, qui ignem templo iniecerant, quamuis illi & loris & fustibus & vnguibz latera genæque discerperentur, quauis in super facies ardentes corpore sustineret, & quidè iuuenis ac tenellæ cutis existens, nihil tamen se scire confessus est. qui quidem post ea tormenta includitur in carcerem, in quo non multa post moritur. dignum autem fuerit, quod huic inseratur historiæ, somniū illud, quod de illo contigit. Sisinnio enim Nouatianorum episcopo dormienti, vir quidam & statura & forma eminentissimus astans altari ecclesiæ ipsorum, quam in honorè Stephani prothomartyris edificauerat,

Ce ij mætere

incere videbatur ob raritatem virorum bonorum: ut pos-
te qui horum gratia totam ciuitatem peragrasset, neque re-
perisset quenquam, præter vnum Eutropium: hac visione
perculsus, Sifinnius cuidam ex suis presbyteris fidelissi-
mo somnium confessus, iussit exquirere quis nam vir il-
le sit. Ille coniectura veritatem affectus, quod inter eos
hunc esse consentaneum esset, qui nuper à præfecto tor-
mentis affecti erant, Carceres circumiens sciscitatur, sit
ne in his aliquis Eutropius, & cum reperisset alloquitur, &
somnia Episcopi illi refert, ac plorans, vt pro se oraret
supplicat: & quod quidem ad Eutropium attinet, ira se ha-
bit. Iam & Olympias illa ecclesiæ ministra harum calami-
tatum perferendarum fortitudine sese conspicuam reddi-
dit: Nam cum ob eandem hanc causam ad tribunal esset per-
tracta, quærenti præfecto, vt quid ecclesiam succendisset?
illa respondens, non hoc est institutum vitæ meæ. **Quin**
ego facultates meas, quæ amplæ fuerunt, in reparationem
templorum Dei impendi: Illo tum se vitam eius explora-
tam habere dicente, subiecit, itaque tu in accusatoris lo-
cum transito, & alius de nobis iudicet: Et cum accusatio
testibus careret, Hyparchus nihil habens quod iure cul-
paret, paulò moderatius ad aliud crimen sese conuertit,
ac veluti consultando tum huic ipsi, tum cæteris mulie-
ribus, stultitiam exprobat, quod Episcopi communio-
nem auerfarentur, cum respicere atque illis molestijs ex-
tricare possent. Ac cæteræ quidem Hyparcho hæc præci-
pienti propter metum cedunt, Olympias verò, non est æ-
quum inquit me, quæ in multitudine per calumniam capta
sum, & in foro nullius obiecti criminis conuicta sum, ad
defensionem trahi, expostulationum eiusmodi quæ in iu-
diciu non veniunt: Concede igitur mihi vt ad priorem
actionem defensores adhibeâ: Quamuis enim præter le-
ges illi communicare cogar, cui non oportet, non faciam
tamen id, quod pijs facere neq̄a est. Ille itaque cum non
posset illum inducere vt Arsacio communicaret: in præsen-
ti dimittit, quasi aduocatos instruat, altero verò die
rursus adductam magna vi auri multauit. Putabat enim se
illam ea ratione à sententia sua deiecturum. Sed illa pecu-
niam negligens nihil celsit, ac relicta Constantinopoli
Cizyci

Cizyci habitauit. Eadem occasione etiam Tigris presby-
ter vestibus exutus, flagris in tergum cæsus, manibus ac
pedibus vinctus & extensus, membris dissolutus fuit: Erat
hic natione Barbarus, & eunuchus, sed non à natiuitate.
Cum autem in familia potentis cuiusdam seruiisset, ab
hero probatus libertatem consecutus fuit. Deinde ad
Presbyterij dignitatem euectus progressu temporis appa-
ruit ingenio mansueto atque miti, & erga pauperes ac pe-
grinos, vt si quis alius, beneuolētissimus: Atque ita qui-
dem sese res Constantinopoli habebant: Interea temporis
cum Siricius Romanorum episcopatu annis quindecim,
& Anastasius post eum tribus gubernasset, Innocentius
hanc successiōnem adimpleuit. Defunctus est & Flauianus,
qui in Iohannis depositionem non consenserat: huic
in Antiochenum episcopatu succedit Porphyrius, & quo-
niam ille suffragatus ijs erat, quæ aduersus Iohannem de-
creta fuerant, multi per Syriam ab hac ecclesia secesserūt,
qui quoniâ seorsum conuentus agebant, difficultatibus ac
molestijs multis exercitati sunt: Siquidem propter com-
munionem tum Arsacij tum huius Porphyrij, tum Theo-
phili Alexandriæ episcopi, studio magnatum in aula lex est
proposita, ne orthodoxi extra ecclesiā conuenirent, & qui
in horum episcoporum communionem non venirent, vt
expellerentur.

*Quod ecclesia male affecta etiam Respub. munda-
næ fuerint perturbata. Tum de Stilicone Hono-
rij duce.* CAPVT XXV.

Eodem ferme tempore sicuti vniuersum accidisse in
sacerdotum disidiis inuenire est, ita etiam Respub-
lica motibus ac turbis agitata fuit. Quandoqui-
dem & Hunni Istrum transgressi Thraciam populabatur,
& in Iſauria Latrones in turbam congregati ad Cariam
vsque & Pœniciam ciuitates intermedias affligebant &
vicos: Ad hæc Stilico dux Honorij, vir si quis alius vn-
quam in magna potentia constitutus, Romanam Barba-
ramque iuuentutem sibi obsequentem, ducibus Arcadij
infensam reddidit, & vtrumque Imperium inter se mutuo
Cc iij colli-

collidere conatus est. Ideoque cum Alaricho Gothorum principi ducis exercitus dignitatem apud Honorium confecisset, Illyrios concitauit, ac Iouium etiam eorum constitutum Hyparchum præmisit, inito pacto, vt ad Romanos duces transfret, vt ea ratione scilicet hanc prouinciam Imperio Honorij adijceret. Allarichus igitur adsumptis suis militibus ex Barbaris ad Dalmatiam & Pannoniam vbi versabatur regionibus collectis, venit in mediterraneas: & cum multum temporis inibi moratus esset, in Italiam reuersus est: nam cum ex composito Sullionis iam iter susceptum ingressurus esset, literis Honorij impeditus fuit: Atque hæc quidem eo in statu erant.

Epistola duæ Innocentij Romani Papæ, altera ad Iohannem Chrysostomum, altera pro eodem ad Clerum Constantinopolitanum.

CAPVT XXVI.

Certior autem factus Innocentius Romanorum Episcopus eorum, quæ aduersus Iohannem acta erant, indignè tulit, atque vt ea damnauit, ita etiam œcumenicum concilium conuocare studuit, & tum ad Iohannem etiam priuatim ad clericos Cōstātinopolitanos scripsit: vtramque autem epistolam ex lingua Romana versam vt accipi proposui. habet autem sic.

Epistola Innocentij ad Chrysostomum.

Quamquam infontem omnia expectare bona, & à Deo misericordiam petere conueniat, sunt tamen & à nobis, qui paciētiam suademus, competentes literæ per Diaconum Cyriacum missæ, vt contumelia plus posse nõ debeat in bona conscientia proterenda, quam spes in eadem erigenda: neque enim tu docendus es, tot populorum doctor ac pastor, optimos quosque semper & continuè probari, velint ne in vigore tolerantia persistere, ac nulli afflictionis molestia succumbere. Etenim conscientia bona firmum reuera munimentum est, aduersus omnes casus immeritos, quos quidem, qui tolerantia non superat, is verò sinistra suspitionis arguen-

gumentum de se ipse præbet. Omnia enim sufferre debet, quisquis primum Deo, deinde conscientia sua nititur. Siquidem ad patientiam exerceri potest, vt quam maximè vir bonus & honestus, vinci non potest: quandoquidem conseruant eius animum scripturæ diuinæ, & exemplis eundem communiunt lectiones sacræ, quas populo proponimus: quæ quidem vniuersos penè sanctos variis modis & continenter exercitatos, ac velut in examine quodam exploratos fuisse, atque ita ad patientia coronam peruenisse docent: Hæc igitur ipsa conscientia Charitatem tuam consoletur honorandissime frater, quo facto in tribulationibus ex virtute consolationem habebis. Inspectante enim domino nostro Christo in tranquillitatis portum conscientia mundata sistetur.

Altera Epistola ad Clericos.

Innocentius Episcopus presbyteris ac Diaconis vniuersoque clero ac populo ecclesie Constantinopolitanae, qui subditi sunt Episcopo Iohanni, dilectis fratribus salutem: Ex literis Charitatis vestrae, quas per Germanum presbyterum & Casianum Diaconum misistis, tragœdiam malorum quam ob oculos posuistis, anxia sollicitudine cognoui. quantisque miseris ac difficultatibus istic laboret fides, lectione sæpius repetita perspexi: quam quidem rem vnica patientia consolatio sanat: dabit enim breui Deus noster tantis tribulationibus finem. & hæc olim meminisse iuuabit: At verò nos quidem vt necessariam consolationem istam, quam in exordio Epistolæ vestrae proponitis, approbamus, ita & intelligentiam Charitatis vestrae agnouimus, quæ multa patientia testimonia compectitur. Etenim nostram consolationem quam literis adferre vobis debebamus, scriptis vestris vos ipsi præuenistis: Hanc autem tolerantiam dominus noster laborantibus præstare solet, vt etiam in ipsis tribulationibus constituti serui Christi se ipsos consolentur. reputantes secum, & antea sanctis accidisse eadem, quæ nunc patiuntur ipsi.

Itaque nos iam vel ex literis vestris depromere consolationem possumus: neque enim tam alieni sumus à vobis, ut non cōdoleamus, cum & nos in vobis cruciemur: Etenim quis ferre poterit eorum delicta, quos vel præcipuos esse fautores tranquillitatis ac pacis & cōcordiæ decebat? At qui nunc præpostero modo de primatu ecclesiã suarum deurbantur sacerdotes insones, quo quidem primus frater noster & in ecclesiastico munere socius Iohannes episcopus vester iniuste oppressus est, cui ne id quidem contigit ut se defensus audiretur: nullum crimen obiicitur, nullum auditur. Quod igitur hoc cōmentum est tam deploratum, ut ne vel suppetat, vel quæratur occasio iudicij, in locum sacerdotum viuentium alij substituantur? quasi illi qui per huiusmodi peruersitatem irrepunt, vel habere ipsi vel agere quicquam recti à quoquã iudicari possint: neque enim vnquam à patribus nostris talia fuisse patrata cognouimus, sed interdictum potius fuisse decreto, quo cauebatur ne cui fieret copia, qua in viuentis locum inauthoretur: Nec enim reproba ordinatio sacerdotis dignitatem auferre potest, quando nec episcopus quidem esse potest ille, qui iniuste surrogatur: Nos enim quantum ad Canonum obseruantiam attinet, illis obsequendum esse scribimus, qui Nicæa determinati sunt, quibus solis obtemperare, & suum suffragium addere ecclesia catholica debet: Si qui verò & alij à quibusdam proferuntur, qui à Canonibus Nicænis discrepant, & ab Hæreticis compositi deprehenduntur, hi verò ab episcopis catholicis reijciuntur: Hæreticorum enim commenta, catholicis canonibus assuere non licet: semper enim vel per contraria vel per illicita labefactare voluntatem student cōcilij Nicæni: Non solum igitur his non obtemperandum esse dicimus, sed ipsa potius vnà cum Hæreticis ac scismaticis dogmatibus esse cōdemnanda, quo modo & antea in Sardicensi Synodo ab episcopis prædecessoribus nostris factum est: nam sane longè præstiterit, vel ea condemnari fratres charissimi, quæ rectè facta sunt, quàm ea robur vltimum sortiri, quæ aduersus istos canones acta sunt: Sed quod nam remedium hisce rebus in præsentia adferemus. Necessaria erit Synodalis cognitio, quam etiã multo iam

antea

antea congregandam diximus: Ea quippe sola est quæ huiusmodi procellarum impetus retundere potest: Quam quidem donec consequamur, expedit medelam calamitatis huius cōmittere voluntati magni Dei ac Christi eius domini nostri. Illa vniuersis quæ nunc per inuidiam diaboli ad examen fidelium perturbata sunt, tranquillitatem dabit: nihil autè desperare debemus, freti nostra in Deū fide: Ac nos quidem multum deliberamus, quo nam modo Synodus Oecumenica congregari possit, per quam diuina voluntate turbulenti isti motus consopiri possint: Expectemus itaque tantisper ac vallo patientiæ communiti, speremus auxilio Dei cuncta nobis esse restituenda: Vniuersa verò quæ vos ibi sufferre dixistis iam antea à cōepiscopis vestris, qui Romam licet diuersis temporibus conuenerunt, Demetrio videlicet, Cyriaco, Eulifio, & Palladio, qui nobiscum sunt, diligenti inquisitione habita cognouimus.

De calamitatibus quæ propter Iohannem acciderunt, & de morte Eudoxiæ imperatricis, & Arsacij: tum de Patriarcha Attico, cuius fuerit, & quibus moribus. CAP. XXVII.

Hæ sunt igitur Innocentij literæ, ex quibus animaduertere licet, quam ille opinionem de Iohanne habuerit: eodem temporis tractu perquam magna grâdo Cōstantinopoli & in suburbiis cecidit, & quarta post eam die Imperatoris vxor mortua est: Quæ omnia Deo propter Iohannem indignante fieri, vulgo credita sunt: Nam certe Cyrinus Chalcedonensis episcopus, qui illū præ cæteris calumniatus erat, non multo antea ex infortunio, quod pedi illius acciderat, vtroque crure per medicos mutilatus miserabiliter interijt. Et Arsacius cum exiguo tempore Cōstantinopolitanæ ecclesiæ præfuisset, est mortuus: Huius successione multis ambientibus, quarto post obitum illius mense, ordinatur Atticus. Cōstantinopolitani cleri præbyter, vnus ex insidiatoribus Iohannis. Hic quidem natione erat ex Sebastia Armeniæ, sed à puero ad religionem institutus per monachos Hæ-

Cc v resis

SOZOMENI HISTOR.

refis Macedonianæ sectatores, qui tum temporis Sebaſtiæ in huius ſapientiæ ſtudio clarebant, ex ſcola Euſtathij progreſſi, quem Episcopum ibi ac præſulem præſtantiffimorum monachorum fuiſſe iam antea cõmemorauimus. Hic autem cum ad virilem ætatem perueniſſet, ad catholicam eccleſiam tranſijt. Et quoniam natura magis quàm doctrina prudens erat, rerum agendarum inſidiator fuit, vt qui & ad ſtruendas inſidias & ad eaſdem euitandas ſufficeret. Ingenio pellaci, ita vt multis gratus eſſet. In cõtionibus eccleſiaſticis mediocriſ, vt hæc neque ſcripto dignæ viderentur auditoribus, neque eruditionis proſuſ expertes: Nam cum affectatus eſſet, ſi quando ocaſionem nactus erat, præcipuos quoſque Græciæ ſcriptores lectitabat, & eo ipſo quod indoctus haberetur, dum de hiſce diſciceret, etiam doctos ſæpè numero latebat: ſerebatur autem erga ſuæ opinionis homines induſtrius, aduerſus diuerſa ſentiètes formidabilis, & facile hiſ ipsis quoties vellet incutere metum, & mox mutatus apparere manſuetus: Atque hunc quidem talem fuiſſe aiunt illi, qui hominem norant. Iohannes porro poſtquam in exilium eiectus fuit, etiamnum clarior euasiſt. Nam cum pecuniarum haberet copiam, quas & alij multi aſſerebant, & Olympias illa miſtra mittebat, multos captiuos ab iſauris redimebat, ac ſuis reſtituebat, multisque egenis neceſſaria ſuppeditabat: quibus autem pecunijs opus non erat, eos oratione ſibi conciliabat, eratque perquam charus Armenijs, apud quos agebat & eorum ſinitimis: ac multi tum Antiochia, tum ex reliqua Syria & Cilicia ad illum frequentabant.

*Quòd Innocentio fuerit ſtudio Iohannem
per Synodum reuocare. De aggra-
nato eius exilio ac morte.*

CAP. XXVIII.

Innoctius verò Romæ episcopus prout antea ſcripſerat, eam reuerti ipſum cuperet, vnà cum Orientalibus episcopis ijs, qui pro eo ſupplicabát, miſit eccleſiæ Romanæ episcopos quinq; & præbyteros duos ad Honori-
rium

ECCLESIAST. LIB. VIII. 212

rium & Arcadium Imperatorem, vt & Synodum & eius definitum tempus ac locum impetrarent: At Iohannis hoſtes apud Conſtantinopolim hanc rem, quaſi in contumeliam eius Imperij fieret, calumniati ſunt, & vt illi tãquam trãſmarini Imperij turbatores ablegarentur effecerunt. rû etiam vt ipſe Iohannes etiamnum vltcrius Pityuntem ſciſciet exulatum transferretur, procurarunt. Quod quidem perquam celeriter aduenientes milites perfecerunt. Aſunt autem illum dum ab hiſ duceretur, in itinere prouidiſſe diem qua moriturus eſſet, apparète ſibi Baſilico martyre in Comanis Armenia, quo in loco cum ad iter vltcrius non ſufficeret, laborabat enim dolore capitis, & ſolis radios perferre non poterat, morbo ſiniuit vitam.

FINIS OCTAVI LIBRI.

HER-

HERMIAE SO-
ZOMENI ECCLESIA-
STICAE HISTORIAE LI-
BER NONVS.

SVFFRIDO PETRO LEOVAR-
dienti Frisio Interprete.

*De morte Arcadij imperatoris, & de imperio Theo-
dosi iunioris, de Sororibus eius, de pietate vir-
tute ac virginitate Pulcheriae imperatricis, &
de pijs eiusdem factis, tum quam honestè im-
perator em educauerit. CAPVT I.*



AD Iohannem igitur quæ atinēt, ita se habuerunt: Non multo autē post illius mortem cum Atticus annum tertium in Episcopatu Constanti-
nopolitano ageret, Basilio ac Philipo consulibus vita defungitur Arcadius, relicto Imperij successore Theodosio, filio recēs ablatato, & filiabus insuper Pulcheria, Arcadia & Marina, etiamnum admodum iuuenulis. Quæ in re mihi vel maximè declarasse videtur Deus, solam pietatem Regibus ad salutem sufficere, absque illa verò nihil esse vel exercitum, vel Imperatoris fortitudinem, vel apparatus reliquum. Etenim cum pietissimum euasurum hunc Imperatorem prouidisset huius vniuersi conditrix diuina potentia, tum ipse Theodosij, tum etiam Imperij procuratricem constituit Pulcheriam sororem: Quæ quidem nondum decimum quintum agens annum, supra ætatem sapientissimum ac diuinum spiritum accepit, ac primum Deo virginitatem suam deuouit, deinde & sorores suas ad idem
vite

vite institutum educauit, ne forte virum quenquam alium Imperio subinduceret, sed potius omnem inuidiæ & insidiarum occasionem præcideret. Vt igitur ea quæ constituerat, consignaret, ac Deum ipsum ac sacerdotes omnesq; subditos testes faceret voluntatis suæ, ex auro gemmisque pretiosis admirabile quoddam donarium, & spectaculum omnium pulcherrimum pro virginitate sua & Imperio fratris, sacram mensam, Ecclesiæ Constanti-
nopolitanæ dedicauit, idque ipsum, vt cunctis esset conspicuum, in fronte eiusdem mensæ literis expressit. Postquam autem Principatus curam suscepisset, rectissime, & magno cum decore Romanum Imperium gubernauit, cum & bene consulere, & consulta expedite perageret ac scriberet. Diligentem enim operam impenderat, vt Romana Græcæque lingua proprie loqueretur ac scriberet. Rerum porro gerendarum dispositionem fratris autoritate fulciebat, atque id curabat, vt is pro ætate disciplinis idoneis ex Imperatoriæ maiestatis dignitate quàm maximè institueretur. Itaque equestris quidem pugna, ac reliquam in armis ac literis scientiam ab harum rerum professoribus discerebat. vt verò in processu ornate se atque regaliter gegeret, à sorore erudiebatur: De qua videlicet hoc discerebat, quid in vestitu, quid in sedendo, quid in ingressu decorum esset, quo modo cohibere risum, & pro re nata tam amabilis tum formidabilis esse, & eos, qui quid peterent, apposite audire deberet: Haud minimè autem eum ad pietatem instituebat, assuefaciens, vt & continenter oraret, & ecclesias frequenter accederet, & donarijs ac cimelijs templa honoraret, & in precio haberet sacerdotes ac cæteros viros bonos, & eos, qui sapientiam Christianorum legibus approbatam sectarentur: Quin etiam cum per doctrinas adulterinas videretur esse turbanda Religio, studiose ac prudenter obstitit: nam quòd nostra memoria non hæreses non insurrexerint, ipsam potissimum in causa fuisse comperimus, sicut in consequentibus videbimus. Et sane quum magna cum reuerentia Deum coleret, dicere longum foret, apud quos, & quot templa magnificè illa construxerit, quorūque pauperum diuerforia & conuentus monasticos instituerit, perennes his ipsijs largita sumptus
ad

ad suppeditandum incolentibus alimentum : Si quis verò de harum rerum veritate experientia suã credere malit quàm verbis meis, comperiet me neque falsè neque ad gratiam hæc scribere, si modò apud eius curiæ Præfectos conscriptam perlegerit harum rerum historiam, & ex actis publicis æstimet, an scriptis nostris res gestæ consonent. Si cui verò hæc sola ad faciendam fidem non sufficiunt, fidem iusuper vel Deus ipse faciat, qui illam omnibus modis ob rationem vitæ charam habet, vt quam & præcantem promptè exaudiat, ac sæpius de rebus agendis sua apparitione certiore faciat : Nemo enim Dei amorem hominibus vnquam conciliari dixerit, nisi ipsi suis operibus se illo dignos præstiterint : Cæterùm quantum quidem ad particularè demonstrationem in singulis diuinitus exhibitis attinet, vt intelligatur Deo charam esse Imperatoris sororem, deinceps volens supersedebo, ne quis fortè calumnietur, me, qui alia scribere susceperim, in laudum campos expatiari : Illud autem quod mihi & ecclesiasticæ historiæ proprium, & diuini erga illam amoris illustre argumentum esse videtur, hoc loco referam, etiam si tempore quidem serius acciderit : habet autem se hoc modo.

De inuentione reliquiarum sanctorum quadraginta martyrum. CAP. II.

Mulier quædam Eusebia nomine hæreseos Macedonianæ ministra, domum & hortum habebat extramœnia ciuitatis Constantinopolitanæ, & sanctas reliquias hic asseruabat quadraginta militum, qui apud Sebastiam Armeniæ tempore Licinij martyriũ fecerant : Ea cum esset moritura locum hunc reliquit monachis sibi in religione conformibus, & eos iureiurando adstrinxit, vt se ibidem sepelirent, atque vt supra caput in sublimi loculum suum priuatim expolirent, & secum vnã martyrum reliquias recondere, ac nemini rem indicare. Ac monachi quidem fecerunt sicuti mandatum fuerat : vt autè debitum cultum martyres consequerentur, & externi tamen rem nescirent, secundũ datum Eusebiæ iusiurandum, oratorium

oratorium sub terra construxerunt ad illius loculum, in ædificio autem conspicuo supernè coctis lateribus vestiturum pauimentum, & ex eo descensum clanculatum ad martyres. Post hæc Cæsarius, vir ea tempestate cum primis potens, qui & ad consularem & ad præfecturiam dignitatem peruenerat, defunctam vxorem suam iuxta loculum Eusebiæ sepeliuit : hoc enim illis ita decretum erat, dum adhuc in viuis essent, cum & mirò amore inter sese mutuò tenerentur, & in religione ac doctrina concordessent : Et hinc Cæsario huius loci emèdi data occasio fuit, vt & ipse prope vxorè sepeliretur : Prædicti ergo isti monachi aliò emigrarunt, neque tamen de martyribus quicquid indicauerunt : Domo postea collapsa terraq; ac ruderibus ingestis, vniuersus ille locus exæquatus fuit, quia templum inibi magnificum Deo Cæsarius ipse in honorem Thyrsi martyris ædificarat : Deus autem vt apparet hunc locum ita obscurari, & tantum temporis elabi de industria voluit, vt & martyrum inuentionem & inuentricis pietatè admirabiliorem illustrioremq; redderet : Ea erat Imperatrix Pulcheria, soror Imperatoris : Huic enim cum terciò apparuisset admirandus ille Thyrsus, eos, qui sub terra absconditi latebant indicauit, & ad se transferri iussit, vt & eiusdem loci & eiusdem quoq; honoris secum participes essent, simul & ipsi quoq; quadraginta martyres militariibus vestimentis candidis induti, semetipfos illi conspicuos fecerunt : Hæc verò res & supra fidem, & prorsus inextricabilis esse videbatur : neq; enim aut clerici, qui hoc in loco seniores erant, quamuis sæpe rogati, aut alius quisquam iudicare martyres poterat : Ad extremum cunctis iam desperantibus, Polychronio cuidam presbytero, qui olim ex familiaribus Cæsarij fuerat, in mentem Deus redegit istos monachos, qui hunc locum quondam incoluerant, qui quidem ad Macedonianorũ clericos veniens, sciscitatur de ipsis, omnibus autem illis iam defunctis, cũ vnum duntaxat superstite reperisset, qui in hoc ipsum videbatur in vita conseruatus, vt quæsitos martyres indicaret, orabat, vt diceret, cognouisset ne sanctas reliquias sub indicato loco reconditas ? Sed cum eum propter datum Eusebiæ iusiurandum subdetrectantem videret

videret Polychronius, diuinam illi apparitionem, & perturbationes Imperatricis, & ipsorum desperationem commemorat, tum ille vera esse constat ea, quæ Deus Imperatrici reuelarat. Nam se, quia adolescentulus tum ibi sub senibus præceptoribus ad monasticam institutus esset, certo scire, martyres jacere circa loculum Eusebiæ, ignorare tamen, vtrumne sub delubro, an verò alibi defossi sint: propterea quòd multum temporis effluerit, & prior loci facies in eam sit mutata, quæ nunc est. Atqui inquit Polychronius mihi non idem accidit. Recordor enim me fortè adfuisse sepeliendæ coniugi Cæsarij, & ex vicina via publica ratione, ducens coniugio eam iacere circa Ambonem, quod est suggestum lectorum. Proinde, respondens monachus, etiam Eusebiæ loculum inquit propè vxorem Cæsarij quærendum est: quandoquidem & viæ plerumq; vna erant, & post mortem se coniunctum sepulchrum habituras pactæ sunt: Cum itaque secundum hæc quæ dicta sunt fodere & sanctas istas reliquias inuestigare oporteret, Imperatrix facta certior opus vrgeri iussit: Effosso igitur illo circa Ambonem loco, repertus fuit locus vxoris Cæsarij, sicuti coniectarat Philychronius: Paululum autem hinc distans ex transuerso statum coctis lateribus pavementum erat, & ad huius ambitum æquali mensura respondens tabula marmorea, sub qua ipsius Eusebiæ loculus ostendebatur, & huic imminens delubrum perquam scitè marmoribus leucoporphyris incrustatum. Ipsum porrò loculi tegmen vesut in mensam sacram fabricatum erat. In summo autem vbi martyres iacebant, exiguum foramen apparebat. Astans igitur quidam de familia Imperatoris tenuem virgulam, quam fortè habebat, per foramen immisit, & extractam naribus admouit, & vnguentum fragrantissimum olfecit: ex quo statim tum laborantibus, tum astantibus bona spes suborta fuit: Itaque cum loculum auidè aperuissent, Eusebiam inueniunt. Illud verò, quod ad caput eius eminebat, in arcæ formam cælaturæ proprio intus tegebatur operculo, & vtrumque ei ad labra circumdatum, plumbo conglutinatum ferrum, ipsum contrinebat. In eius medio reclusus foramen istud apparens etiam manifestius declarabat intus haberi martyres: Hæc

vbi

vbi annuntiata essent euestigio accurrunt, Imperatrix & episcopus ad martyrium: Tum solutis per artifices ferreis istis vinculis, confestim sine negotio operculum extractum fuit: sub hoc autem multa vnguenta, & in his pixides argenteæ duæ repertæ sunt, in quibus sanctæ reliquæ iacebant: Tunc igitur Imperatrix Deo preces gratulatorias fundebat, tum quòd se tanta reuelatione dignatus esset, tum quòd sanctarum reliquiarum inuentionem asecuta esset: Post hæc præciosissima theca martyres honoratos iuxta venerabile Thyrsum composuit, publica festiuitate, vt æquum erat, cum debito honore ac pompa ac psalmodiis celebrata. Cui & ipse ego interfui. Atque hæc quidem sic esse gesta testabatur illi, qui huic festiuitati interfuerunt, omnes enim fermè adhuc supersunt, cum multo postea gesta fuerint, Proclo scilicet ecclesiam Constantinopolitanam gubernante.

De virtute Pulcheriæ ac sororum eius, de singulari beneuolentia qua Deus eas persecutus est.

CAPVT III.

Fama autem est, & in aliis quoque negotiis Imperatrici Deum quæ futura erant reuelasse, plurimamque tum huic ipsi, tum sororibus huius accidisse, quæ diuinum erga eas amorem testarentur. Nam & ipsæ quoque, idem vitæ institutum sectabantur, erga sacerdotes ac templam benignè affectæ, erga peregrinos indigos ac pauperes munificæ: mensa vt plurimum erat eadem omnibus, idèq; processus, & simul Deum noctu iuxta atque interdum laudabant, & pro honestarum mulierum consuetudine, texturæ & huiusmodi operibus vacabant: Otium enim atq; desidiam, quamuis Imperatrices & in Imperio natæ atq; educatæ essent, sacra virginitate, quam profitebantur, indignam iudicabant, & ex vita sua reiecerunt: Qua de causa cum Deus illis manifestè propitijs esset, earumque domum vindicaret, Imperator ipse, tum ætatis, tum Imperii amplitudine profecit; & quicquid insidiarum aut belli aduersus ipsam conceptum esset, sua sponte rursus dissoluebatur.

Dd

De

De fœdere Persarum, & de Honorio ac Stilicone, & quid Romæ & in Dalmatia actum sit. CAPVT IIII.

Persæ enim cum bellum tunc mouissent centum annorum inducias cum Romanis pepigerunt. Ac Stilico Honorij exercitus dux, quod suspectus esset, qui suū filium Eucherium orientis Imperatorem declarare vellet, à militibus Rauennæ occiditur: Hic autem & antea uiuente adhuc Arcadio, quia illius ducibus infensus erat, utrunque Imperium inter se collidere studuerat, & Alarichum Gothorum ducem, cui apud Honorium Romani exercitus præfecturam confecerat, hortabatur, ut Illyrios inuaderet. Et Iouium eorum ordinatum præfectum inuito pacto præmiserat, ut is ad Romanos milites quoque transfret, quod ea natio uidelicet ad Imperium Honorij transferretur: Atque Alarichus quidem suis militibus ex vicina Dalmatiæ ac Pannoniæ Barbarorū terra assumptis in mediterraneas profectus est, & multum tēporis ibi commoratus, re infecta rediit in Italiam. Nam cum ex composito Imperii Romani fines egressurus esset, Honorij literis impeditus fuit: Postquam uero Arcadius esset mortuus, Honorius cōmiseratione ductus, qua fratris filium prosequeretur, Constantinopolim reuerti properabat, ut fidos præfectos constitueret ipsius tū salutū tum Imperio. Nam cum eum filij loco haberet, verebatur, ne quid illi accideret, qui propter iuuentutem insidijs esset expositus. At uero iam tum itineris accinctum Honorium Stilico hortatur, ut in Italia maneret, id planè necessarium esse asserens, quando quidem iam tum Arelati Constantinus quidam Tyrannidem inuasisset. Itaque ipse Stilico, altero ex sceptris, quod Romani Labarum uocant, & literis Imperatoris acceptis, quibus illi profectio in Orientem committēbatur, iam profecturus erat, cum quatuor militum legiones sibi adsciuisset. Sed cum interea rumor increbresceret, quod ille Imperatori insidiaretur, & ad Tyrannidem filio suo consiciendam pararetur, & ad eam rem uteretur auxilio potentum, milites seditione mota Hyparchum Italiæ, & Galatiæ, & duces

accr-

ac cæteros omnes, qui præfecturas in palatio habebant interficiunt: Interficiuntur autem & ipse quoque à militibus Rauennæ, uir, si quis alius unquam ad magnam potentiam euectus, & qui uniuersos, ut ita dicam, Romanos ac Barbaros sibi habuerit obtemperantes: Stilico itaque postquam Imperio malè uelle iudicatus esset, ita interfectus est. Occiditur autem simul & Eucherius quoque eius filius.

De diuersis nationibus Romanos impugnantibus, sed diuina prouidentia aut oppressis aut fœdere adstrictis. CAPVT V.

Eodem tempore quoque accidit, ut & Hunni, qui in Thracia exercitum habebant, Imperatore ipso neq; impetente neque persequente, multis amissis cum dedecore in fugam uersi sint: Vides enim Barbarorū Istri accolarum dux copiosissimo exercitu instructus fluiuium traiecit, & in Thracum sinibus castrametatus est, & cum Castra martis, Mysiæ ciuitatem, proditione cepisset, hinc in reliquam Thraciam excursiones fecit, & inducias cum Romanis facere præ superbia dedignatus est. Nam cum Thracium exercituum præfectus cum ipso de pace loqueretur, ille solem exorientem demonstrans, non difficile sibi aiebat fore, si quidem uellet uniuersam terram, quam hic lustraret, subuertere. Huiusmodi minas dum ille in tonat, & Romanis tributum quantum ipse uellet, imperat, & optionē defert, ut aut his præstandis pacē obtineant, aut negandis expectent bellum, ac proinde res in ancipiti stat, declarauit Deus quantam erga præsens hoc Imperium curam gereret: Neque enim ita multo inter familiares ac satellites Vldæ sermo coortus est de Romanorum Politia, & de ipsius Imperatoris humanitate, quibusque & quantis præmijs ille viros strenuos ac bonos prosequatur: Ea re illi non sine diuino nutu in amorem Romanorum pellecti, ad ipsos deficient, & cum ipsis castra iungunt unā cum his, qui sibi subditi erant: Vides igitur vix tandem in vlti-

Dd ij

riorem

SOZOMENI HISTOR.

riorem fluij ripam incolumis euasit, cum ex suis multos amisisset, omnino autem illos, quos Scirros uocant, Gens erat hæc satis populosa, antequam in hanc calamitatem incidisset: nam cum hi in fuga posteriores essent, alij ex ipsis interfecti, alij captiui ac uincti Constantinopolim transmissi sunt: Et cum præfectis consultum uideretur dispergere istos, ne forte, si numero ualerent, aliquid tentarent noui, alios exiguo pretio uendiderunt, alios in seruitutem gratuitos donarunt, ea tamen conditione, ne unquam uel in ciuitatem Constantinopolitanam, uel in ipsam adeo Europam ingrederentur deinceps, sed intermedio mari, eo loco secluderentur, qui ipsis deputatus esset. Ex ea porrò multitudine, quæ ex his uendi non poterat, alij alibi habitare iussi sunt, multos autem in Bithynia equidem uidi sparsim ad montem, quem Olympum uocant, habitantes, & colles ibi & montium radices percolentes.

De Alaricho Gottho, & quomodo Romanos adortus bello afflixerit.

CAPVT VI.

Orientis itaque Imperium hostibus liberatum, & summo cum decore gubernatum fuit præter omnium expectationem, utpote cum iuuenis adhuc esset Imperator. At uerò Occidens in perturbatione erat, cum multi Tyranni insurgerent. Nam eodem tempore post Stiliconem interemptum Alarichus Gotthorum. Dux cum pace ab Honorio petita frustratus esset, urbem obsidione circumstanti oppugnat, multis Barbaris ad fluuium Tiberim dispositis, ne forte com meatus oppidanis importaretur ex portu. (sic autem Latini uocant quod Græci uocant ἐπιπέριον.) Cum autem diuturna esset obsidio, & pestis simul & fames urbem affligeret, atque interim serui multi, ac maximè quotquot natione barbari erant, ad Alarichum transfugerent, necessarium uidebatur ijs, qui in senatu adhuc pagani erant, ut & in capitolio & in reliquis templis sacrificaretur: Nam Thusci quidam ad hoc acciti ab urbis Hyparcho, promiserant se

ful-

ECCLESIAST. LIB. IX. 217

fulminibus ac tonitruis abacturos esse barbaros. Gloriantur enim ab se huiusmodi quippiam esse factum in conseruationem Larina, ciuitatis Thulcia, quam Alarichus, dum Romam contenderet, prætergrediens, non cepisset: Caterum istarum rerum nullum fuisse futurum usum, euentus ipse declarauit. Cordatis uerò hæc ob indignationem Dei Romanis euenire uidebantur, ad eorum poenam, quæ ipsi quondam præ nimia proteruita ac petulantia in ipsos & pauperes iniquè deliquissent: Fertur itaque probus aliquis monachus ex his, qui in Italia erant, Romam cum festinatione profectus Alaricho consuluisse, ut urbi parceret, nec se tantorum malorum authorem constitueret, cui & Alarichus respondisse dicitur, se non uolentem hoc tentare, sed esse quendam, qui se obtundendo urgeat, ac præcipiat ut Romam euertat. quod & ille tandem fecit: Ex eo autem quod urbem obsidione premeret, acceptis plurimis muneribus obsidionem ad tempus soluit, pactis cum eo Romanis se Imperatorem inducturos, ut ab illo in gratiam reciperetur.

De Innocentio Antiquæ Romæ episcopo, quo modo legationem ad Alarichum miserit, & de Iouio Italia Hyparcho, & legatione ad imperatorem facta: & quid cum Alaricho actum.

CAPVT VII.

Hanc autem ob rem legatione missa, qui Alaricho aduersabantur in aula, pacem impediabant. Postea cum legationem eius nomine misisset Innocentius episcopus Romanus, reuocatus Imperatoris literis Alarichus Ariminum uenit. quæ ciuitas ducentis ac decem stadijs Rauenna distat. Ibi ante muros ciuitatis caltramentatum cum allocutus esset Iouius Italia Hyparchus, Imperatori exponit petitionem Alarichi, & quod opereretur cum actis publicis declarari præfectum utriusque exercitus. Imperator uerò pecuniæ & com meatus copiam uti petierat, haud secus ac Iouio Hyparcho facit, cæterum dignitatem quam petebat, se illi nauquam esse concessu-

Dd iij

ccfsu-

cessurum rescripsit: Imprudenter autem Iouius in tentorijs Alarichi legatum ex aula missum praestolatus Imperatoris sententiam Barbaris astantibus recitare iussit. Nam Alarichus ob negatam dignitatem offensus, perinde ac si contumelia affectus esset, eadem hora signo tubae dato Romam contendit. Veritus igitur Iouius ne forte Imperatori suspectus esset, quasi faueret Alaricho, in temeritatem priori etiamnum grauiorem incidit, ac per salutem Imperatoris cum ipse iurauit, tum & alios quoque praefectos iurare induxit, nunquam se de pace cum Alaricho facienda quicquam acturos: At verò Barbarus non ita multo post poenitentia ductus, significat se dignitatem iam nullam potere, quin se auxiliarem Romanis fore, si modò commeatum mediocrem, & habitationem donent locorum, qui à Romanis non magis fierent.

*De defectione Attali, & Praefecto Heracliano,
& quo modo postea Honorio suppliciter ad pedes adholurus veniam consecutus sit.*

CAPVT VIII.

CVM autem legatione per episcopos quosdam facta huius rei petitione bis frustratus esset, Romam reuersus ciuitatem oppugnat, & portu ex altera parte occupato cogit Romanos vt Attalum vrbs tunc temporis, Hyparchum, crearent Imperatorem: Romanis igitur ad aliud Imperium translatis, constituitur vtriusque exercitus dux Alarichus, & fororis eius maritus Attalpus praefectus equitum, quos domesticos appellant. Attalus porro senatu couocato orationem habuit prolixam ac splendide elaboratam, qua senatui promittebat, se patria omnia illi cōseruaturū, & Aegyptum insuper & vniuersum Orientis imperium Italis subiecturum: sed ille utcumque sese iactaret ne integro quidem anno Imperator vocandus erat: Atqui tamen à vatribus quibusdam excantatus, pollicitantibus ipsum Aphricam sine pugna obtenturum, ne Alaricho quidem obtemperabat, suadenti vt modicam manum Carthaginem transmitteret, ad interfi-

interficiendos Honorij praefectos, si forte hi se ipsi opponerent, neque Iohanni quem stipatoribus suis praefecerat, qui monebat oportere Constantem, quem ipse in Lybiam mittendum decreuerat, quasi ab Honorio missum, rescripto, vt moris erat, quod edictum vocant, Heraclianum principatu deponere, cui tum temporis militum in Aphrica praefectura commissā erat: Fortassis autem & haec successissent, nondum enim res Attali innotuerant ijs, qui erant in Lybia. Cum itaque Constantis ex vatum sententia Carthaginem abnauigasset, Attalus vsque adeo mente captus fuit, vt ne dubitare quidem dignaretur, sed plura sibi persuaderet, se Aphros iam secundum praedictiones vatum habere subditos. Itaque Rauennam versus expeditio nem mouet. Simul atque igitur Ariminum vnā cum Romanorum ac Barbarorum exercitu peruenisse nunciaretur, scribit ad illum, ceu ad Imperatorem Honorius, & legatis missis ijs, qui sub ipso maximis dignitatibus fungebantur, declarat se illum libenter in regni consortium esse recepturum. Attalus verò se Imperij consortē admitturū esse negat, sed indicat Honorio, vt vel Insulā vel locū eligat, quem vellet, in quo priuatus degat omni Imperatorio cultu deposito. In eo cardine cum res versarentur, vt & naues iam haberet paratas, si forte necessitas eum abnauigare cogeret ad fratris filium, ex improviso sub sex signis circiter quatuor milia militum ex Oriente noctu Rauennam appulerūt, quibus ille mœnium excubias commisit, quod indigenarum militum procliuatē ad proditionem metueret: Interea temporis Heraclianus interfecto Constante vigilis cōstituit in portibus, & littoribus Aphricae, & mercatorum naues Romam proficisci vetuit. Ex quo cum fames Romanos inuaderet, illi hac de re legatos mittunt ad Attalum. Ille verò cum huic rei nullum videret remedium, Romam reuersus est, quasi cum senatu super hac re consulturus. Fame interim intantum inualecente, vt & castaneis pro frumento vterentur, & nonnullos etiam carnes humanas gustasse suspicarentur, Alarichus quidem suadebat vt quingentos Barbaros aduersus Heraclianum mitterent, sed senatus & Attalo videbatur non oportere concedi Barbaris Aphricam. Cum igitur

SOZOMENI HISTOR.

manifestum esset Deum aduersari Imperio Attali, animad uertens Alachrius frustra se laborare in rem, quæ sibi in manibus nõ esset, cum Honorio promissis acceptis, de Attali Imperio dissoluendo pacificatur: omnibus itaq; cõgregatis, ante ciuitatem Attalus Imperij insignia deponit, & simul etiam sua cingula deponunt ipsius duces: Cunctisq; delictorum ueniã impartitur Honorius, vt in eo honore, eaque dignitate vnusquisque permaneat, quem antea fortitus erat: Attalus tamen vnã cum filio suo apud Alarichũ porrò mansit, vt qui sibi deinceps apud Romanos uersari tutum non esse arbitraretur.

De motu inter Christianos ac Paganos factõ. De Attalo, de Saro: Quo modo Alarichus dolo Romam cepert, & D. Petri templum Asylũ constituerit.

CAPVT IX.

Hæc res huiusmodi euentum fuisse fortitas, haud mediocriter doluerunt tum Pagani, tum illi Christiani, qui Arrianam sectabantur hæresin: Isti enim ducta coniectura ex Attali tum proposito, & priori educatione, prorsus existimabant, illum palam paganismum amplexurum, & ipsis templa patria restitutum & ferias & victimas: Hi uerò se primatum in ecclesiis, sicuti tempore Constantij ac Valentis, rursus consecuturos arbitrabantur, siquidem ille firmatum contineret Imperiũ, propterea quòd à Sigefario Gotthorum episcopo baptizatus, & ob id cum ipsis vniersis, tum vel maximè Alaricho charissimus esset: non multo post autem Alarichus cum uinisset ad Alpes (locus hic est plus minus sexaginta stadiis Rauenna distans) cum Imperatore de pace communicar. Sarus autem quidam natione Barbarus, sed in rebus bellicis egregiè exercitatus, qui circiter trecentos folos, omnes tamen strenuos ac fideles secum habebat, cum Alaricho ob priorem similitatem suspectus esset, considerabat sibi nequaquã uilia fore inter Gotthos ac Romanos percussa fœdera: Ideoq; repente cum suis irruens, nonnullos ex Barbaris interficit: Hinc igitur & metu simul & ira percitus Alarichus eadẽ uia reuertitur, & Romã obsidione

ECCLESIAST. LIB. IX. 219

obsidione cinctam per proditiõẽ capit. ac militibus suis vniersis ac singulis permisit Romanorum opes diripere, utcumque possent, omnesq; domos eorũ depraedari, nisi quòd Asylum esse uoluerit, ob reuerentiã Apostoli, diui Petri templum illud amplissimum, quod supra illius tumbam constructum est & loci plurimum ambit: Ea res in causa fuit, quo minus Roma prorsus deleteretur. Nam illi qui hic saluati fuerant, urbem restaurarunt, cum eorum ingens esset multitudo.

De muliere Romana quæ castitatis opus perfecit. CAPVT X.

CVM autem, vt credibile est, in huiusmodi ciuitatis expugnatione multa accidisset, ego quod mihi tum ecclesiastica historia dignum cõtingisse visum est, literis mandabo: Declarat enim uiri Barbari factum pium, & fortitudinem mulieris Romanæ in cõseruanda castitate, uirtusque autem christiani, sed non eiusdem sectæ, quandoquidem ille Arrianam, hæc Nicænam doctrinam sectabatur: Hanc igitur perquam formosam conspicatus iuuenis aliquis Alarichi miles, pulchritudine captus ad concubitum trahebat, reluctantem uerò ac ui aduersantẽ ne quid obsceni pareretur, illi stricto gladio se interfecturum minabatur, & interim summam illi curem in collo, quasi qui ob amorem parceret, perstringebat. Tum illa multo perfusa sanguine collum gladio subiegit, optabilius sibi rata mori cum castitate, quàm uiuere expertam uirum alium, quàm illum, cum quo legitimo matrimonio cõiuncta erat. Barbarus igitur cum etiamnum maiore cum terrore illam adortus, nihil adhuc proficeret, admiratus eam ob castitatem, duxit in ecclesiam Apostoli Petri, & traditam custodibus, & expensis in eius sustentationem sex aureis, iussit ut custodiret marito suo.

De Tyranno qui illa tempestate aduersus Honorium in Occidente insurrexerint, & quo modo omnes sublati sint ob Honorij erga Deum pietatem. CAPVT XI.

Dd v Circa

Circa hoc autem tempus cum multi Tyranni insurgent in Imperio Occidentali, & alij sese mutuo conficerent, alij præter expectationem caperentur, haud vulgarem Dei erga Honorium benevolentiam testabantur: Primum enim milites in Britannia per seditionem Marcum Tyrrannum inaugurant, & mox eo rursus in terfecto Gratianum. & cum & is quoque non amplius quatuor mensibus elapsis per eosdem interfectus esset, rursus Constantinum eligunt, quod putarent eum ex nominis sui præfugio Imperium constanter obtenturum: Ex huiusmodi enim causa videntur etiam reliquos ad Tyrannidem elegisse. Constantinus igitur ubi ex Britannia traiecit, in Galliarum ciuitatem Burboniam ad mare sitam eonduxit ex Gallia & Aquitania milites, qui ibi erant, & eas prouincias sibi subijciebat vsque ad montes eos, qui Galliam separant ab Italia, & à Romanis Cœtiarum Alpes nominantur. Constantem verò filium suum natu maiorem, quem postea Imperatorio ornato insigniuit, tunc Cæsarem appellauit, & in Hispaniam misit: Hic cum ea gente potius esset, præfectos peculiare constituit, ac victos ad se adduci iussit Didymum & Verianum cognatos Honorij, qui quidem cum antea inter se dissideret, postquam ceperunt periclitari, in mutuam cõcordiam redierunt. Et collecta agricolarum & seruorum turba, iunctis copijs in Lusitaniam expeditionem fecerunt, multosque trucidarunt ex his, qui à Tyranno ad ipsos comprehendendos missi erant.

De Theodosio & Lagodio & de Vandalicis ac Suenicis gentibus. De morte Alarichi. De fuga Constantini, & Constantis Tyrannorum.

CAPVT XII.

Postea verò cum Hostes copijs auxiliarijs aucti essent, illi capti, & vnà cum vxoribus suis abducti, ac tandem interfecti sunt: Theodosiolus autem & Lagodius eorum fratres qui in alijs prouincijs morabantur, ex patria dissiugiunt ac saluantur, ac Theodosiolus in Italiam ad Honorium Imperatorem, Lagodius ad Theodosium in Orientem venit: Atque Cõstans quidem, his rebus

gestis

gestis ad patrem reuersus est, præsidio constituto ex militibus suis in aditu Hispaniarum, quem obscrantibus Hispanis pro veteri consuetudine custodire non concessit. quæ res postea causa fuit, vt omnes qui hic erant constituti interficerentur. Nam collapsa Constantini potentia, recolligentes sese Vandali, Sueui, Alani, gentes Barbaræ aditum istum occupant, & multa præsidia, multasque vrbes tum Hispanorum tum Gallorum capiunt, & cum his etiam Tyranni præfectos: Constantinus igitur cum sibi hætenus ex animi sententia rem gerere videretur, Constantem filium ex Cæsare Augustum fecit, & mox ipse Italiam inuadere cogitauit. Cum itaque Cœtiarum Alpes superasset, Lyberonam Liguriarum ciuitatem venit: & cum iam Eridanum transiturus esset, per eandem viam reuersus est, quod Alarichi mortem intellexisset, qui cum dux esset Honorij eo nomine suspectus, quod Constantino faueret, vniuersi Occidentalis Imperij præfecturam sibi commissam tunc temporis habebat. Cum autem pro consuetudine principum, ex processu quopiam tum reuerteretur Imperator, statim equo descendens publice gratias Deo nuncupatis precibus egit, quod esset insidiatore manifestò liberatus. Constantinus autem fugiens Arelatum se recepit, quo & Constans eius filius eodem tempore ex Hispania profugiens redierat. Collapsa enim Constantini potentia recolligentes sese Vandali, Sueui, & Alani, Pyrenæum montem prope occupant, cum fertilem & opulentissimam regionem esse audissent, & quia negligentes erant illi, quos in præsidio Constans ibi reliquerat, etiam in Hispaniam iruperunt.

De Gerontio, & Maximo, De Honorij exercitu, quo modo Gerontius obsessus & interfectus sit, ac de vxore eius. CAPVT XIII.

In terea temporis Gerontius inter Duces Constantini præcipuus, hostis illi factus est: & Maximum, familia rem suam, quem ad Tyrannidem accommodatū iudicabat, Imperiali ornatu induit, ac Taracona morari permisit,

ipse

ipse verò aduersus Constantinum exercitum eduxit, eo proposito, vt in transitu Constantem eius filium viennæ commorantem conficeret. Constantinus igitur cum in relexisset, id quod de Maximo actum erat, Ebodichû ducem suum ad vltiores Rheni partes misit, vt Francos & Alamânos in auxilium vocaret, Constanti autem filio suo Viennæ ac cæterarum ibi ciuitatum custodiam commisit. Ac Gerontius quidem cum Arelatum castra mouisset ciuitatem oppugnauit. Non multo autem post exercitu Honorij aduersus Tyrannum aduentante, cui præerat Constantius Imperatoris Valentiniani pater, statim fugit cum paucis quibusdâ militibus, nâ eorû plurimi se Constantio cõiunxerant: milites igitur in Hispania Gerontium ob fugam factam contemptu dignum rati, interficere statuerunt, & concursu facto domum eius circumuallant: Ille verò cum Alano vno necessario suo paucisque seruis, eiaculatis desuper sagittis vltra trecentos milites interficit. sagittis tandem deficientibus serui aufugiunt, & clam sese de domo illa demittentes euadunt, ac Gerontius quidẽ quis & ipse eodem modo saluari poterit, tamen Nonnichia vxoris amore detentus, noluit. Itaque cum milites ignem domo mane immisissent, nullam habens deinceps spem salutis, Alano familiari suo volenti caput amputat, & deinde propria vxori quoque, lamentanti & seipsam cum la chrymis in gladium ingerenti, ac potius quàm in alterius potestatem perueniat, vnâ cum marito perire cupienti, & munus hoc vltimum ab eo impetrare flagitanti. Atque hæc quidem mulier satis viriliter, & vt illius Religione dignum fuit, (erat enim Christiana) mortua est, sui memoriam stabiliorem posteritati relinquens, quàm quæ obliuione obscurari posset. Gerontius porro cum se terribè percussisset, nec tamen vulnus letale accepisse sensisset, euaginato gladiolo, quem scæmori alligatum habebat, sibi ipsi eor transfixit.

De

*De Constantino & exercitu Honorij, de Edo-
bicho Duce; & quo modo is ab Vlphila
Constantij duce victus, & fuga dilap-
sus ab Hospite ingrato
obtruncatus sit.*

CAPVT XIII.

Constantinus autem circumfidente adhuc Honorij exercitu obsidionem tamen sustinebat, quòd illi nunciatum esset Ebodichum cum maximis suppetijs aduenturum. quæ quidem res & Honorij quoque duces non modicè terrebat, ita vt in Italiam reuerti & illic bellum experiri vellent: Atque hoc vbi statuisent, quia appropinquare iam nunciabatur Ebodichus, Rodanum fluuium traiciunt, & Constantius secum pedites retinens aduentantem expectat hostem. Sed Vlphilas Constantij præfectus haud procul istinc in insidijs cum equitibus latitat. Postquam igitur hostes cum exercitu Vlphilam prætergressi pedem iam collaturi essent cum militibus Constantij, dato signo repente prorumpens Vlphilas hostes à tergo inuadit. Et facta statim ordinum perturbatione, alij diffugiunt, alij occiduntur, plurimi autem positis armis veniam precantur, & misericordiam consequuntur. Ebodichus autem equo conscenso fugit in agrum quendam ad Ecdicium, qui plurimum fuerat ab ipso consecutus olim, quemque Ebodichus sibi ob accepta beneficia amicum arbitrabatur. Atqui is caput eius amputatum ducibus Honorij attulit, spe magnorum munerum ac dignitatum: Constantius autem Caput quidem accipi iussit ac gratias Ecdicio agi Reipub. nomine qui Vlphilæ officio functus esset. Sed cum in exercitu remanere vellent cum excedere iussit, nequaquam vel sibi vel exercitui faustam fore ratus hostitibus tum ingrati presentis. Atque is quidem hominis amici ac hospitis in calamitatè delapsi impijsimam eadem ausus, in vanum, vt dici solet, hians, recessit.

Quo

SOZOMENI HISTOR.

Quo modo Tyrannus Constantinus insignia Imperij deposuerit, ac presbyter ordinatus fuerit, ac tandem interfectus sit, tum de reliquis Tyrannis, qui aduersus Honorium insurrexerant.

CAPVT XV.

POST victoriam rursus trajiciente Honorij exercitu ad ciuitatem, certior factus Constantinus, Edobichum esse sublatum, ipse sibi purpuram & Imperij insignia detrahit, & ad ecclesiam confugiens ordinatur presbyter: tum accepto prius iureiuratio qui intra mœnia erant, portas aperit, ac veniam consequuntur omnes. Itaque ex eo tempore prouincia ista rursus ad Honorij Imperium reuersa est, ac ducibus ab illo constitutis paruit: Constantinus autem vnâ cum Iuliano filio in Italiam transmissus, antequam eo perueniret, in itinere occiditur: nec multo post præter expectationem interimuntur Iouianus & Maximus tyranni prædicti; tum etiam Sarus & alij plurimi cum his, qui Imperio Honorij fuerant infideliati.

De Imperatoris Honorij pietate, De morte Constantij eiusq; liberis, qui Honorio successerunt: De pace quæ tunc per vniuersum orbem viguit. CAP. XVI.

SED hæc recensere non est huius temporis. Necessario tamen ideo commemoravi, vt hinc sciremus Imperatori ad conseruationem Imperij sui sufficere, si Deum studiosè colat, ac sit qualis hic Imperator extitit. Aderat autem ipsi & Galla Placidia soror eius ex patre, confimiliter magnam gerens curam pro religione & ecclesiis: Eam in vxorem duxit Constantius, is, qui Constantini Tyrannidem sustulit, vir in armis strenuus, & in rebus bellicis exercitatus, quem Imperator præmij loco tum forore tum corona, tum purpura, tum Imperij consortio honorauit: qui quidem cum paululum temporis super-

ECCLESIAST. LIB. IX. 222

uixisset defunctus est, relictis liberis Honorio & Valentiniano Honorij successore. Interea Orientale Imperiû hostibus liberatum fuit, eiusque prouincia multo cum decore administrabantur præter omnium sententiam, erat enim adhuc iuuenis Imperator: Sed Deus præfenti hoc Imperio manifestè delectari videbatur, qui non solum præter expectationem quod ad hostes attinet, ita disponeret, verum etiam multorum sancta corpora manifestaret ex his, qui olim ob pietatem illustres extiterunt. Cuiusmodi vtiq; & illud est, quod tunc accidit in Zacharia vetusto propheta, & in Stephano Diacono ab Apostolis ordinato: Vtriusque autem inuentionis, cum miraculosa sit ac diuina, modum exponere necessarium esse duxi.

De inuentione Propheta Zacharia & Stephani protomartyris.

CAPVT XVII.

EXORDIAR autem à propheta Cophar Zacharia, villa est in territorio Eleutheropolis Palestina. Huic præfectus erat agri ipsius conseruus Calemerus quidam, domino quidem suo fidelis, sed morosus interim ac difficilis, & in conterminos agricolas iniquus: Quamuis autem talis esset, propheta tamen ei vigilantia clara luca apparens se ipsum reuelauit, & hortu quodam demonstrato, Age quæso, inquit, hic fodito, ab hac sepi in hortu mensura ducta ad cubitos duos iuxta viam, quæ ducit ad ciuitatem Bethrerebin: Reperies enim arcam duplicatam, ligneam interiorem in exteriori plumbea, & propter hanc arcam vitreû item vas aquis plenu, & duos etiâ serpentes amplitudine mediocres, mites & innoxios adeo vt mansueti videri possint: Calemerus igitur ad locu indicatum ex propheta mandato profectus, operi gauiter incûbit, & cum secundum prædicta signa iam in opertu producta & reclusa esset arca facta, apparuit diuinus Propheta candidam stolâ indutus, vt pote, qui, vt opinor, etiâ sacerdos fuerit: Sub pedibus autem eius extra arcam iacebat puer

SOZOMENI HISTOR.

puer Regali apparatu sepultus : habebat enim in capite coronam auream , & aurea in pedibus calciamenta , & vestem pretiosam : Disquirentibus igitur tum sapientibus ac sacerdotibus de isto puero , quis nam & vnde esset , & cur sic ornatus esset , fertur Zachariam qui tum in Geraris conuentui monastico præerat , in vetustum quoddam , sed non canonicum , Iudæorum scriptum forte incidisse , quo tradebatur , quod Ioas Rex Iudææ non multo post quam prophetam Zachariam interfecisset , in domum suam ingentem calamitatem acceperit . Quandoquidem septimo post interfectum prophetam die , filius admodum ipsi eharus repente interiit : Colligens igitur se propter iram diuinam in huiusmodi calamitatem incidisse , sub illius pedibus puerum sepeliuit , quasi hac ratione sese purgaret illis , quæ aduersus prophetam deliquerat . Atque hæc quidē ego sic accepi : Propheta verò tametsi sæculis iam plurimis sub terra iacuisset , viuus tamen adhuc apparebat : Capite raso , naso oblongo , barba modicè prominenti , capite breuiusculo , oculos habens aliquantulum profundos ac supercilijs contestos .

FINIS LIBRI NONI.

EVAGRII SCOLASTICI, EPIPHANENSIS

ET EX PRAEFECTIS ORIVNDI,

HISTORIAE ECCLESIASTICAE

Libri sex .

Authoris proæmium, quomodo ad scribendū præsentem historiam accesserit, & quod post impriū Iuliani interitum, cum hæreses paulisper conquiesissent, postea diaboli malignitas denuo sisdem exagitaui. CAP. 1.



VSEBIVS cognomento Pamphilus, vir sane cum in alijs rebus disertissimus, rum in scribendo tantū pollens, vt possit lectores suorum librorum , & si non efficere perfectè Christianos, ita tamen persuadendū impellere, vt Christianam religionē lubentes colant, Eusebius, inquam, Sozomenus, Theodoritus, & Socrates, de clemētissimi nostri Seruatoris in mundū aduentu, de eius in cælos ascensione, de rebus gestis apostolorum, de certaminibus à sanctis martyribus confectis, & si quid aliud factum sit, dignū commemoratione, vel secus, ad aliquam partē regni Theodosij literis accuratissime prodiderunt . Et quoniam ea, quæ deinceps gesta sunt, illis videntur non multo inferiora, atq; hæcenus nullo ordine cōmemorata sunt, quamuis ipse in eiusmodi rebus tractandis indifertus videar, tamē arbitror laborem in illis memoriæ prodendis à me poni, hocq; opus suscipi, inque eo, qui & piscatores singulari imbuuit sapientia , & linguam indifertam ita limauit , vt voces articulati & distinctè possit exprimere, firmam spem collocari debere, ad eum planè finem, vt res gestas iam ob
 Et huiusmodi

liuione intermortuas, quasi ad vitā denuo reuocare queā, sicque animare oratione, & sempiternæ memoriæ commendare, non modo vt quisque tum quid factum sit ad nostram vsque ætatem, tum quo tempore, quove locō, tū quo modo, tum aduersum quos, tum denique à quibus, verum etiam vt nihil dignum memoria, præ languida & dissoluta inertia, obliuione, quæ illi rei finitima est & vicina maxime, obruatur. Ibi igitur diuino adiutus auxilio, initium faciam scribendi, vbi illi scriptores, quos supra dixi, finem historiae imposuerunt. Cum iam impia Iuliani crudelitas sanctorum martyrum sanguine fatiata erat, & amens Arii furor veræ doctrinæ quasi catenis in concilio Nicæno fabricatis constrictus, & Eunomius ac Macedonius sacrosancti spiritus virtute in Bosphoro acerbè exagitati, & Constantinopoli, vrbe in primis illustri fracti, debilitatiq; & sancta ecclesia fordes, quibus recens contaminata fuisset, deposuerat, eratq; ad pristinum decus restituta, & in vstitu deaurato circumdata varietate, & amatori ac spōso adornata, hostis probitatis dæmon, quia ista ferre non posset, peregrinum quoddam & monstruosum belli genus contra nos excitauit. Ac cum videret & cultū simulachrorū quasi pedibus conculcatum, & seruilem illam atque abiectā Arii insaniam penitus ab ecclesia depulsam, quanquam verabatur fidem apertè, vt hostis, oppugnare, præfertim à tot ac tam sanctis patribus roboratam firmèq; munitam (quippe in ea obsidenda multum amisisset virum) ex occulto tamē rem aggreditur, & rogatis quibusdam responsisq; excogitatis, errorē ad Iudaismum nouo more ac modo traducere studuit: neque intellexit miser inde se euictū & profligatū iri. Quod autem antea vnum sibi habuit aduersarium, iam idem ipsum reuereri & quodāmodo amplecti videbatur: quandoquidem non vtrum ecclesiā à fide vniuersa detruere, sed vtrum verbum aliquod in ea deprauare posset, in solens laborauit. Atque sæpenumero sua ipsius inuolutus malitia, etiam literam ad ipsum sensum & sententiā inuertēdam pertinentem immutare subdole molitus est. Ceterum quemadmodum sensum à lingua disunxerit, quo hæ duæ res minimè velut vno consensu deum & sincere confiterentur, diuinisq; efferrent laudibus, quin etiam quæ

Psal. 44

ratione illa-

ratione istarum rerum vnaqueque gesta sit, & quem ad exitum peruenerit, suo loco explicabo: atexamque præterea; si quid aliud poterō reperire, quod ab instituto videatur alienum, dignum tamen, quod historiæ mandetur: ibique finem scribendi faciā; vbi deo clementi ac propitio visum fuerit.

Quomodo Nestorius ex Anastasii discipuli sui disertatione, sanctam dei matrem, non deiparam, sed Christiparam vocitasse, deprehensus sit, quæ de causa hæreticus habitus est. Cap. II.

Quoniā Nestorius, qui lingua Deū oppugnauit, qui aliter cū Caipha cōtra filiū Dei coegit conciliū, qui blasphemix officinā, in qua Christus denuo trucidat & diuēdit, instruxit, qui naturas illius (qui in ipsa cruce ne os quidē, vt scriptū est, oīno habuit contractum, neq; ve *Ioan. 19:* stem penitus textilē à paricidis discissam) diuisit diremitque, vocem hanc, Deiparā, à multis lectis spectatisq; patribus fabricatam repulit atque adeo reiecit, & vocē, Christiparā, ab se veteratorie effictam & cōflatā ei opposuit, seditionibusq; infinitis referst ecclesiā, atq; intestina ac ciuili sanguinis effusione repleuit, arbitror orationē mihi de esse nō posse, cū ad historiā aptè appositeque contēndā, tum ad ratione ac via in ea ad finē vsq; progrediendum, si Christo oīm gubernatore opē ferēte, à nefaria istius impij Nestorij blasphemix exordium capiam. Cōcertatio in ecclesijs suscepta hīc habuit initiū. Anastasius quidā presbyter peruersa imbutus opinione, Iudaicorum dogmatū, quæ tenebat Nestorius, acerrimus fautor, & ei ad episcopatum proficiscenti comes, vbi Nestorius cū Theodoro in vrbe Mopsoestia congressus, audita illius doctrina à vera pietate desciiuit, Anastasius (inquā) vt à Theodoro in epistola quadā de hijs rebus scriptū est, in disputatione apud populum Christū sancte colentē, in Ecclesia Constantinopolitana habita, palā ausus est dicere: nemo Mariā deiparā vocet. Nā Maria, inquit, homo erat: atq; ab hoīe deus nasci non potest. Quæ quidē verba cū populus Christo cōsecratus grauitè & acerbè ferret, & disputationē illā non sine causa haberet pro blasphemix, Nestorius istius blasphemix

Ee 2 aūthor

EVAGRII HISTORIAE

author & dux, non solum non prohibuit illum, neque re-
ctam sanamque doctrinam tutatus est, verum etiã eius ver-
ba reuera in primis roborare contendit, & in eisdem defen-
dendis acrius institit. Atque sua ipsius opinione hisce ad-
iuncta atque adeo ascripta, venenõque animi sui in eccle-
siam effuso & eiecto, multò maiorem blasphemiam docere
conatus est: adeo vt ad sui ipsius capitis perniciem, hanc im-
piam sententiam, nimirum, *Ego eum qui spatii mensuris,*
hoc est, bimestri & trimestri, & ita deinceps, adoleuerit, Deum
certe non appellauerit, proferre non dubitaret: sicut tum à So-
crate, tum à priore cõcilio Ephesi celebrato perspicue nar-
tatum est.

*Quid magnus Cyrillus ad Nestorium scripserit, et
de tercio Concilio Ephesino, ad quod Ioannes An-
tiochenus episcopus & Theodorius tardius ac-
cesserunt. CAP. III.*

HAEC nefaria Nestorij dogmata cũ Cyrillus, episco-
pus Alexandriæ, vir sane ipsa famæ celebritate insignis,
sigillatim per literas refutasset, Nestoriusq; eius scriptis
reluctatus est, & neque Cyrillo, neque Celestini antiquæ
Romæ episcopi consilijs obsecundauit, sed suum ipsius vi-
rus nihil veritus euomuit in ecclesiã: postulauitque vt au-
thoritate ac nutu Theodosij iunioris, qui tum Orientis ad-
ministrauit imperium, primum conciliũ Ephesi cogeretur.
Itaque literæ imperatoris erant ad Cyrillum, & ad alios om-
nes vbique sanctarum ecclesiarum præfides missæ: quæ
diem Pentecostes, quo die vitalis & sacer spiritus ad nos
descendit, conuentui præstituerunt. Nestorius autem, pro-
pterea, quòd Ephesus nõ longe abest à Constantinopoli,
omnino anteuertit. Cyrillus verò, & qui cum eo erant, cõ-
ueniunt ante diem dictum absuit, non quidem sua spon-
te, sicut multis videretur, qui eius factum defendere volunt,
sed quod suos episcopos, rã cito cogere non poterat: quip-
pe nonnullæ è ciuitatibus, quibus præerant, ab Antiochia
(sic enim olim appellabatur, at iam Theopolis dicitur, id
est, ciuitas dei) homini expedito ac strenuo distant, iter du-
odecim dierum, & quibusdã, amplius eo: & Ephesus abest
Antiochia,

ECCLSIAST. LIB. I. 225

Antiochia, circiter triginta dierum iter. Ac cum Ioannes
constanter affirmaret se non posse ad statutum diem, id est
ad nonum dominicum (sic enim vocatur) adesse, sui omnes
apud sedes proprias ac suas mansere.

*Quomodo Ioanne Antiocheno episcopo non præ-
sente Nestorius gradu depositus sit.*

CAPVT IIII.

VBI igitur quindecim dies vltra diẽ præfinitã præterie
runt, episcopi qui Ephesi cõuenerant, quasi is episco-
pi versus orientẽ habitates nõ essent vaturi, aut si for-
tè venirent, multũ dilaberetur temporis antequam in vnũ
cogeretur, Cyrillo locum Celestini episcopatum antiquæ
Romæ, vt supra docui, gerentis obtinente, accersunt Nes-
torium, hortanturque vt criminibus ipsi obiectis respon-
deat. Ac cum superiore die polliceretur se venturum, si ita
res postularet, & postea etiam ter vocatus, promissa negli-
geret, qui cõuenerant, res in quæstionem vocare cõperũt.
Atque cum Memnon antistes Ephesi dies vltra diẽ statutũ
præterlapsos (præterierant autem numero decem & septẽ)
percussisset, & diuini & admirabilis Cyrilli epistolæ quas
scripserat ad Nestorium, & quas hic ad illum denuo, essent
perlectæ, & epistola illa plane diuina, Celestini, viri cũ pri-
mis illustris, scripta itidem ad Nestorium, recitata, & The-
odorus episcopus Ancyra, & Acacius sedem obtinens ec-
clesiæ Melitinæ, verba blasphemiarum, quæ Nestorius Ephesi
profuderat, in medium protulissent, & multæ præclaræ sen-
tentiarum à sanctis & spectatis patribus sanam & synceram fi-
dem aperientibus in eo congressu commemoratæ, & non-
nullæ etiam quæ à Nestorio inconsideratè & cum blasphe-
mia prolatae fuissent, inter eas interiectæ, sanctum conciliũ
ista totidem verbis contra Nestorium pronunciauit. Vt o-
mittamus alia honoratissimi scilicet Nestorij scelera, quo-
niam à nobis accersitus, obtemperare noluit, neque sanctis-
simos religiosissimosque episcopos à nobis ad eum missos
recipere, inducti necessitate, ad impia eius dogmata excu-
tenda aggressi sumus: & cum partim ex ipsis epistolis & li-
bris à nobis perlectis, partim ex verbis nuper in hac vrbe
primaria recitatis ab eo, & quasi testimonio confirmatis,

eum impie et sensisse, et predicasse deprehenderimus, tum ecclesie canonibus, tum epistola sanctissimi patris nostri, et college, Celestini, episcopi ecclesie romanae, necessario cōpulsis, idque non sine crebris lachrymis, ad hanc seuerā sententiam contra eum pronuntiamdam venimus. Itaq; dominus noster Iesus Christus, contra quē blasphemias loqui non dubitauit Nestorius, per istud sanctum concilium decidit statuitq; eum & Episcopatus dignitate abdicādū, & ab omni conuentu sacerdotum penitus excludēdum esse.

Quod Ioannes episcopus Antiochenus quum quinque dies post aduenisset, Cyrillum Alexandrinum episcopum abdicat, & Memnona Ephesinū, quos contra, concilium absoluit, & Ioannē vicissim eū suis loco mouet, & quomodo Cyrillus & Ioannes scriptis ad virūq; a Theodosio imperatore literis in gratiam reuerint, & Nestorii abdicacionem approbauerunt. Cap. V.

Post istā autem equissimā iustissimamque pronūtiatā sententiam, Ioannes Antiochie episcopus vnā cū suis sacerdotibus, quinque dies post abdicacionē Nestorij venit Ephesum: & suis omnibus ibi in vnum conuocatis. Cyrillum & Memnonem abdicat. Deinde post libellos à Cyrillo, & Memnone, concilio cum his in vnum coacto (licet Socrates rem aliter, utpote eiusdem ignarus, cōmemoret) oblatos acceperit Ioannes, de abdicacione ab ipso facta responsurus. Qui cum iam ter accitus, minime adueniret, Cyrillus quidem & Memnon liberantur ab abdicacione, ipse autem sui que sacerdotes à sancta communione, & omni authoritate sacerdotali amouentur: atq; vbi Theodosius (qui primo Nestorij abdicacionem minime approbauit, post tamen eius blasphemiam explorata cognita, eidem assensus est) literas admodum pias ad Cyrillum & Ioannem episcopos dederat, illi inter ipsos redeunt in gratiam, abdicacionemque Nestorij ratam faciunt.

De ad-

De aduentu Pauli Emiseni episcopi, Alexandriā, & laude, qua Cyrillus Ioannis episcopi solam profectus est. Cap. VI.

E Adē tempestate, cum Paulus episcopus Emisē, aduētaisset Alexandriam, inque ecclesia, concionem illam, quē illius nomine circumfertur, recitasset, Cyrillus epistolam Ioannis ab ipsum scriptam laudauit plurimum, hęcque scripsit his ferē verbis. Lætentur celi & exultet terra: diruta est enī interposita materia, & bilis, quæ animos vexabat, compressa, & omnis dissensionis materia sublata. Quippe seruator noster, Iesus Christus, pacem largitus est ecclesijs, & nos ad idem ipsum impulerunt religiosissimi sanctissimi que imperatores: qui quidem patriam & autam pietatem summo studio imitati, rectam veramque fidem firmam stabilem in suis ipsorum animis retinent, singularique animi cura ac prouisione sanctis prospiciunt ecclesijs, ut ipsi per celebrem nominis famam in perpetuum duraturam inde consequantur, & suum imperium ad summam gloriam efferant. Quibus dominus exercituum larga liberalique manu defert beneficia: largitur que præterea, ut non modo hostes profligent, verum etiam ab eisdem illustrem semper reportent victoriam. Neque enim dominus mentiri poterit, qui dicit: Vivo ego, quod glorificantes me, glorifico. Atqui cum dominus Paulus, frater & collega noster sanctissimus venisset Alexandriam, maxima sane efferebamur lætitia, idque iure optimo: propterea, quod ille, vir plane eximius, se medium interposuit, & grauiores, quàm vires ferebant, suscepit in concionando labores, quod tum diaboli superaret inuidiam, tum distracta ecclesie membra amore copularet, tum denique ecclesiam nostram pariter ac vestram ad mutuum concordiam & pacem reduceret. Ac paulo post addit ista. Quod autem contentio in ecclesia suborta, leuis fuit & leui admodum de causa suscepta, iam plenissime p̄suasum habemus, quod Dñs meus sanctissimus, Paulus episcopus literas, in quibus sana & sincera fidei lucebat cōfessio, ad me attulit: easq; affirmavit à tua sanctitate & episcopis religiosissimis, qui ibi sunt, compositas esse.

Et 4 Linc-

Literæ quidem ita se habent, & in epistola ista Cyrilli totidem verbis inferuntur. De Deipara quidem certe, & quæ sequuntur. Quas voces adeo pijs cum legissemus, vosque ipsos ita sentire comperiremus (vnus dominus, vna fides, vnum baptisma) totius vniuersitatis conseruatoriem deum laudibus extulimus, & sumus propterea inter nos animis admodum latati, quod vestræ simul & nostræ ecclesiæ partim scripturis diuinitus inspiratis, partim nostrorū sanctorum patrum traditione impulsæ, concordem inter ipsas fidem amplectantur. Ista quidem ei qui res id temporis gestas accurate indagare voluerit, erunt facilia ad cognoscendum.

Quenam impius Nestorius passum fuisse se literis suis declaret, & quod eadem lingua vermibus erosa, apud Oasim insulam expirauit.

CAPVT VII.

Quemadmodum autē Nestorius in exilium eiectus sit & quid postea de illo factū, & quæ vitæ exitum sit, cōsecutus, & quas pœnas blasphemix causa dederit, ne utiquam ab illis, qui eius res gestas literis prodiderunt, traditum est: quæ omnia plane interciderunt, tui essentque temporis diuturnitate ita deleta obrutæque, vt ne de illis omnino vel semel audiri posset, nisi in librum quendam ab ipso Nestorio editum, in quo istarum rerum continetur narratio, forte fortuna incidissent. Itaque blasphemix parēs Nestorius, qui non super fundamentum firmè positum, sed super arenam ædificium extruxerit (quod quidem, vt domini loquitur parabola, cito dissoluitur) ad eos, qui illi crimini dederant, tum quod inconsideratè res nouas moliturus erat, tum quod imprudenter poposcerat concilium Ephesi cogi, præter alia nonnulla, quibus suam blasphemiam tueri ac defendere volebat, ista præterea scribit, se nimirum ad hoc institutum suscipiendum necessitate compulsus fuisse: quippe cum ecclesia distraheretur, & pars Mariam hominiparam, vt ita dicam, pars Deiparam nominandam affirmarent, ipse equidem, inquit, quo in neutram partem peccarem, vel Christum morti minime obnoxium esse asseuerādo, vel in alteram partem inclinando, eum immortalitate priuarem,

priuarem, hanc vocem Christiparam, qua Maria appellaretur, excogitauit. Porro autem in eodem libro ostēdit, Theodosium primū, propter amorem, quo eum complectebatur, eius abdicationē minime ratā fecisse: deinde cum quidam episcopi ex vtraque factione ab vrbe Epheso ad Theodosium (idem ipsum nāque imperator postulauerat) missi essent, potestatem sibi datam ad suum monasteriū reuertendi: quod ante portas Antiochiæ, quæ iam Theopolis dicitur, situm est: cuius nomen à Nestorio non ponitur illud quidem, tamen fertur appellatum esse monasterium Euprepij: quod quidem ante portas Antiochiæ locatum esse pro certo cognoscimus, & ab eisdem non amplius duobus stadijs distare. Narrat item ipse Nestorius, se in eo loco quadriennij spatio commoratum esse, varijs affectum honoribus, varijsque præmijs donatum: postea autem relegatum ad Oasim edicto Theodosij. Verum quod caput omnium erat, penitus occultauit. Neque certe in eo loco vitam degens, à sua destitit blasphemia, adeo vt Ioannes Antiochiæ præful istam in apertum profetret sententiam, Nestorium scilicet perpetuo exilio multandum esse. Scribit præterea Nestorius alium libellum acutè & subtiliter ad quendam videlicet Aegyptiū, de sua in Oasim relegatio ne: in quo de ijs rebus disputat vberius. Quæ autem pertulerit supplicia ob conceptas ab ipso blasphemias (quippe obtutum dei omnia cōtemplantē latere non potuit) ex alijs literis quas ad præfectum Thebaidis dabat, satis poterit intelligi. Nam in illis videre licet, quod cum iustas hominibus pœnas non luerit, vltio diuina eum ex improviso oppressit, & quasi captiuum ducens, in acerbissimā omnium coniecit calamitatem. Nam quoniam maiores luere debebat pœnas, ex Blémyis, à quibus captus erat, dimissus, Theodosio reditum illi per edicta decernēte, circiter extremas oras Thebaidis, de vno loco in alium dimigrans, atque ad terram collisus, finem viuendi dignum antè acta vita est consecutus, ipsoque vitæ exitu alter Arius declaratus: in quo perspicue elucet, & quasi pro certo dignoscitur, quæ merces sit impiæ in Christum blasphemix proposita. Vterque enim & Arius, & Nestorius in eum similiter iecit blasphemiam, alter appellando creaturam, alter hominem esse

existimando. Libenter equidem à Nestorio, qui acta Ephesi si nō vt æquitas poscebat, sed vt astutia & iniqua quasi machinatione Cyrilli aduersus eum infidias parantis edita, queritur, sciscitari vellem, qua de causa tandem, cū Theodosius eum tanto studio prosequeretur, solum vertere coactus sit, & absque vlla misericordia, tā acerbis addictus exilijs, & adeo infelicem vitæ exitum habuerit? Aut quid aliud sit præterea, quàm diuinum iudiciū, quod à Cyrillo, & cæteris cum eo sacerdotibus factitatum est, præsertim cū ambobus. i. Nestorio & Cyrillo in numerū mortuorū iam ascriptis (quādo, vt sapienti inter Gētiles scriptori placet, quisque itabili & consentiēte oīm beneuolentia modo nihil sit, quod iure debeat esse impedimento, honorari solet) Nestorius, vt author blasphemix, & Dei hostis iudicaretur, Cyrillus autē, vt præco verbi insignis, & strenuus veræ ac salutaris doctrinæ antesignanus, laude & prædicatione celebratur. Verūm ne crimen subeamus mendacij, ipsum Nestorium, qui nos istas res doceat, in mediū adducamus. Age Nestori: recita mihi quædam ad verbum ex epistola abs te ipso de his, quæ iam dudum Ephesi de sanctissima religione agitabatur, cōscripta & ad præfectum Thebaidis missa. Ex Imperatoris edicto Oasim, alio nomine Ibin appellatam, demigrare coacti sumus. Ac quibusdam deinceps interpositis, adiungit ista. Postquam Oasis, quæ supra dixi, à Barbaris, capta erat, ignique & sedibus funditus vastata, nos ab eisdem Barbaris, qui nos, qua causa adducti nescio, sunt de repente commiserati, dimissi sumus; minacibus quibusdam contestationibus ad nos perterriti, ciendos adiectis, vt quàm primum è regione illa egredere mur. Nam Mazici, inquit, nobis abeuntibus, sunt ex templo eam occupaturi. Venimus igitur in Thebaidem, cum captiuus quibusdam, quos Barbari ob misericordiam, (quid autem voluerint, equidem non habeo dicere) nobis adduxerunt. Postremo isti, ad chara sua quisque domicilia, dimissi sunt: nos autem ad Panopolim nos ipsos pro pere recepimus. Verebatur namque ne quis, quoniam captiuus eram, ansam inde ad negocium nobis facendum arripiens, vel fugitiuorum crimen contra nos confingeret, vel alio quodam accusationis genere (varie calumnie

luminiæ hominibus malitiosis solent abundè suppetere) nos per fraudem implicare moliretur. Quapropter vestrâ celsitudinem obsecramus, vt nostræ captiuitatis, sicut leges postulant, curam habeatis, & ne patiamini quemquam hominem captiuum veteratoribus ad perniciem dedi: ne omnis posteritas velut tragicè hoc decantet, satius esse à Barbaris duci captiuum, quàm auxiliij causa ad imperium Romanum confugere. Atque iureiurando adiecto, sic præterea ab illis postulauit. Nobis per vos quæso liceat, in hoc cōmorari domicilio, ad quod ab Oasi, cum essemus à Barbaris dimissi, accessimus: vt quicquid à Deo de nobis decretum sit, id iam nobis obueniatur. Ex secunda etiam epistola Nestorij scripta ad eundem, ista itidem sumpsimus. Has literas ad tuâ amplitudinē à nobis perscriptas, siue vt argumentum amoris erga te mei, siue vt admonitionem à patre ad filium missam ducis, animum, quæso, attende rebus in illis explicatis: quæ sanè permultæ sunt, eæque paucissimis verbis, quantum fieri poterat, à nobis comprehensæ. Oasis, quæ Ibis quoque dicitur, Nomadum multitudine in eam irruptionem faciente iam pridem penitus vastata est. Et paulò post. Quæ res cum ita accidissent, tua amplitudo, nescio qua causa impulsæ, aut qua arrepta occasione, iussit vt ad regionem quandam, Elephantinam nomine, sitam ad extremam oram prouinciæ Thebaidis, per milites Barbaros ex Panopoli abduceremur: quod quidem manu militum, quos dixi, misere raptati sumus. Ac cū itineris longitudine essemus fracti contritiq̄, mandatū mī nime scriptū illud quidē rursus à tua magnanimitate accepimus, vt Panopolē reuerteremur. Itaq; molestijs, quæ in tanto & tā prolixo itinere nobis obtigerunt, debilitati, corpore morbo vexato & præ senectute languido, manibus etiam & lateribus contractis, venimus denuo Panopolim, ibique aduersis casibus, & acerbo dolorum morsu contisi, fere animam egimus. Rursus aliud mandatū scriptum à tua celsitudine ad nos allatum, nos à Panopoli ad quoddam illius confinium traduxit. Ac cum nos iam finem mandatis contra nos editis statutū fore putarem, expectarem usq; imperatorū illustriū, de nobis voluntatē, de impropufo aliud crudele sane dabatur mādātum, vt iā quarto multare-

multaremur exilio. Ac paulo infra. Sis, quaeso, his rebus gestis contentus: satis sit tibi, tot exilia contra vnum corpus decreuisses: acquiescas, amabo te, incommodis, quae iam abs tua amplitudine accepimus. Quaestionem, quae est exercenda de nobis (per quos oportuerat causam declaratam fuisse) quaeso imperatoribus nostris inuictissimis, ut aequitas postulat, permittas. Ista consilia à nobis ad te, tanquam à patre ad filium scripta sunt. Quod si eadem iam, sicut antea, grauius & iniquo animo feras, fac quod voluntas iubet, si modò vincere ratio non possit voluntatem.

Ad istum modum Nestorius tam imperatores, quam eorum magistratus literis, velut pugnis & calcibus verberare, maledictisq; figere non dubitauit: neque rebus aduersis, quas pertulerat, ad modestiam traductus fuit. Ipse equidè accipi à scriptore quodam modum, quo decessit è vita, talem fuisse: nimirum eius linguam vermibus exesam esse, sique eum ex huius vitae miseris ad grauiora supplicia iusto dei iudicio infligenda, eaque sempiterna migrasse.

Quod Nestorio Constantinopoli successit episcopus Maximianus, et illi Proclus, dein à Flauianus.

CAPVT VIII.

Post scelerati Nestorij mortem, episcopatum Constantinopolis, vrbis percelebris, cepit Maximianus: cuius temporibus ecclesia Dei pace fruebatur tranquillissima.

Quo mortuo, Proclus illius sedis gubernacula suscipit. Cui viam vniuersae carnis conficienti, succedit Flauianus.

De infortunato Eutiche, & quomodo à Flauiano Constantinopolitano Episcopo, de gradu deturbatus sit, & de secundo concilio, illo scilicet nefario, quod Ephesi coeuit. Cap. IX.

Temporibus Flauiani error impij Eutichis oritur: de quo Conciliū prouinciale cogitur Constantinopoli: inq; eo Eusebius Dorylaeensis episcopus, & dicendi facultate peritus, prolatis libellis, primus Nestorij blasphemiam coarguit. Vbi verò Eutyche accedit vocatus, istos errores tenere suis ipsius verbis deprehenditur. Nam confiteor, in-

or, inquit, dominum nostrum antequam diuinitas cum hu manitate coniungeretur, ex duabus fuisse naturis: at post harum rerum coniunctionem, vnam solum naturam in eo extitisse affirmo. Idem etiam corpus domini non ex eadè substantia cum nostro corpore constare asseruit. Abdicatur igitur sacerdotio: & tamen cum Theodosium pro se ipse orauisset (libellos enim contra ipsum à Flauiano falso confictos dixit) primum conciliū Constantinopoli ex finitimis episcopis ad eam rem exquirendam conuocatur: à quo in Flauianum, & ab alijs quibusdam ecclesiarum praesidibus accuratè inquisitū est. Ac libellis, quod veri esset, confirmatis, alterum Ephesi celebratur conciliū.

Quod studio & opera Dioscori & Chrysaphij effectum est, ut vesanum Ephesi conciliabulum congregaretur. Cap. X.

Huius concilii Dioscorus, qui in Alexandria episcopatu post Cyrillū successit, quò odium in Flavianum incederet (Chrysaphius enim, qui tū praefectus palatii fuit, hanc rem callidè molitus fuerat) praeses designatus fuit: eoque Iuuenalis Hierosolymorum episcopus, qui etià Ephesianam rexisset ecclesiam, multis ipsum comitantibus sacerdotibus comueuit. His accessit Domnus, qui Ioanne mortuo Antiochia creabatur antistes: Iulius praeterea, qui locum suppleuit Leonis, antiquae Romae episcopi. Aderat quoque Flauianus, cum suis episcopis. Theodosius ista quae sequuntur Elpidio mandauit. Qui antehac iudicium de Eutyche religiosissimo abbate tulerunt, intersint concilio illi quidem, & quietè se gerant, & iudicandi auctoritatem nullam habeant, sed communem omnium sanctissimorum patrum sententiam expectent: quandoquidè ea, quae fuerunt ante ab illis iudicata, iam excutuntur. In hoc concilio Eutyche à Dioscoro, ac suis episcopis abditione liberatus fuit, sicut in actis eiusdem concilij continetur. At Flauianus, & Eusebius Dorylaeensis episcopus abdicati. In eodem concilio Ibas quoque Edesseorum episcopus ecclesia interdictus. Abdicatus praeterea Daniel, episcopus Carrorum, & Irenaeus Tyri. Itemque Aquilinus episcopus Bibli. Nonnulla porro ibidem acta fuerunt contra

contra Sophronium episcopum Constantinopolitanum; Abdicatur etiam ab illis Theodorus episcopus Cyrestis, & Dominus quoque Ecclesiae Antiochenae antistes. De quo, quid postea factum sit, non constat. Hoc modo secundum concilium Ephesi habitum, dimissum fuit.

Authoris pro opinionum apud Christianos repugnancia apologia, & de ridiculis gentiliū deliramentis. Cap. XI.

NE quisquam Gentilium, qui infano simulachrorum colendorum errore ducuntur, nos Christianos propterea irrideat, quod posteriores episcopi priorē sententiā abrogant; & semper videntur aliquid noui fidei nostrae adiungere. Nam nos, quanquam clementiā Dei, quae nec verbis exprimi, nec ratione vlla peruestigari possit, sedulo perscrutamur, hoc tamen animo sumus, vt siue in hanc, siue in illā sententiā desilectimus, eā assidue summa gloria decoremus, laudibusq; in primis extollamus. Neq; quisquā eorum, qui haereses inter Christianos excogitarunt, dedita opera blasphemiam loqui voluit, neque sua sponte ad diuinū numen cōtumelia afficiendū ruere, sed potius persuasum habuit, si hoc vel illud asseueranter affirmaret se melius dicturū, quam alios, qui ipsum antegressi fuissent. Ac quod ad ea, quae sunt fidei fundamenta, quaeq; rata esse debent, attinet, communi oīm consensu cōceduntur. Nam numē quod adoramus, trinitas iudicatur: & personae, quibus laudes decantamus, vnitas deiq; verbū ante secula genitū, & ob cōmiserationem creaturę suę secunda generatione incarnatū creditur. Quod si in alijs rebus quaedā nouātur, fuit ea qui dem, deo liberē hoīm voluntati permittēte potestātē, de illis pro arbitrato sentiēdi, quo sancta, catholica & apostolica ecclesia ea, quae in vtramq; partē dicātur, coerceat, ad sanā doctrinā veramq; pietatem traducat, & ipsa ad planam rectamq; viam se recipiat. Et ob hanc causam dictū est ab apostolo planissime: oportet haereses in vobis esse, vt qui probati sint, manifesti fiant. Atque in hoc etiam arcanam Dei sapientiam licet admirari ad Diuum Paulum sic loquentis: Virtus mea in infirmitate perficitur.

Ex qui-

Ex quibus namque rebus ecclesiae disrpta sunt membra, ex eisdem recta dogmata, quae in nullam reprehensionem possunt incurrere, accuratius limantur, & reponuntur in tegrius, & ecclesia catholica indies crescit, & ad caelum quodammodo extollitur. Gentiles autem erroris alumni, qui neq; deum, neque eius de hominibus susceptam curā omnino student inuenire, hi & quae antegressa sunt, & quae ipsi inter se sancierunt, antiquant, iū nouos deos, alios ex alijs excogitando, tum suas animorum perturbationes pro dijs consecrando, nominaque deorum illis imponendo, tum denique res eiusmodi in deorum numerū ascribēdo, quo suae ipsorum intemperantiae parent impunitatem. Ac propterea certe, qui apud illos summo habetur pro deo, pater nempe hominumq; deumque, in auis specie mutatus, adolescentulum Phrygem per lasciuia rapuit, mercedēque turpis & flagitiosi facinoris poeulum tribuit, amoris causa propinare ipsi permittens, quo cum Nectare probra uterque communiter hauriret. Idem Deus alijs infinitis se obstrinxit sceleribus, quae etiā vulgus hominum detestatur. Nam in omnem speciem animantium rationes expertum se commutās flagitiosissimus ille, Androgynus factus est: & quanquam foetum non gessit vtero, foemore tamen gessisse dicitur, vti haec res ab eo contra naturam fieri videtur. A quo etiam Bacchum editum ferunt, eumque Androgynum quoque fuisse, qui vtrumque sexū affecit ignominia: eundemque extitisse ducem ebrietatis, temulentiae, crapulae, grauedinis ex hesternā ingurgitatione contractae, & malorum inde nascentium. Huic Aegiocho, & altitonāti Ioui aliud facinus memorabile attribuūt, parricidāque (quod scelus apud omnes gentes grauissimo supplicio coerceri debet) nuncupant. Nam Saturnum, qui cum ad perniciem in lucem ediderat, memorant ab eo e regno exturbatum. Quid stuprum commemorem, in Deos relatum, Cui Venerem Cypriam e Concha satam praeficiunt: quae & continentiam, tanquam scelus execrabile & plane absurdum odit, & stupris omniūque flagitij genere delectatur, seque his placari vult. Qua cum Mars turpitudinē admisit, Vulcaniq; asturia cōstrictus, dijs cōtēplāndus desiderandūq; proponebatur. Quis est, qui nō iure rideat illorum

illorum Phallos, Ithyphallos, Phallagogia, maximumq; illum Priapum, & Pana tuipi membro honoratum, & myste-
ria in Eleusine celebrata, ob vnam rem solum laudanda, q̄
ea Sol non videt, sed in tenebris peragenda decernuntur.
Verum istis, qui turpiter & colunt & coluntur, relictis, re-
deamus, vnde digressi sumus, & reliquam partem imperij
Theodosij omnium quasi oculis subijciamus.

*Quomodo Theodosius imperator hæresim Nestorij
abegerit. Cap. XII.*

Plum admodum decretum à Theodosio scriptum est, &
positum in libro Iustiniani, qui codex dicitur, lege ter-
tia primi tituli: quo quidem Nestorij, cuius amore ac de-
siderio olim, sicut idem ipse scribit Nestorius, admodum
tenebatur, diuina impulsione ad id incitatus, omnibus, vt
dicitur, calculis condemnauit, eique denunciavit anathe-
ma. Sic enim scribit: Item decernimus vt qui impiam fidē
sectentur Nestorij, aut nefariæ eius doctrinæ obtemperant,
si episcopi fuerint, è sanctis ecclesijs eijciantur, sin laici, da-
nentur anathemate. Extant aliæ leges ab eo pro nostra reli-
gione editæ, quæ ardens illius erga eam studium perspicue
declarat.

De sancto Symeone qui columnam incolebat.

Caput XIII.

Eisdē temporibus floruit, inque magna gloria fuit Sy-
meones, vir & insignis pietatis, & memoriæ p̄celebris:
hic primus stationē in columna instituit, domiciliūq;
in ea, cuius mensura vix duos continebat cubitos, constru-
xit. Per idem tēpus Dominus Antiochenū procurauit epi-
scopatū: qui vbi venit ad Symeonem, mansionem & ra-
tionem viuendi admiratus, ea quæ apud illum secretiora er-
ant cognoscere valde cupiebat. Ambo igitur simul ingre-
diuntur, & puro Christi corpore consecrato, vitalem inter
se mutuò participant cōmunionem. Iste Symeones vitam
cœlestium potestatum in carne æmulatus, se à rebus terre-
nis abstrahere laborauit, vim afferre naturæ, quæ solet suo-
pte nutu deorsum ferri, res in sublimi locatas persequi: &
inter cœlum & res terrestres quasi medius interiectus, cū
Deo

Deo colloqui, eū pariter cū angelis laudibus extollere, &
tum preces pro hominibus è terra in cœlum subleuans, deo
offerre, tum misericordiam Dei de cœlo in terram defe-
rens, hominibus impertiri. huius res gestas literis pro-
didit cum alius quidam, qui eum oculis aspexisset, tū The-
odoritus ecclesiæ Cyrestensis episcopus, eadem disertè ex-
posuit: à quo cum alia, tum hoc quod deinceps dicemus, in
primis prætermisum est, quod quidē inuenimus apud san-
ctæ eremi incolas reseruatum, ipsumq; ab illis accepimus. Cū
Symeones iste, qui in terra angelus, in carne cœlestis Hierusa-
lem cuius fuit, peregrinam hanc viuendi viam, hominibus
planè incognitam institueret, sanctæ eremi incolæ mittunt
quendam ad illū, iubētque vt ab eo sciscitaretur, quid hæc
noua & inuisitata vitæ ratio sibi vellet, & quamobrem trita
viuendi via & sanctorum pressa vestigijs relicta, aliam quā
dam peregrinam, & hominibus omnino ignotam seque-
retur: eumque hortantur per nuntij vt ex domicilio de-
scenderet, viamque electorum patrum instaret. Quod si
alacri animo ac parato descendere videretur, mandarunt,
vt ei sua ipsius viuendi via insistendi potestas fieret, (ex
obedientia enim satis constare posse dixerunt, eum Deo
duce in eam viam ingressum fuisse, tamque graue certamē
ad se affligendum in vita suscepisse) sin resisteret, aut fug-
inferiret voluntati, ac non statim ipsorum hortationi mo-
rem gereret, vt vi inde abstraheretur. Nuntius, vbi accef-
sit ad eum & patrum mandatum illi exposuit, isque ex tem-
plo alterum produxit pedem, patrum hortationi obsecu-
turus, permisit sua ac propria viuendi via incidere, sic eum
affatus: bono animo sis, & strenue rem gere, statio tua à
deo est instituta. Hæc res ab alijs, qui de eo scripserūt, præ-
termissa, digna tamen quæ literis prodatur, à me hoc lo-
co commemorata est. Virtus porro diuinæ gratiæ tam
penitus in istius infedit animo, vti ad imperatorem The-
odosium per legem iubentem, vt Iudæis Anthiochiam in-
colentibus, ipsorum Synagogæ, quas ante Christiani ab
illis abstulissent, redderentur, adeo liber è scripsit, adeoque
acriter eum propterea increpauit (solum namque suum
imperator deum veritus est) vt imperator Theodosius,

FF quo

quod Christianorum satisfaceret voluntati, suam mandata reuocaret, praefectumque, qui ipsum de Iudaeorum synagogis reddendis docuerat, abdicaret magistratu, & sanctissimum ac aerium oraret martyrem, ut nominatim pro ipso deum obsecraret obtestareturque, atque sua ipsum impertiret benedictione. Iste Symeones hoc seuerum viuendi genus in carne traducens, vitam ad quinquaginta sex annos propagauit. Nam in monasterio, in quo primum diuinas viuendi praecipiones didicit, annos vixit notum: in Mandra autem, sic enim vocatur, quadraginta septem: atque horum annorum, decem in loco admodum angusto confecit: in columnis arctioribus septem: denique in columna quadraginta cubitorum, triginta. Huius sanctissimum corpus post migrationem e vita, Antiochiam deportatum fuit, Leone tunc imperium gerente, & Martyrio administrante episcopatum Antiochia: Ardaburio praeterea praefecto praesidiorum in Oriente, eam militum ducibus & caeteris ordinibus in ipsa Mandra commorantibus, seruantibusque sanctissimum beati Symeonis corpus, ne vrbes vicinae illud furiperent. Itaque corpus sacratum, multis miraculis in itinere editis, deferretur Antiochiam: quod Leo Imperator postea ab Antiochenis petiuit. At Antiocheni contra imperatori aliud postulatum offerebant, quod ita se habet. Quoniam ciuitas incenibus caret (imperatoris namque furor ea diruit), sanctissimum Symeonis corpus huc apportauimus, ut nobis & muri & munimenti loco sit. Quibus verbis persuasus Leo, eorumque obsecutus postulationi, venerandum corpus illis concessit. Ilius corporis cum multae aliae partes ad nostram usque aetatem fuere reseruatae, tum caput ipse equidem conspicatus sum: Gregorio viro magni nominis id temporis episcopatum illius ecclesiae gerente, & Philippico efflagitante uti sanctorum reliquiae, quod tutius in Oriente expeditiones militares faceret, ad ipsum mitterentur. Atque quod valde mirandum videtur, capilli in capite inhaerentes, minime consumpti sunt, sed perinde ac si viueret, & cum hominibus versaretur, integri manserunt. Frontis item cuticula, quanquam contracta fuit in rugas, exaruitque, tamen man-

men mansit incorrupta: multi etiam ex dentibus qui hominum fidelium manibus minime fuissent euulsi: huius figura sua indicantur, qualis diuinus ille Symeones fuerit, & qua statura. Ibi quoque, catena ferrea quam collo gestabat, reponebatur: qua cum (nam ne mortuum quidem charum illud ferrum Symeonem deseruit) corpus omnium sermone celebratum, quod tam graues exantlasset labores, diuinos honores consecutum est. Cuius singulas res gestas cum ad meam ipsius, tum ad legentium vilitatem narrando percererem, nisi de eisdem a Theodorito, uti supra dixi, vberius diffusiusque disputatum esset.

De Stella quae sepe numero in porticu columnae Symeonis conspicitur, quam scriptor hic & alij copiosius viderunt, & de ipso etiam sancti Symeonis capite. Caput XIII.

DEinceptus aliud, quod ipse oculis vidi, scriptis mandabo. Per magno tenebar desiderio templum istius sancti Symeonis aspiciendi. Abest autem Theopolis, id est Antiochia, stadiis ad summum trecentis, positum in ipso motis iugo. Istud Mandram vocant indigenae: cui loco seueram vitae disciplinae arbitror, quam sanctissimus Symeones in eo exercuit, istud nomen tribuit. Montis autem accliuitas porrigitur ad viginti stadia. Templi aedificium extructum est in modum crucis, porticibus ex quatuor lateribus pulchre illustratum. Porticibus vero columnae ex polito lapide concinne fabricatae, adiunctae sunt: quae testum scire admodum in sublime erigunt. Versus medium templum, atrium est sub dio, summo artificio elaboratum: in quo sita est columna illa quadraginta cubitorum, in qua vitam caelestem iste terrestris corporeusque angelus transegit. Atqui porticus, quos diximus, tanquam cancellos quos fenestras vocant, in testum habent: tum ad atrium, tum ad ipsos porticus vergentes. Ad laeuam columnae in vno cancellorum ipse equidem cum tora agrorum circa columnam incedentium multitudine ibi in vnum coacta, vidi stellam inuisitata magnitudine, discurrentem per totam rimam, iubarque fundentem, neque id quidem semel bisue aut ter, sed saepius eandemque

EVAGRII HISTORIAE

crebro euanescentem, & ex improviso apparentem denuo: quæ solum in istius sanctissimi viri die festo cernitur. Sunt, qui memorant (ac miraculo sane tum propter fidem eorum, qui idem ipsum narrant, tum propter alia, quæ ipsi sumus conspicati, credendum est) veram personæ illius effigiem huc illucque volitantem se vidisse, barba demissa, & capite, vt solet, tiara operto. Viris, qui ad eum locum veniunt, liber & facilis pater intrôitus: hiq; cum tumentis suis columnam sæpe circumeunt. Fir autem custodia accuratissima ne mulier (qua de causa haud equidem habeo dicere) aliquando in templum ingrediatur: sed si quæ accedunt, extra limen consiliunt, miraculum admiratæ. Nam è regione stellæ fulgentis vna ex portis sita est.

De Isidoro Pelusota, & Syneso Syrenæ episcopo.

Caput XV.

Eodem imperatore regnate magno etiã in honore fuit Isidorus: cuius gloria ob illius tum facta, tum dicta lógè lateque peruagata est, omniúq; sermone celebrata. Iste carnem sic maceravit laboribus, sicq; animû arcanis & diuinis doctrinis saginavit, vt vitã angelicã in terris traduceret, & viuã expressamque effigiem vitæ monasticæ, & diuinæ contemplationis omnibus perpetuo intuemdam proponeret. Scripsit quidem cum alia multa opera perquam vtilia, tum vnũ ad Cyrillum: ex quo perspicuum est eum eisdem cum admirabili illo Cyrillo vixisse temporibus. His iam à me ea elegantia, qua poteram explicatis, deinceps veniat in medium Synesius Cyrenensis, vt mentione, quæ de illo fiet, nostra illustretur oratio. Iste Synesius fuit cum in alijs rebus disertus, tum in philosophia egregiè excolenda adeo præ cæteris eximius, vt etiã à Christianis, qui neque amore, neque odio adducti, de eo iudicium fecerunt, in magna haberetur admiratione. Itaque illi persuadent, vt licet nondum doctrinam de resurrectione carnis admisisset, neque ita sensere vellet, salutari regenerationis lauacro tingeretur, & iugum susciperet sacerdotij: rectè admodum de eo augurantes, quòd hæ res alias eius virtutes sequerentur, diuinaque gratia n-

ECCLESIAST. LIB. I. 133

tia nihil pateretur in eo desyderari. Quæ spes illos minime frustrata est. Nam qualis & quàm eximius vir euaserit, argumento sunt, tum epistolæ ab eo post sacerdotij susceptionem eleganter & ornatè compositæ: tum liber ille, quem dedicauit Theodosio, tum aliæ præclaræ illius, quæ extant lucubrationes.

Quòd diuus Ignatius à Theodosio Roma translatus, Antiochiæ sepultus est.

Caput XVI.

Maiora robustioraque Ignatij viri plane diuini ossa à bestijs relicta (quæ, sicut tum à Ioanne rhetore, tum ab alijs memoriæ proditũ est, posteaquam sanctus martyr bestiarum ventres, vt ei erat in optatis, sepulchri loco in amphitheatro Romano cõsecutus fuerat, Antiochiam deportata fuerunt) regnante etiam Theodosio, quod fuit longo tẽpore post eius martyriũ, in cimiterium translata sunt: quippe Deus Opt. Max. animũ Theodosij impulit, vt diuinum illum martyre maioribus afficeret honoribus, & templum iam olim demõnibus dedicatũ (quod indigenæ templum Fortune nuncupant) Ignatio victori & martyri consecraret. Itaque quod olim Fortune dicatum fuit, iam sacrum sanctuariũ, & templũ augustum ad Ignatij memoriam celebrandã factum est: cuius martyris sacre reliquæ curru cum solemnĩ põpa per ciuitatem portatæ, & in templo repositæ fuerunt. Quæ de causa festum celebre, & lætitia communis ad nostrã vsque ætatem peragitur: quod quidem festum à Gregorio Põtificè multò maiore magnificentia illustratum est. Ista propterea in eo loco facta fuerunt, quòd Deus sacras sanctorum suorum memorias ibi coli honorariq; voluit. Nam scelestus ille & impius tyrannus Iulianus, quoniam Apollo (qui in Daphne coli solet, quæque vocem & vim vaticinandi ex fonte, qui Castalia dicitur, hausit) ei tum imperium gerenti, sciscitantiq; illius oraculũ, responsum dare nõ poterat (Sanctus nãque Babylonis, cuius corpus in proximo conditũ fuit, ei os obturauerat) Iulianus, inquam, licet inuitus, & quasi plagis ad eã re compulsus, sanctum Babylonis corpus honorificè ex eo loco translulit, tẽplumque amplissimum, quod adhuc integrum

manet, ante portas vrbs Antiochiæ extruxit: hocque egit ad eum plane finem, vt dæmones in posterum sua liberè obirent negocia, quemadmodum se facturos ante Iuliano, vt fertur, polliciti fuissent. Verùm istud certe dei seruatoris prouidentia administratum fuit, cum vt virtus, quæ insit martyribus, omnibus pateat, tum vt sacratæ huius sancti martyris reliquiæ in locum transferrentur sacratum, & templi præclarissimi honore decorarentur.

De Attila rege Scytharum, & quomodo partes tũ orientales, tum occidentales depopulatus sit, & de inaudito terrimotu, alijsq; terribilibus quæ orbi incumbabant signis. Cap. XLII.

Temporibus eisdem bellum, quod multorum sermone celebratur, ab Attila Scytharum rege excitatũ fuit: de quo accuratissimè disertissimeque cũ magno verborum apparatu scribit Priscus rhetor: ostenditque & quomodo partes tum Orientem tum occidentem versus inuasit, & quas ac quàm multas vrbes subegerit, & quibus denique rebus gestis nobilitatus, ex hac lucè migraverit. Porro aut̃ eodè Theodosio imperiũ gubernante, maximus maximeq; memorabilis terræmotus, qui sua magnitudine omnes terræmotus, qui ante extitissent, omnino obscurauit, orbè terrarũ occupauit, prope dixerim vniuersum: sic vt multæ turres in palatio ad terrã ruerent, murus Cherrhonesi, qui longus dicitur, concideret, dehisceret terra, & multos pagos deglutiret, multæ atque adeo innumera- biles terra marique grassarentur calamitates, nonnulli fontes exsiccarentur, alibi aquæ, vbi nullæ antè fuissent inundarent, arbores ingentes extirparentur radicitus, plurimæ terræ moles ita coaceruarentur, vt montes efficeret, mare pisces eijceret mortuos, multæ in eo submergerentur insulæ; nauigia per mare tranantia, vndis retrocedentibus, in arido consistere cernerentur, multa denique loca Bithyniæ, Hellepontis, & vtriusque Phrygiæ grauius afficerentur incommodis. Hæc clades terram multũ diuque oppressit: non tamen tam grauis esse pergebat, vt

experat, sed vsque eo sensim languescere & remittere videbatur quoad penitus extincta esset.

De Antiochiæ ædificiis, & illorũ cõdiuoribus. Cap. XVIII.

E Ad tẽpestatẽ Mennonius, Zoilus, & Calixtus, viri propter accuratã nostræ religionis obseruationẽ præstabiles, à Theodosio ad magistratus Antiochiæ gerẽdos missi fuerũt. Ac Memnonius quidẽ locũ illũ, qui à nobis Psephiũ appellatur, à primis fundamentis magnificè & artificiose extruendum curauit, atrio, quod libero cœlo patebat, in mediõ relicto. Zoilus autẽ regalẽ porticũ (hoc quidẽ nomine etiã nostra ætate quãuis multis variatus ædificiis, nuncupatur) qui ad australe larus tecti palatii qd̃ Ruffini nomẽ obtinet spectat, exedificauit. Quinetiã Calixtus magnificè & illustre ædificiũ, quod tum à veteribus, tũ ab huius ætatis hominibus porticus Calixti dicit̃, ante sedes, quæ ad exercendũ iudiciũ positi sunt, è regione fori (in quo pulcherrima domus est, quã præfectũ p̃sidiorũ incolere solẽt) extruxit. Post istos, Anatolius rursus, qui ordinibus in oriente militiã exercitibus p̃ficiẽbatur, eod̃ missus porticũ ipsius nomine appellatã ædificauit, eamque varia exornauit materie. Ista quidẽ, licet à proposito videantur aliena, sunt tamen studiois nõ inelegantia ad cognoscendũ.

De bellis variis tum in Italia, tum Perside regnante Theodosio susceptis. CAPVT XIX.

Regnante itẽ Theodosio, crebræ in Europa seditiones constati, idque dum Valentinianus Romæ imperabat: quas Theodosius, ingentibus copijs & exercitũ pedestri, tum nauali, terra marique emissis, adeo penitus repressit. Atque eo pacto etiã Persarũ euicit furorem, quorum rex tũ fuit Isdigerdes, pater Bararanis, vel vt Socrati placet, ille ipse Bararanes) & missis ab illis de pace legatis, pacem eis concessit: quæ ad duodecimum annum imperij Anastasij cõtinuata est. Quæ res cum ab alijs scriptoribus cõmemorata sunt, tum ab Eufathio Syro ex Epiphano valde scitè & eleganter compendio quodam explicata: qui quoque scribit, quo pacto Amida capta fuerit. Eodem tempore claudianum & cyrum, poetas hominum fama celebratos ferunt. Ac Cyrum primarium præfectum

EVAGRII HISTORIAE

quem maiores nostri praefectū aulae vocant, constitutū: copijsque Romanis versus occidentē eo tempore praefuisse, quo Chartago capta fuit à Vandalis, & Geuzericus Barbarum ductavit exercitum.

De Eudocia imperatrice & filia eius Eudoxia, & de eius Hierosolymas profectioe, & statua qua ab Antiochenis donata est. Cap. XX.

Iste Theodosius impulsu Pulcheriē imperatricis, sororis suae, Eudociam, genere Atheniensem, forma sane perhonestā & liberali, postquam salutarī baptismatis laacro tincta fuit, duxit in matrimonium: Ex qua filiam suscepit, nomine Eudoxiam. Hanc cum esset nubilis, imperator Valentinianus duxit uxorem, abduxitque Roma antiqua, & ad Constantinopolim deduxit. Eudocia verò postea ad sanctā Christi Dei civitatē profecta est: vbi habita oratione ad populū, in extrema parte illius hoc carmē recitavit.

Sirpe satam vestra me, & sanguine gloriæ esse.

Quo quidem significavit Colonias à Græcia eò deductas fuisse. Quòd si quisquam istarum rerum accuratius cognoscendarum studio teneatur, sunt à Strabone Geographo, Phlegonte, Diodoro Siculo, Arriano, & Pisandro poeta, ab Vlpiano praeterca, Libanio, & Iuliano, Sophistis omnium praestantissimis, scriptis exquisitè mandata. Postea autem Antiochiam profectam, Antiocheni, illam statua ex aere artificiose fabricata, quae adhuc integra servatur, honorarunt. Eius hortatu Theodosius impulsus, maximam civitati adiunxit accessionem, murumque amplificavit, ad portam usque, quae ad Daphnem suburbium ducit, sicut cuique cupienti perfacile est videre. Nam ad nostram usque aetatem veteris muri vestigia, ex ipsis reliquijs, quae oculos quodammodo ad eam quasi manu ducunt, facile indagari possunt. Sunt tamē, qui dicunt murū illum ab antiquiore Theodosio dilatatum: quineriam eundem aurum ducentarum librarum resciendo Valentis balneo in quadam parte accensio tribuisse.

Quòd

ECCLESIAST. LIB. I. 235

Quòd Eudocia multa Hierosolymis praclare administravit, & de diuersa monachorum Palaestinae viuetis viuendiq; ratione. Cap. XXI.

Eudocia verò Constantinopoli Hierosolymam bis profecta est: & quanquam qua de causa, aut quid potissimum, ut aiunt, animo intenderet, eis, qui de vita illius scripserunt, licet, mea quidem sententia, minime verè rem, ut gesta est, narrant, relinquendum cenfeo, tamē constat eam, cum in sancta illa Christi ciuitate versabatur, multas res ad Dei seruatoris honorem illustrandum, gessisse. Nam sancta aedificauit monasteria, & loca illa, quae Lauras vocant: in quibus tamen varia ratione viuunt, tamen vitae institutio ad vnum eundemque finem spectat, eumque sanctissimum. Nam alij gregatim vitam degunt, nihil rerum, quae animos hominum ad terram deprimere solent, possident: quippe aurum illis non suppetit: at quid dixi aurum? imò verò ne propria vestis, aut cibarium quicquam. Nam quo pallio, aut tunica vnus iam induitur, alter vestitur eodem paulò post: adeo ut omniū vestitus, vnus esse videatur, & vnus omnium. Quinetiam mensa communis apponitur, non opiparis instructa delitijs, aut alio quouis cibarium genere, sed oleribus solum & leguminibus appàrata: ijsque eatenus suppeditatis, quatenus solum satis essent ad viuendum. Porro autem in praecipuis solum, quas communiter inter ipsos ad Deum fundunt, se dies noctesque defigunt: sicque atterunt sese, sic se laboribus affligunt, ut mortui insepulti super terram iacentes videantur. Nonnulli eorum leges, quas ὁμοεισμοὺς vocant, id est leges legibus, quibus tenentur, supra irrogatas saepe exequuntur: quippe ieiunant ad biduum, atque etiā ad triduum. Sunt ex illis, qui quinque dies continuos & amplius ieiunant, & vix tum quidem cibum capiunt necessarium. Alij autem aliud ingrediuntur viuendi genus, idque diuersum à superioribus. Nam se separatim in aedículas concludunt: quae tantum habent latitudinis altitudinisque, ut in illis neque corpore erecto consistere, neque se liberè inclinare possint. Quorum alij, ut est apud Apostolū, in speluncis & cauernis vitam assidue degunt, vnaque cum be-

Heb. II.

stijis habitant, & in quibusdam occultis & ignotis terræ labulis, Deo præcationes adhibent. Quinetiam alius viuendi modus à nonnullis eorum excogitatus est, qui omnè fortitudinis & tolerantiae vim superat. Etenim viri ac mulieres in solitudinem ardoribus effervescentem se abdunt, & solis illis membris, quæ naturæ seruiunt necessitati obrectis, reliquum corpus frigoribus immèssis, & feruidis aeris caloribus nudum exponunt, æstu equè atque algore cõtempo. Eò accedit, quòd alimentis, quibus homines vesci solent, pesitus reiectis, depascuntur terram, vnde βοσκός id est pabulatores appellantur: indeq; solum victū sibi supeditant, adeo vt tempore belluis similes efficiantur, quippe cum forma corporis, & animi habitu ab alijs hominibus omnino discrepēt. Ac si fortè viderint homines, statim auferunt: & si qui eos insequantur, aut elabuntur velocitate pedum, aut abstrusis terræ locis ad quæ difficulter accedi possit, se occultant. Aliud præterea commemorabo, quod quamuis præ alijs meritò primas tenet, ipse tamè penè præteritissimè. Et si perpauci sunt ex hoc genere, sunt tamen aliqui, qui simul ac virtutis subsidio ab oibus animi perturbationibus liberi ac vacui sint, prodeunt in hominū societatem, seque in medias turbas iniiciunt, seque demètes esse simulant: sicque inanem gloriam, quam vt sapiens Plato ait, anima postremo omnium, tanquam vltimam tunicam solet exuere, quasi pedibus conculcant. Adeo etiam sine delectatione cibum capiunt, inque ea re tam austeram exercent disciplinam, vt sine ad cauponam, sine ad lupanar eos diuertere cogat necessitas, nec locum refugiant, nec operiunt faciem, nec quicquam prorsus erubescunt. Porro balneis crebro vtuntur, ac sæpè vna cum mulieribus versantur, simulq; lauant sese: atque ita perturbationum omnium sunt expertes, vt naturam ipsam sibi subiecisse videantur: quandoquidem neque aspectu, neque tactu, neque denique ipso complexu mulieris ad naturalem concupiscentiam inclinari impelliue possunt. Sed sunt cum viris viri, mulieres autem cum mulieribus, atque tametsi non recusant cum vtroque sexu coire societatem, tamen vnus solum vsus norunt,

runt. Verum, vt comprehendam breui, in hoc sanctissimo diuinissimoque vitæ genere virtus, naturæ iura præscribit, legesque constituit proprias: nempe vt nemo eorum res ad vitam necessarias capiant ad satietatem: quandoquidem ipsorum lex eos esurire & sitire iubet, corpus eo vestitu tegere, quem possit necessitas. Eorum vitæ ratio adeo exquisitis libratur laudibus, vt cum in contrariam partem eamque ab altera multum distantem se inflexerint, nullam se mutationem fecisse sentiant. Ita enim res contrariæ in illis temperatæ sunt, diuina gratia ea, quæ nullo modo commiseri poterant, in vnum cogente, eademque rursus dirimente: vt vita in illis ac mors, duæ res et natura & effectū pugnantes maximè simul habitent: & in quibus rebus perturbationes dominari solent, in illis mortui esse, & quasi in sepulchro conditi, & vbi assidua facienda sit ad Deum præcatio, ibi, etiam si ætate exacta fuerint, corpore valentes & viribus integris esse videantur. Atque sic in istis, vtrumque vitæ genus coheret, vt certè tum veluti carne prorsus deposita, perpetuo uiuant, cumque viuus versentur, tum corporibus medelam adhibentes, supplicum voces Deo offerant, aliaque officia, quæ superiori viuendi modo apte conueniant, exequantur, & neque rebus necessarijs egeant, neque locis circumscribantur, sed omnes audiant & cum omnibus versentur, crebris, imò verò assiduis genuum flexionibus vtuntur, quas graues vicissim itationes excipiunt, solo appetitu ætatem, & imbecillitatem sponte susceptam recreante. Sunt athletæ carne nudati, sunt luctatores expertes sanguinis, qui etiam ieiunium habeant pro conuiuio omni ciborum genere instructo, proque opiparis delitijs: ac nihil si modò ita viui possit, gustare, loco mensæ dapibus onustæ ducunt. Tamen quando hospes aliquis ad eos accedit, si etiam primo mane illud forte eueniat, magna cum beneuolentia & amica inuitatione tum ad comedendum, tum ad bibendum, illum excipiunt, alio ieiunandi genere excogitato, videlicet vt inuiti comedant, adeo vt res magnâ omnibus admirationem exciet, quippe qui cum pluribus ad naturæ

EVAGRII HISTORIAE

naturæ sustentatione egeant admodū paucis contenti sunt, propriae voluntatis inimici & naturæ. Iuxta veterū placita proditores, sic vt omnibus modis illecebrę carnis arceatur, & anima gubernet, pulcherrima Deoque placita prudenter tum diligens tum obseruās, felices sanē illi propter presentis vitæ institutum, multo tamen feliciores hinc discessuri quo omnes suos conatus dirigunt, ad illud quod in optatis habent videndum properantes.

*Quę Eudocia imperatrix in Palestina reparauerit,
& de sancti Stephani ecclesia exedificatione.*

CAPVT XXII.

CVm multis huius generis hominibꝰ Theodosij cōiūx collocuta est, & multa eiusmodi monasteria, vt ante dixi exedificauit: Hierosolymorum refecit mœnia, eaq; pulchriora reddidit. Templum extruxit præterea ad memoriam sancti Stephani, primi & diaconi & martyris, splendore ac pulchritudine eximiū, (quod quidem non stadio ab vrbe Hierosolyma distat) inque eo, simul atque ad vitam immortalem profecta est, condita fuit. Theodosius autem postea, vel vt quidam putant, ante mortem Eudocia, vbi triginta octo annos imperiū gubernauerat, decessit e vita: inque eo honoris gradu post eum locatus fuit, vir omnium facile præstantissimus, Martianus. Cuius res gestas imperium etiam Orientis administrantis, præspicue, cœlesti Dei gratia benignē nobis opem ferente, sequens docebit historia.

FINIS PRIMI LIBRI.

EVAGRII

EVAGRII SCOLASTICI, ECCLESIASTICAE HISTORIAE LIBER

SECUNDVS.

De Martino imperatore & quæ signa præcesserint, imperium eius portendentia. Cap. I.



PES quidem Theodosij temporibus gestas primus liber complexus est: sequitur, vt deinceps Martianum, celebrem illum Romanorum imperatorem ponamus in medio, commemoremusque quis fuerit, vnde ortus, & quo modo ad gubernacula imperij Romani ascenderit. Sic namque res ab eo gestas, suo quasque loco commodè exponere poterimus. Cuius vita cum ab alijs multis, tum à Patrisco rhetore literis prodita est. Thrax erat genere, filius viri rem exercitibus militarem: qui propterea quod studio paternæ vitæ æmulandæ ducebatur, ad Philippopolim recta se contulit: inque ea ciuitate ascriptus est in militum numerum. Forte fortuna ei illic proficiscenti inter vias corpus recens occisum, humiq; proiectum visum est. Cui astans (erat enim cum in alijs vitæ officijs facile præstantissimus, tum propensissimus ad misericordiam) factum admodum miseratus est, & diu ibi propterea commoratus, quod funeri iussa soluere cupiebat. Verum vbi quidam istud viderunt, rem deferunt ad magistratus Philippopolis. Illi præhendunt Martianum, quæstionem de cæde facta in eum exercent, Ac cum cōiecturis & signis plus tribueretur, quàm aut veritati, aut verbis Martiani cædem pernegantis, cumq; Martianus iā pœnas homicidæ esset persolurus, ex improviso, diuina largiente gratia, deprehensus est ille ipse, qui cædem fecisset: quo pro facinore capite mulctato, Martianus capitis

capitis periculo liberatur. Quocirca mirandum in modum ereptus discrimine, ad quandam militum turmam ibi accoleantium venit, cupiens in eorum numerum nomen dare. Illi admirati hominem, & præpotentem fore certissimis coniecturis augurati, libentissimè eum admittunt, inque suum album referunt: neque ponunt infimo in loco, sicut lex postulabat militaris, sed ad quendam honori gradum, quem vir nuper mortuus (cui nomen erat Augustus) obtinuerat, Martianum, qui Augustus itidem appellabatur, efferrunt, inque album inscribunt: sic ut nomen, quo donantur imperatores nostri una cum purpura (vocantur namque Augusti) prius, quam potiretur imperio, obtineret. Neque certè nomen absque dignitate in eo residere poterat, neque rursus dignitas imperij aliud nomen ad suum decus illustrandum requirebat, adeò uti idem ipsum nomen & proprium & appellatiuum existeret, semelque prolatum tum dignitatem eius significaret, tum appellationem. Aliud præterea accidit, quod itidem Martiano portendebat imperium. Cum enim contra Vandalos simul cum Aspare bellaret, deuiso à Vandalis Aspare, ille cum alijs quam plurimis captus, & cum reliquis captiuis deductus fuit in campum, Vbi Genzerichus eos viuos videre voluit. Quibus in vnum coactis. Genzerichus in tabulato quodam sedens, multitudinem captiuorum spectando multum cepit voluptatis. Captiui autem, tempore pro cuiusque arbitratu contrito (nam Genzerichi mandato custodes eorum vincula dissoluerant) in campo manserunt. Proinde cum alij alias res agerent, Martiano corpore humi posito, in sole feruido & vehementius, quam tempus anni ferebat, exardescente, somno se dedit. Cui dormienti aquila desuper imminens, & corpore soli velut ad perpendicularum opposito, alis passis obuolitans, instar nubis, illum umbra texit, indeque magnam ei attulit leuationem, vsque adeò uti Genzerichus ostentum admiratus, de rebus, quæ ei euentura essent verissimam coniecturam faceret. Itaque Martiano accersitum, liberum dimisit, eumque obstrinxit iureiurando, ut si ad imperium aliquando ascenderet, foedera iungeret cum Vandalis, nec vnquam contra eos arma ferret: quod quidem

Martia

Martianum firmè re ipsa tenuisse scribit Procopius. Sed omisis illis, quæ sunt ab instituto aliena, ad historiam redeamus. Iste quidem Martiano, sicut pietate erga Deum, sic iustitia erga subiectos admodum excelluit. Diuitias parauit, non quæ sunt conditæ in thesauro, aut ex tributis collectæ, sed eas solum, quæ possint tū his, qui opibus indigent, subsidio esse, tum illis, qui multa possident, vitam tutam se curamque præstare. Suis erat formidini non in puniendo, sed ne aliquando puniret: ac propterea imperium ei fuit non hæreditas, sed virtutis præmium: quod quidem consecutus est suffragijs omnium tam senatorum, quam aliorum, cuiuscunque fortune & conditionis essent, idque Pulcheria illis idem ipsum suadente: quam tamen in domum suam asciauit, ut imperatricem, tamen cum ea, utpote quæ virgo ad summam manserit senectutem, nunquam rem habuit. Ista consecuta fuere, cum Valentinianus Romanus imperator, nondum quidem Martiani electionem confirmauerat: qui tamen postea propter hominis virtutem, ei suffragatus est. Martiano igitur inagnopere cupiebat, ut communis honores ab omnibus Deo tribueretur, & linguæ, quas impietas confusione quadam refererat, iam pie inter ipsas concordantes sacrum eius numen vno eodemque laudationis genere percelebrarent.

De Chalcedonensi concilio, & eius congregandi causa. *Caput II.*

Martiano igitur ista in animo habenti, accedunt tum illi, qui Leonis antiquioris Romæ episcopi responsa ad alios præferre solent, docentque Dioscorum de cisionem Leonis in secundo Ephesino concilio rectam sanamque doctrinam præscribentem repudiaisse, tum alij, qui erant à Dioscoro iniurijs & contumelia affecti, orantque ut de ipsorum rebus concilium diiudicaret. Quod quidem ab imperatore maxime omnium contendit Eusebius Dorylænsis episcopus, ostenditque tum se, tum Flavianum fraude et fallacijs Chrysofthij Theodosij Satellitis abdicatum fuisse: quod Flavianus Chrysofthio aurum pro eius ad episcopatum ordinatione postulanti, sacra ecclesiæ vasa, quod eum pudore suffunderet, misisset,

mississet, quodq; Chrysaphius in simili errore & prauiditate cum Furvebe verberaretur. At praeterea Flavianum miserandum in modum a Dioscoro interfectum per vim ab eo ecclesia extrusum, & calcibus verberatum. His de causis concilium Chalcedoni coactum est: nuntiisque ac tabelarij missi: faceret per literas plenas pietatis vndique acciti. Ac primo Niceam, adeo ut cum Leo episcopus Romanus ad eos literas daret, per Pascasianum, Lucentium, & ceteros, quos eo ad suum locum supplendum miserat, eas sic inscriberet: **EPISCOPIS NICEAE CONVOCATIS** s. postea autem Chalcedonem urbem Bithyniae, quod Nestorium etiam accersitum Zacharias rhetor affectione quadam animi inductus narrat. Verum rem minime ita se habere argumento esse potest, quod Nestorius concilio penitus per anathema interdictus fuit. Quod etiam perspicue declarat Eustathius episcopus Beryti per literas, quas tum ad Ioannem episcopum, tum ad alterum Ioannem presbyterum de rebus in eo concilio agitatibus dedit: sic enim scribit. Huc aduentarunt, qui Nestorij reliquias edulo conquirunt, & contra concilium ita coeperunt vociferari: quid est, quam obrem sanctis viris denuntietur anathema: sic ut imperatorrem grauius & acerbe ferens, iusserit satellitibus, ut eos inde procul expellerent. Quomodo igitur Nestorius, qui hinc demigrauerat, sit accersitus, non possum equidem dicere.

Templi sanctae martyris Euphemiae apud urbem Chalcedonensem descriptio, & aditorum in illo miraculorum commemoratio.

Capitulum III.

ITaque congregantur episcopi in sacro Euphemiae martyris templo, quod Chalcedoni urbi Bithyniae locatum est. Abest autem hoc templum a Bosphoro amplius duobus stadiis, situm in loco quodam ameno, qui adeo paulatim erigitur in accliuatatem, ut ascensus perfaciles minimeque molestos praebeat ad templum a martyris accedentibus: qui quidem videntur sibi de repente in sublime sublati, atque adeo intra ipsum templi Sanctuarium versari. Vnde tanquam specula oculos deicientes, campos omnes

subtra-

substratos cernunt, eosque in aequabilem & patentem planitiem porrectos, herba quoque virentes, onustos segetibus, arboribus cuiusque generis pulchre ad aspectum vestitos: quineriam montes asperos, scite erectos, in altitudine leuatos incuruatosque: diuersos praeterea pelagos, partim praetranquillitate purpureum colorem praeseferentes, & placide ac quiete cum ipsis quasi ludetes litoribus, quibus adiacentes agri a tempestatibus vacui sunt: partim turbulenter, & vastis furentes fluctibus: vnde vmbilici, alga, & minutiores pisciculi ex testaceorum genere reciproco vndarum impetu excutuntur. Porro autem istud templum a regione Constantinopolis positum est, adeo ut talis & tam egregiae urbis aspectus, illi permultum splendoris afferat. hoc templum constat ex tribus amplissimis aedificijs: vnum libero caelo patens, atrio oblongo, & columnis vndique concinne exornatum. Alterum deinceps, latitudine longitudineque paruis itidem columnis priori simile, fastigio supposito solummodo dissimile. Ad cuius latus versus Aquilonem, est alterum aedificium ductum in gyrum, quod spectat ad solis ortum, ipsumque ad formam testudinis columnis valde artificiose fabricatis, ex eadem confectis materia, magnitudine eadem, intus in orbem tornatum: subter his tabulatum est sublime, eodem operatum tecto: in quo liberum est cuique preces martyri fundere, & sacris interesse mysterijs. Intra testudinem ad orientem, est sacrarium decorè constructum: in quo sanctissimae martyris reliquiae in capsula bene longa (quam propterea quidam *μακροδου*, id est longa, veluti proprio nomine appellant) eaque ex argento valde scienter confecta conditae, reponuntur. Miracula autem, quae ab ista sanctissima martyre quibusdam temporibus eduntur, nemini Christiano obscura sunt. Nam saepenumero aut episcopis, qui ordine illius urbis ecclesiam rexerant, secundum quiete ipsa martyr apparens, aut alijs quibusdam ob piam vitae rationem nobilitatis accedens, iubet, ut in ipso templo festi delirij & opiparis epulis celebrent. Quod vbi significatum est imperatoribus, pontifici, & toti ciuitati, ad templum accedunt omnes, tam qui reip. clauum tenent, quam sacerdotes, magistratus, & reliqua vniuersa multitudo, quod efficiantur mysteriorum participes.

Gg

cipes.

cipes. Deinde omnibus his inspectantibus, episcopus Constantinopolis, vna cum suis sacerdotibus, sacrarium in quo sanctissimi martyris corpus, de quo supra dixi, reconditum est, ingreditur. Est in ipsa capsula ad laevam velut transfenna exigua parvis ianuis obfirmata: per quam ferrum oblongum spongia circumligatum ad reliquias usque immittunt: quod quidem vbi circumtorserint, spongiam plenam sanguine retrahunt, plenamque; cruentis guttis concreta plurimis. Quod vbi videt populus, statim deum propterea veneratur, gloria ac laudibus effert. Tanta est autem guttarum concretarum inde extractarum copia, ut pijs imperatoribus, sacerdotibus omnibus ibi congregatis, & vniuersae populi frequentiae abunde satis suppetant, tum ad participandum, tum ad mittendum caeteris fidelibus, per orbem vniuersum illarum rerum cupientibus fieri participes. Ac guttae illae concretae manent integrae perpetuo, & sacer sanguis neququam in aliam formam commutatur. Quae res sunt non certo aliquo & definito tempore, sed pro ut episcopi vita, & morum illius grauitas fert. Aiunt namque cum aliquis spectatus vir, & virtutibus eximius eam gubernet ecclesiam, hoc miraculum sapientissime fieri solere: cum autem improbus illo munere fungatur, raro admodum signa illa diuina edunt. Aliud praeterea commemorabo, cui neque tempus, neque occasio ulla est impedimento, neque discrimen inter fideles & infideles ab eo confertur, sed omnibus ex aequo ostendit sese. Cum aliquis eo loci accedat, vbi sacra capsula, in qua sunt condita sanctissime illae reliquiae, reponitur, tam fragante completur odore, ut alij omnes odores, quibus homines uti solent, ab eo longe superentur. Nam neque odori florum, qui ex pratis colliguntur, similis est, neque illi, qui ex rebus suauissimae olentibus capitur, neque talis, qualis conficitur ab vnguentario, sed peregrinus est, & praeter caeteris eximius, ex ipsius martyris reliquijs vim & virtutem illam ei tribuentibus efflatus.

De his quae in concilio tractata statutaque sunt, & quod Dioscoro Alexandrino episcopo ab episcopali sede summo, Theodoritus & Ibas & aliquot alij reuocati fuerunt.

Caput IIII.

Hoc eo-

HOc eodem in loco concilium cogitur: in quo aderat, Paschasianus, & Lucentius, episcopi, & Bonifacius praefbyter, vicarij, ut dictum est, Leonis antiquae Romae Pontificis. Anatolius item antistes Constantinopolis, Dioscorus Alexandriae episcopus, Maximus episcopus Antiochia, & Iuuenalis Hierosolymorum, & horum omnium sacerdotes, eidem concilio interfuerunt. Quorum numero adiuncti erant senatores primarij: quibus dixerunt vicarij Leonis, Dioscorum non debere cum illis in concilio consistere. Istud enim suum episcopum Leonem mandasse: quod quidem si minime obseruaret, se ab Ecclesia decessuros. Ac cum senatores rogarent, quae nam crimina obijcerentur Dioscoro, responderunt illi, qui personam iudicis praeter aequum & bonum susceperat, debere pro iudicio, quod ipse de alijs dederat, iudicium subire. Quae cum dixisset, & Dioscorus de sententia senatus in medio confesso statueretur, preibat Eusebius, ut supplex libellus quem ad imperatores miserat, coram iam perlegeretur, haecque verba adiecit. Mihi certe a Dioscoro facta est iniuria, fidei etiam facta iniuria: Flavianus episcopus ab eo interfectus, vnaque mecum iniquae sacerdotio abdicatus. Iubete meum supplicem libellum legi. Quae cum dixisset, supplex libellus lectus fuit, qui est haec verba complexus.

Supplex libellus imperatoribus nostris Christum vere colentibus, religiosissimis, & sanctissimis, Fl. Valentiniano, & Martiano semper Augustis, ab Eusebio humilissimo episcopo Dorylaeniensi, qui pro se, pro orthodoxa fide, pro Flauiano denique sanctissimo episcopo Constantinopolitano verba fecit, oblatum.

Est quidem vestrae amplitudini propositum, ut cunctis, qui vestro parent imperio, sedulo prouideatis, & cum caeteris omnibus iniuria affectis, tum maxime sacerdotibus benigne optulemini. In hoc enim diuinum numen, a quo mortalium imperium & dominatus vniuersi orbis vobis tributus est, vere colitur. Quare quoniam & fides christiana, & nos etiam, incommoda multa grauiaque contra aequitatis regulam a Dioscoro reuerendiss. episcopo Alexandriae, vrbis primariae, accepimus, ad vestram benignitatem supplices accedimus, ut quod aequum est a vobis impetremus.

Gg 2 Causa

Causa autem querelæ eiusmodi est. In concilio nuper Ephesi vrbis primariæ habito (quod vtinam nunquam fuisset habitum, ne orbem terrarum tantis malis, ac turbis opleuisset) ille bonus vir Dioscorus, qui iuris & æqui nominam pro nihilo putauit, qui timorem dei contempsit, qui eadē tenuit cum Eutyche homine pleno inanitatis, atque adeo hæretico, opinionem & sententiam, qui quisnam esset, aliquandiu multos celauit, postea tamen seipsum prodidit, cum ex criminatione, quam ego Eutychi intulissem, & ex sententia, quam Flavianus sanctæ ac piæ memoriæ episcopus contra eum pronunciaisset, occasionem arripuisset, multitudine populorum seditionis foras coacta, & potentia sibi pecuniæ subsidio acquisita, piam orthodoxorum religionem, quoad eius fieri poterat, labefactare, & peruersam Eutycheis monachi doctrinam, quæ ab ipsi apostolorum temporibus hætenus à sanctis patribus condemnata fuerit, stabilire laborauit. Itaque cum facinora, quæ tam confidenter tum contra Christianam fidem, tum contra nos admiserit, non exigui momenti sint, supplices accidimus ad genua vestræ celsitudinis, obsecramusque, vt iubeatis reuerendiss. episcopum Dioscorum ad crimina ei à nobis obiecta respondere, nimirum ad commentarios rerum ab eo contra nos gestarum in sancto concilio perlectos: quibus certe ostendere poterimus eum & à nostra orthodoxa fide alienum esse, & hæresim propugnare impietatis plenam, & iniquè nos abdicasse, & grauibus nos affecisse incommodis: atque oramus præterea, vt diuina, & honorifica vestra mandata mittere dignemini sancto & generali diuinis simorum episcoporum concilio: quod & quid nos, & quid prædictus Dioscorus egerit, audiri, & omnia, quæ in concilio gerentur, vestræ pietati significari possint: vt immortalis nostri capiti Christo placeamus. Cuius rei facti composites, imperatores sanctissimi, assiduas preces pro prospero vestri imperij statu perpetuando deo offerre non desistemus. Quæ autem in secundo concilio Ephesino ab episcopis acta erant, postea rogatu tum Dioscori, tum Eusebii publicè legebantur: quorum subtilem & exquisitam disputationem, cum à multis alijs traditam, tum in Actis concilij Chalcedonensis comprehensam, ne his quorum animus inter

mus inter legendum ad exitum rerum gestarum cognoscendum festinat, nugas, si hoc loco ponerem, agere videar, extremo huic libro, qui in manibus est, subiungam: quod etiam his, qui omnia ad vnguem, vt dicitur, scire volunt, copia sit & cuncta perlegendi, & rem quanque, vt gesta est, accuratè in memoria imprimèdi. Ac iam ea, quæ sunt instituti nostri maxime propria persequamur: nepe quomodo Dioscorus tum ex reiectione epistolæ Leonis antiquæ Romæ episcopi, qualis esset, depræhensus sit, tum præterea ex abdicatione Flauiani episcopi nouæ Romæ, quam vno eodemque die fecerat, callideque prouiderat, vt episcopi in vniuersi coacti, chartæ, in qua iam nihil inerat scripti, postea tamen in eadem Flauiani inscriberetur abdicatio, subscriberent. Post hæc senatores ista decreuere. Postridie cum concilium exquisitius habitum esset, de orthodoxa & catholica fide multo accuratius quaesitum videmus. Ac quoniam Flavianus, piæ memoriæ episcopus, & Eusebius reuerendiss. Dorylæi episcopus, ex concilij actorum decretorumque inquisitione, & ex verbis eorum, qui tum concilio præsiduerunt (dixerant enim se errore lapsos fuisse, inultaque Flavianum & Eusebium abdicasse) declarati sunt minimè in fide hallucinati, & propterea iniquè abdicati, æquum nobis sane videtur, idque deo nostram approbante sententiam, vt Dioscorus (modò ita placuerit diuinissimo & sanctissimo domino nostro imperatori) reuerendiss. Alexandriae episcopus, Iuuenalis reuerendiss. episcopus Hierosolymorum, Thalassius reuerendiss. Cæsareæ Cappadociae episcopus, Eusebius reuerendiss. episcopus Armeniae, Eustathius episcopus reuerendiss. Beræti, & Basilus reuerendiss. episcopus Seleuciæ Isauriæ, (penès quos tum potestas erat, concilioque illi præsidebāt) sacri concilij sententia ac iudicio, eodem poenæ genere sicut canones ecclesiæ postulant, multati dignitate episcopali abdicentur, omniaque de sententia imperatorum diuiniss. decernantur. Post ista libelli ab alijs contra Dioscorum, cum de criminibus, quæ admiserat, tum de pecunia, quam acceperat, prolatis, & Dioscorus iterum ac tertio ad concilium vocatus, causis quibusdā simulatis pro se adductis, non veniret, Leonis episcopi antiquæ Romæ vicarij, ista totidem verbis in concilio

ho pronuntiarūt. Facinora ea, quæ sunt à Dioscoro dudū Alexandria vrbis primariæ episcopo, contra canonū præscriptionem, & disciplinā ecclesiasticā admissa, partim ex illis, quæ in priore cōfessu inquisita erant, partim ex his, quæ hodie acta sunt, omnibus sunt exploratè perspecta. Iste enim (vt multa alia missa faciamus) Eutychem eiusdem cum ipso opinionis à proprio ac suo episcopo, patre videlicet sanctissimo, & episcopo nostro Flauiano, sicut canon poscebat ecclesiæ, abdicatum; sua ipsius autoritate contra ecclesiæ canonem recepit in communionē: idq; antequam cōcilio illi, quod Ephesi cum episcopis sanctissimis habebat, interfuisset. Quibus episcopis sedes apostolica veniā propterea tribuit, quod res, quas ibi gesserant, contra voluntatem gessissent: qui ad præsens vsque tempus Leoni episcopo sanctissimo, & vniuerso sancto & generali concilio morem gerunt: & ob eam causam eos, vtpote eidem fidei consentientes, in suam recepit communionem. At ille Dioscorus de illis rebus, de quibus gemere, lugere, seque humi abijcere debuerat, etiam adhuc gloriari non desinit. Accedit eodem, quod epistolam beati Papæ Leonis, quam scripsit ad Flavianum sanctæ memoriæ episcopum, legi non permisit, idque sæpius rogatus ab hijs, qui eam attulerant, vt legeretur, ipseque cum iureiurando adiecto se eam legendam curaturum pollicitus esset. Quæ minimè perlecta, sanctissimis per orbem terræ ecclesijs & offensionis fuit, & detrimento. At quanquam talia consciuerat facinora, tamen concilium à nobis ininitum est, quo modo tum ei pro impio scelere ab ipso antè admisso, tum reliquis itidem pijs episcopis, penes quos minimè par cum eo erat potestas iudicandi aliqua impertiretur misericordia. Verum quoniam prior eius impietas, posterioribus sceleribus longe superata est, (non enim dubitauit etiam sanctissimū & religiosissimum antiquæ Romæ archiepiscopum cōmunionē interdicere: quin etiam cum libelli pleni impietatis ab ipso commissæ contra eum essent producti, & ille ipse semel iterū ac tertio, vt canon ecclesiæ vult esset, ad cōciliū per deo amantissimos episcopos vocatus, minime obtemperauit, vtpote propriæ conscientiæ stimulis exagitatus, &

eos, qui

eos, qui à varijs concilijs iure essent abdicati, cōtra ius recepit ad se, deniq; varijs ecclesiæ legibus ab eo quasi pedibus conculcatis, contra se ipse quodāmodo sententiā pronuntiauerat) quoniā inquam hæc oīa deinceps admisit, idcirco sanctissimus & beatissimus archiepiscopus magnæ & antiquæ Romæ Leo, per nos & præsens concilium, cum beatissimo & omni laude celebrando apostolo Petro, qui est petra & basis catholicæ ecclesiæ, & fidei orthodoxæ fundamentum, spoliavit omni dignitate episcopali, & omni sacerdotali ministerio prorsus abdicauit. Quamobrem hoc sanctum & frequens concilium, sententiam, quam ecclesiæ canones postulant, contra Dioscorum, de quo nostra superior instituta fuit oratio, pronuntiat. His rebus à concilio confirmatis; alijsque nonnullis confectis, episcopi qui fuerant cum Dioscoro abdicati, concilij rogatu, & consensu imperatorum, ad suos episcopatus reuocantur: & cum aliæ res, his qui gestæ erant, adiunctæ essent, decisio concilij recitata fuit, his ferè verbis.

• Dominus noster & seruator Iesus Christus, dum discipulos fidei cognitione confirmare voluit, Pacem, inquit, meam do vobis, pacem meam relinquo vobis: vt nemo videlicet cum proximo de pietatis dogmatis dissentiat, sed vt cōsentientibus animis verbum prædicaretur veritatis. Postea verò, lecto sancto cōcilio Nicæni Symbolo, lecta etiam decisione centum quinquaginta sanctorum patrū Constantinopoli congregatorū, hæc que sequuntur, adiunxerunt. Diuinū istud & salutare diuinæ gratiæ Symbolum, cum ad absolutam fidei cognitionem, tum ad certā eiusdē cōfirmationem satis profecto habet momēti ac pōderis. Nam de patre & filio & spiritu sancto, quæ sunt necessariō cognoscenda, docet accuratissimè, & domini incarnationem his, qui eam cum fide amplexantur, manifestō tradit. Cæterum quoniam quidam suis erroribus veritatis doctrinam tollere molientes, multas inanitates pepererunt, quorū alij mysterium incarnationis domini pro nobis susceptæ deprauare, & vocē, Deiparæ, quæ virgini Mariæ tribuitur, denegare non sunt veriti, alij confusione quadam & commixtione naturarum introducta, vnam eandemque carnis & diuinitatis naturam esse

Ioan. 14

Gg 4

stultē

stultè commenti sunt, & ea confusione diuinam vnigeniti naturam patibilem monstròse confinxerunt, idcirco hoc, præsens, amplum, & generale concilium, cupiens omnibus machinis contra veritatem paratis quasi aditum præcludere, prædicationem fidei à patribus ductam firmam ac stabilem manere debere docet: ac propterea decernit fidei formulam à trecentis decem & octo sanctis patribus traditam potissimum omnium integram seruandam esse. Quin etiam quo spiritus sancti oppugnatores conuincantur, doctrinam postea à centum quinquaginta patribus, qui Constantinopoli vrbi primariæ conuenere, de spiritus sancti essentia editam ratam facit: quam quidem illi patres omnibus palam proposuerunt, non quasi aliquid, quod in decretis concilij Nicæni antè promulgatis desiderabatur, adiecturi, sed vti suam ipsorum de spiritu sancto sententiam ac mentem contra eos, qui eum dominum esse denegabant, testimonijs ex scriptura petitis perspicue declararent. Porro autem, quòd eos, qui mysterium incarnationis dominicæ deprauare non dubitabant, & eum, qui ex sancta virgine natus fuit, hominem solum esse impudenti & maledico ore affirmabant, beati Cyrilli ecclesiæ Alexandrinæ pastoris epistolas, quæ Synodicae dicuntur, ad Nestorium, & episcopos versus Orientem incolentes scriptas auctoritate sua approbavit: quippe quæ tum ad amentiam Nestorij refutandam, tum ad eos erudiendos, qui pio studio ad salutare Symbolum rite intelligendum rapiuntur. Quibus epistolis beatissimi quoque & sanctissimi antiquæ Romæ archiepiscopi Leonis epistolam ad sanctissimum archiepiscopum Flavianum de tollendo infano Eutyichis errore scriptam, utpote eximij Petri confessioni consentientem, & velut columnam quandam ad veram doctrinam contra malè de fide sentientes roborandam non sine causa adiunxit. Nam illis, qui mysterium incarnationis in duos filios dirimere nituntur, strenue resistit, & eos, qui diuinitatem vnigeniti patibilem dicere audent, à sanctorum conuentu excludit, & illis, qui in duabus Christi naturis commixtionem, aut confusionem esse statuunt, fortiter aduersatur, & qui formam serui, quam ex nobis sumpsit, ex cælesti, aut alia quapiam essentia constare, præ insania sentiunt, eos exagitat: denique,

denique eis, qui antè coniunctionem naturarum, duas naturas, post coniunctionem autem vnam solum in domino inaniter & falso confingunt, anathema edicit. Quamobrem sanctorum patrum sententiam secuti, vnum & eundem filium dominum nostrum Iesum Christum confitemur, & vno consensu omnes docemus eum perfectum in diuinitate, perfectum etiam in humanitate, verè Deum, hominem verè, eumque ex animo rationis particeps & corpore constare, secundum diuinitatem patri consubstantialem, nobis autem consubstantialem secundum humanitatem, nobisque in omnibus, excepto peccato, similem: ante secula à patre genitum secundum diuinitatem, in extremis diebus propter nos nostramque salutem, ex Maria virgine & Deipara natum secundum humanitatem: vnum & eundem Iesum Christum, Filium, dominum, vnigenitum, ex duabus naturis sine earum confusione, sine mutatione, sine diuisione, sine secretionem cognitum, & naturarum differentiam propter copulationem minimè sublatam, sed proprietatem vtriusque naturæ integram seruata, & in vna persona, siue *ἕως ἄσπετα* vna, vt Græci loquuntur, coherentem, non in duas partem aut diuisam personas, sed vnum & eundem filium vnigenitum, Deum verbum, & dominum Iesum Christum, sicut antiquitus Prophetæ de eo, & post ille ipse Christus nos docuit, & idem ipsum nobis patrum Symbolum tradidit. His igitur accuratissimè, & summa cum diligentia à nobis decisus definitisque, sanctum & generale concilium statuit, vt nemini liceat aliam fidem aut proferre, aut conscribere, aut componere, aut aliter sentire docerè. Eos autem, qui audeant aliam fidem componere, aut inferre, aut docere, aut aliud Symbolum his, qui ex Gentilitate, vel ex Iudaismo, vel ex alia qualicunque secta ad cognitionem veritatis aliquando se transferunt, tradere, si Episcopi fuerint dignitate episcopali priuari, sin clericis, clericali ministerio: sin autem monachi, vel laici, anathemati addici iubet. Itaque hac decisione perfecta Martianus imperator, qui concilio Chalcedonenſi interfuit, quique orationem in eodem habuit, Constantinopolim reuertitur. Iuuenalis & Maximus Theodoritus & Ibas ad episcopatus, quibus erant abdicati, reuocantur. Alia præterea ibi agitata, quæ vt

EVAGR. HISTORIAE

suprà dixi, in extremo hoc libro, ponentur. Decretum est præterea, uti sedes episcopalis nouæ Romæ, id est, Constantinopolis, propterea quod secundas post Romam antiquâ obtinebat, primas inter alias vrbes ferret.

De seditione propter ordinationem Proterij

Alexandria suscitata, & itidem Hierosolymis.

CAP. V.

Porro autem Dioscorus ad Gangrenam urbem Paphlagoniæ incolendam condemnatus, & Proterius communibus concilij suffragijs ad Episcopatum Alexandriae gerendum delectus. Quo in sede illa episcopali locato, maximus tumultus, & plane intolerabilis à populo varijs æstu ante sententijs cietur. Nam, uti in eiusmodi rebus euenire solet, alij Dioscorum repetere, alij partibus Proterij firmè adhærescere cœperunt: adeo ut clades ingens eaq; certè insanabilis inde nasceretur. Nam Priscus rhetor scribit præfectum Thebaïdis eadem tempestate venisse Alexandriae, vidisseque populum vno consensu contra magistratus impetum fecisse, iecisseque lapides in militum copias, quæ seditionem comprimere studebant: atque milites vi coegisse ad templum, quod olim Serapidis dicebatur, confugere: tum populum concurrisse eò, templum expugnasse, militesque viuos ignis cremasse incendio. De quibus rebus cum certior factus esset imperator, militum recens ad eam rem lectorum duo millia illò misisse. Quos adeo secundo vento & prospera vfos nauigatione, ut sexto post die Alexandriae appellerent. Deinde cum milites petulanter in vxores et filias Alexandrinorum insultarent, cladem posteriorem priore sua acerbitate pene obscurasse. Postea populum in circo congregatum orasse Florum, qui & prædicatorum militum gessit præfecturam, & civilem vrbes administrationem tenuit, uti ipsi frumenti congiarium, quod illis ademerat, quinetiã balnea spectacula, & alias denique res, quæ eis propter tumultuosam ipsorum seditionem ablata fuerant, reddenda curaret. Florum autem populi im-

ECCLESIAST. LIB. II. 244

populi impetum cum corâ adesset sua hortatione cohibuisse, pariterque seditionem ad tempus sedasse. Verùm interea monachi, qui solitudinem in confinjs Hierosolymorum sitam incolebant, minime pacatò tranquilloque animo fuerunt. Nonnulli enim eorum, qui concilio interfuisent, & ab eius decretis penitus dissentirent, veniunt in Palaestinam, de fide prodita conquesturi: & alios monachos ad seditionem incendere excitareque cœperunt. Ac cum Iuuenalis ad sui episcopatus sedem reuertisset, & vi compulsus ab illis aduersarijs, qui illum in contrariam sententiam retrahere nitentur, suam ipsius sententiã refellere destititque, ad urbem, in qua tum imperator vixit, confugisset, qui concilio Chalcedonensi uti supra diximus refragabatur, in vnum coacti, in sancto die festo Resurrectionis Theodosium, qui maximè omnium conciliũ illud perturbasset, quiq; primus illos de eo certiores fecisset, designant episcopum: de quo postea monachi in Palaestina scripserunt ad Acclionè, quod à suo proprio episcopo in maleficijs deprehensus, expulsus fuit monasterio: & quod dum fortè Alexandriae versabatur, adhæserat Dioscoro, & multis, utpote, seditionis, verberibus dilaceratus, cameloque maleficorum more impositus, circa urbem ductus fuerat. Ad istum multi ex vrbeb; Palaestinae accedentes, effecerunt, uti ipsis ab eo designarentur episcopi. Inter quos Petro ex Iberia orto, episcopatus Maiumæ prope Gazam sitæ donatus fuit. Quibus rebus nuntiatis, Martianus primum iubet Theodosium militum manu ad se adduci, mittitque eo Iuuenalem, qui res ibi perturbatas ad meliorem tranquilliorẽque statum reduceret: quinetiã omnes à Theodosio ad ecclesiæ ministerium designatos exturbari mandat. Postea verò quàm Iuuenalis eo aduentavit, multa et acerba mala, qualia (dæmoni inuido & Deo infesto vase excogitante) animus cuiusque suggerere solet, ex vtraque factione manarunt. Nam dæmon ex mutatione vnius literæ, falsaque eius interpretatione perfecit, ut vitrouis modo efferretur, sententiam omnino diuersam induceret: quæ quidem tam discrepans à compluribus putatur, sensusque tam penitus inter se pugnantes inferre, ut alter alterũ prorsus labefaceret. Qui enim fatetur Christũ esse, hoc est, in duabus esse naturis, perspi-

EVAGRII HISTORIAM

perspicuè dicit eū, hoc est, ex duab⁹ naturis cōstare: sicut dē Christū in diuinitate pariter & humanitate inesse cōcedēs, eū ex humanitate & diuinitate pariter cōstare cōcedit: qui rursum eū, hoc est, ex duabus naturis cōstare dicit, omnino consistetur, hoc est, in duabus inesse: quippe ex diuinitate & humanitate cōstare asserēs, eū ī diuinitate & humanitate inesse asserit: sic tamē vt neq; caro in diuinitatē, neq; diuinitas in carnē (quarū cōiūctio inexplicabilis est) cōmuretur atq; adeo per hāc vocē prolata, EX DVABVS, intelligatur si mul proferrī, IN DVABVS, & per vocē, IN DVABVS, intelligatur pariter proferrī, EX DVABVS, & alteram ab altera minime abesse: quandoquidem ex abundantia constat non modo totum ex partibus constare, sed in partibus totum intelligi: & tamen ista penitus ab se mutuo seruanda quidam homines opinantur, quippe quorū animi sunt ante ita occupati vel quadā de Deo opinione, quæ ipsis assueta est, vel tali voluntate vt quoduis mortis genus subire malint, quā ei, quod verum est assentiri. Vnde mala, quæ supra posuimus, profecta sunt. Sed ista quidem hoc modo.

De imbrum penuria, fame ac peste, vtque incredibiliter quibusdam in locis tellus sua sponte fructus protulerit. CAP. VI.

Eisdem temporibus, tanta fuit imbrum paucitas in vtraque Prygia, Galatia, Cappadocia, & Cilicia, vt homines rerum necessariorum penuria coacti, alimentum pestiferum, & exitiale caperent, vnde etiam pestis nata est, & ob victus mutationē ægrotare cœperunt, & corporibus intumescens propter nimiam inflammationē lumina miserunt: actus simul afflictati, tertio die migrarunt ē vita. Cui quidem pesti quamquam nullum poruit omnino remedium inueniri, fames tamen his, quibus vita suppetebat, per salutarem Dei omnium moderatoris prouidentiam leuata est: quippe anno illo sterili & effœto alimentum ex aere non aliter atque Manna olim Israelitis de lapsu dicitur, & insequente anno fructus maturos terra sua sponte produxisse. Atque non modo hæc mala per Palæstinam grassabantur, verum etiā alia graues calamitates per alias multas & propē infinitas regiones pererrabāt.

De Va-

ECCLESIAST. LIB. II. 245

De Valentiniāni cæde, & Romæ expugnatione, & alijs qui illic imperitabant. Cap. VII.

DVM hæc in Oriente gerūtur, in antiqua Roma Aetius miserè interfectus est. Valentianus quoq; partitū versus occidentem imperator, & Heraclius vnā, à quibusdam Aetij militibus è medio sublatis: insidijs à Maximo, qui imperium ambierat, propterea contra eos comparatis, quod coniunx Maximi fuerat à Valentiano stuprata, & per vim cōpressa. Iste Maximus Eudoxiam Valentiniāni vxorē coegit inuitam sibi nubere. Illa igitur, neque id sine immeritō, hoc facinus & contumeliæ, & turpitudinis maximæ loco ducēs, & omnem aleam, vt dicitur, iace-re cupiēs propter ea quæ maritus passus est (mulier enī est & propter pudicitiam quam ipsa amiserat atrox, & animo implacabili, cum pudicitiam retinere studens ea spoliatur, idque ab eo maxime cuius atrocitate virum amisit) mittit in Libyam ad Genzerichum, dona quàm plurima illi dat, bonamque spem etiam animo eius inicit, de alijs in posterum potiundis: suadet vt ex inopinato imperium Romanū inuadat; polliceturque se omnia in manus eius tradituram. Qua re confecta, Roma capitur. Genzerichus, vt pote barbarus, morum incōstantia et mobilitate præditus, fidē huic minimè seruauit, sed vrbe incensa, rebusque omnibus direptis. Eudoxia denique cum binis filiabus capta, reuertitur: inque Libyam se recipit, & Eudoxiam maiorem natu filiam, filio suo Honoricho collocat in matrimonium: Placidiam autem natu minorem vnā cum Eudoxia matre postea famulatu plane regio comitatam, quod Martiani animi (nam & incendium Romæ, & imperatoris Valentiani filia tam contumeliosè tractatæ ei bilem mouerant) pacatum & tranquillum efficeret, mittit. Itaque Placidia iussu Martiani eam despondentis, nubit Olybrio, viro nobili ex ordine Senatorio: qui Roma capta, confugit Constantinopolim. Mortuo Maximo imperium Romanorum obtinet Auitus ad menses octo. Quo peste extincto, Maiorinus proximo anno suscipit imperij gubernacula: Maiorinus etiam à Rhemero Romanorum duce per insidias interempto, Seuerus triennio imperium occupauit.

De mor-

De morte Martiani et Leonis imperio, et quod hæretici Alexandrini Proterium occidunt, eiusque episcopatum Timotheo Aeluro tradunt. CAP. VIII.

Seuero porro Romanorum adhuc imperium gerente, Martianus, cum septem solum annis regnasset, deposito hoc regno, ad præstabilius domicilium demigravit: exemplum imperandi verè regio omnibus ad intuendum relicto. De cuius morte Alexandrini certiores facti, iracundiam cum maiore furore, & æstu contra Proterium renouarunt. Nam populus, ad iram facillè accendi, leuique arrepta occasione, ad tumultus ciendos inflammari solet, idque Alexandrinus in primis: qui quidem frequenti sua multitudine eaq; obscura & abiecta maximè se efferens, temeraria audacia magnos sumit spiritus. Atque ea de re aiunt plebeum queng; modò ipse voluerit principium dare, ciuitatem illam ad popularem ac ciuilem seditionem posse incendere, & quò velit deducere rapereque: adeò uti eam non pudeat res planè ridiculas & ineptas (sicut de Amasi scribit Herodotus) pleburumque consecrari. Ac talis est in eiusmodi quidem rebus populus iste: at in alijs tamen non est talis, qualis contemnendus videatur. Alexandrini ergo, tempore, quo prædiorum præfectus Dionysius in superiori Aegypto commorabatur, diligenter obseruato, Timotheum cognomento Aelurum, qui iam pridem monasticum vitæ genus excelsisset, postea autem esset in numerum presbyterorum Alexandrinorum ascriptus, ad episcopatus gradum capefendum suffragijs deligunt: ac simul atque in magnam ecclesiam, quæ Cæsaris nomine nuncupatur, deduxerant, illum suum declarant episcopum, dum Proterio adhuc suppeditabat vita, sacerdotisque muneribus fungebatur. Timothei electioni interfuit Eusebius antistes Pelusij, & Petrus ex Iberia ortus, Maiumæ ciuitatis episcopus: quas etiam res, historicus ille qui vitam Petri literis prodidit, commemorat: à quo traditur Proterium non à populo, sed à quodam milite trucidatum. Nam cum Dionysius, sceleribus ibi admissis impulsus, maxima cum celeritate Alexandriam veniret, maturaretque incensam seditionis flammam restinguere, quidam ex Alexandrinis, Timothei suasu, uti

scriptum

scriptum erat ad Leonem, Proterium abeuntem, confugientemque ad baptisterium, visceribus eius gladio transfixis, conficiunt, funèque circumligatum, in loco, qui Terrapylon, id est quatuor portæ, dicitur, omnium oculis subiiciunt ad contemplandum: ac cum irrisione & clamore Proterium occisum prædicant. Postea verò corpus per totam ciuitatem rapratum, igni cremandum tradunt: atque more belluarum viscera eius degustare neuriquam exhorrescunt: Sicut ex postulatione episcoporum Aegyptum incolentium, & totius cleri Alexandrini hæc omnia complectente constat: quæ ad Leonem imperio Romano, uti diximus, post Martianum potitum, facta fuit, hisque ferè verbis conscripta.

- Pio, Christianantissimo, & victori à Deo declarato,
- triumphatori, Augusto Leoni postulatio ab episcopis
- omnibus diocæsibus Aegypti vestræ, & à Clericis maxima & sanctissimè vestræ Ecclesiæ Alexandrinæ missa.
- Cum sis humanæ vitæ diuina & cœlesti gratia, velut dono tributus, Auguste imperatorum omnium sanctissimè. nõ desinis reuera proximè & secundum Deum in dies singulos comuni reip. utilitati prouidere. Et postea Timotheus, qui tum præbiter fuit, pace populi rectè de fide sentiētis cum apud nos, tum apud Alexandrinos disturbata, se statim post conciliū Chalcedoni celebratum cum quatuor aut quinque duntaxat episcopis & paucis monachis, tum peruerso Apollinarij, tum pernicioso eius ipsius Timothæi errore pariter cum eo infectis (ob quem omnes id temporis à Proterio, viro diuinæ plane memoriæ & concilio episcoporum in Aegypto coacto, dignitate sacerdotali, sicut canon ecclesiæ postulat, abdicati, ab imperatoribus, quibus bilem mouerant, in exilium eiecti fuerunt) ab ecclesia catholica & fide se separauit seiunxitque. Ac paulo post. Idem Timotheus tempore, quo Martianus, sanctissimæ memoriæ imperator ex hac luce ad deum migravit, diligenter obseruato, maledicis verbis, utpote nullis subiectus legibus, eum impudens lacerare non dubitauit: sancto etiam & generali concilio Chalcedoni habito quasi perfrita fronte anathema denunciare, pertrahere ad se populi venalis & seditioni turbam,

contra

contra diuinos canones, ordinem ecclesiasticum, temp. et leges dimicare, se intrudere in sanctā Dei ecclesiam pastorem tum & doctorem habentem, sanctiss. nostrum patrem, & archiepiscopum Proterium, consuetas celebrantem synaxes, & preces nostri omnium seruatori Christo pro sancto vestro imperio, & pro palatio vestro Christi amantissimo offerentem. Et paulo infra. Vno die præterlapso, Proterio sanctissimo episcopatus munere, vt moris est, perfungente, Timotheus assumptis sibi duobus episcopis dignitate episcopali abdicatis, & clericis itidem exilio, vt diximus, multatis, à duobus illorum creatur episcopus, nullo omnino episcoporum Orthodoxorum ex diocesi Aegyptiaca, sicut in creando episcopo Alexandrino fieri solet, præsentem: & ita cathedram archiepiscopatus, sicut ipse putabat, obtrinet, stupro planè contra ecclesiam habentem suum, proprium sponsum, qui diuina in ea obibat mysteria, sedemque suam vti ecclesiae canon flagitat, gubernabat, admisso. Et quibusdam interpositis, sequuntur ista. Beatus ille Proterius nihil aliud facere poterat, quam dare locum iræ, sicut scriptum est, & quò impetum eorum, qui ad necem illi inferendam accurrebant, effugeret, ad venerandum se recipere baptisterium: quem locum maximè omnium, etiā barbari & agrestes homines, qui sacratum eius decus, & gratiam inde emanantē penitus ignorant, violare extimescunt. At isti tamen qui propositum ab initio Timotheo concilium re ipsa perficere nitentur, ne in puris illis & inuolatis quasi adytis Proterium seruari passi sunt, neque sanctimoniam loci, neque, tempus (solemnis enim dies festus, salutaris Paschatis tum celebrabatur) reuerentes, neque reformidantes sacerdotij dignitatem, quæ inter Deum & homines mediatrix est, innocentem occidunt, crudeliterque cum alijs sex e medio tollunt: atque corporis reliquias vlniculis vndique plenas abducunt secum, trahunt per vniuersam ferè urbem, ludibrio miserandum in modum exponunt, atrociter verberibus lacerant corpus illud, quod verbera minimè sentiebat, discindunt membratim, & ne à visceribus, more ferarum, degustandis illius, quem nuper mediatorum inter deum & homines existimabant, se contuerunt. Postremò quod reliquum erat corporis, igni tradunt

Rom. 12.

dunt absumendum: & cineres illius in ventum spargunt dissipantque, adeo vt efferatam bestiarum immanitatem longe superare viderentur. Atque istorum omnium malorum auctor & architectus fuit Timotheus. Zacharias autem, qui res easdem narrat, literis nimirum Timothei ad Leonem missis persuasus, tradit plura præterea gesta esse, idque culpa Proterij, qui maximas turbas, vt ait ille, in Alexandriam inueerat: facinoræque ea non à populo, sed à quibusdam militibus designata: eoque missum Stelā ab imperatore Leone, penas illis inflicturn.

De circularibus Leonis literis

Capit. IX.

Leo imperator cum ab episcopis remp. Romanam incolentibus, tum ab alijs pijs viris ob monasticum vitæ genus plurimum cõmendatis, de concilio Chalcedonensi, & Timothei cognomento Aeluri creatione interrogasset, literas generatim ad omnes scripsit: misitque vnā exemplaria supplicum libellorum tum à Proterij, tum à Timothei fautoribus sibi oblatorum.

Literæ autem Leonis quæque versum ad oēs missæ sunt his verbis cõpositæ. Exemplar literarum diuinarum sanctissimi imperatoris Leonis, Anatolio episcopo Cõstantinopolitano, & oibus alijs per totum orbem terrarum metropolitanis, episcopisque reliquis missarum.

Imperator Casar Leo, Pius, Victor, Triūphator, Maximus, semper Augustus, Anatolio episcopo, S.

¶ Vit meæ pietati in optatis, vt tum oēs sanctissimæ orthodoxæque ecclesiae, tum præterea ciuitates reip. Romanae subiectæ summa tranquillitate fruerentur, nihilque accideret, quod quietum earum statum perturbaret. Quæ autem turbæ nuper Alexandriae contigerint, tuæ sanctitati minime iam obscurum arbitramur. Verum quò accuratius oia intelligas, & quæ causæ tanti tumultus, tantaque perturbatiois extiterint, verè cognoscas, exemplaria supplicum libellorum, quos sanctissimi episcopi & Clerici à prædicta vrbe, & diocesi Aegyptiaca Constantinopolim

Hh vrbem

urbem imperij primariam, aduentantes, contra Thimotheum ad meam pietatem attulerunt, quin etiam exemplaria, supplicum libellorum, quos quidam etiam Alexandria tradiderunt, ad Castra nostra accedentes, nostrae clementiae tradiderunt, ad tuam pietatem misimus: ad eum planè finem, uti quid factum sit à Thimotheo, quem ut populus Alexandrinus, & primarij viri, & ciues, & nauclerij sibi poposcerunt episcopum: de quæ alijs rebus in ipso supplicum libellorum corpore comprehensis, & præterea de Chalcedonensi concilio, cui minime assentiuntur quidam, sicut libelli supplices infra positæ declarant, tua sanctitas perspicuè intelligere possit.

Proinde tua pietas faciat, ut omnes orthodoxi & sancti episcopi, qui in hac urbe primaria in præsentia commorantur, quin etiam omnes sanctissimi clerici confestim apud se conueniant, & omnibus rebus (quippe Alexandria, quæ uti in statu tranquillo & pacato locetur, nobis maximè curæ est, iam est vehementer turbata) diligenter tractatis disquisitisque, quid de eo, de quo supra diximus, Thimotheo, quid etiam de concilio Chalcedonensi, omni humano timore, gratia, & odio penitus deposito, soloque Dei omnipotentis timore ante oculos statuto (nostis enim vos de hac re sanctæ eius & synceræ diuinitati rationem reddituros) quid inquam, vobis videatur, planè significetis, quo nos de omnibus vestras literas certiores facti, edictum, quod apposite illis conueniat promulgare possimus. Iste quidem sunt literæ scriptæ ad Anatolium. Non dissimiles ab eodem imperatore scriptæ fuerunt, cum ad alios episcopos, tum ad viros illustres, qui per id temporis, ut supra demonstratum est, vitam inopem, & rebus omnibus ad victum necessarijs destitutam egerunt: ex quorum numero Symeones (de quo superior nostra mentionem fecit historia) fuit: qui quidem primus omnium cœpit in columna habitare, illudque domicilij genus inuenit. His annuntantur Baradatus & Iacobus Syrii.

De quibus rebus episcopi & Symeones qui columnam incolebat rescripserunt. CAP. X.

Primum

Primum igitur Leo episcopus antiquæ Romæ pro defensione concilij Chalcedonensis scripsit, creationem quæ Timothei, utpote contra ecclesiæ leges factam improbauit: quam Leonis epistolam imperator per Silenciarium eius mandata exequentem Timotheo Alexandria antistiti mittit: cui rescripsit Timotheus, & cum concilio Chalcedonense, tum Leonis epistolam coarguit. Istarum epistolarum exemplaria extant in literis Leonis imperatoris generatim ad omnes scriptis: & à me quidem mittuntur, ne nimis multa eius generis scripta in hoc opere intexere videar. Porro alij iidem episcopi Chalcedonensis concilij firme adhæserunt decretis, & creationem Timothei consentientibus suffragijs condemnauerunt. Ac solus Amphilochius episcopus Sidæ epistolam scripsit ad imperatorem, in qua uti contra Timothei creationem grauer vociferatur, sic conciliū Chalcedonense improbat: Quæ res sunt etiam à Zacharia Rhetore literis mandata, ipsaque epistola Amphilochij in eius libro posita. Symeones item vir sanctæ memoriæ, binas de eisdem rebus scripsit epistolas, alteram ad Leonem imperatorem, ad Basilium Antiochiæ alteram: quarum eam, quæ est scripta ad Basilium, ut pote breuè, in hac mea ponam historia: cuius hæc est sententia.

Domino meo religiosissimo, sanctissimo, deoq; charissimo Basilio archiepiscopo, Symeones humilis peccator in domino

S.

Am oportune dicere possumus: benedictus deus, qui nõ lauertit precem nostram, & misericordiam suam à nobis peccatoribus. Cum literas vestræ amplitudinis accepissem, admiratus sum tum singulare studium & pietatem imperatoris nostri sanctissimi, quam nõ modò erga sanctos patres, verum etiã erga fidem ab illis confirmatam demonstrauit, declarauitque. Verum hoc non ex nobis donum, ut sanctus loquitur apostolus, sed ex Deo, qui per preces vestras hanc propensam illi largitus est voluntatem. Postea adiungit ista.

Quapropter ego abiectus & vilis velut abortus monachorum, imperatori significauit, tum quid ipse de fide sexcentorum illorum & triginta sanctorum patrum Chalcedoni in vnum coactorum senserim, tum me

Hh à illi

*vide
in
vita
nastra.*

illi adhærescere, & ab eadē vtpote sancti spiritus afflatu demonstrata confirmatum affirmavi. Nam si servator adest in medio duorū aut trium in nomine eius congregatorū, qui fieri potest, vt tā multorum tamque sanctorum patrum nō intersit concilio, cum spiritus sanctus fuerit cum illis ab initio? Et postea. Quamobrem confortare, & esto robustus in veræ pietatis defensione, non aliter atque Iesus, filius Naue Servus domini in populo Israelitico gubernando tuendoque. Vniuerso clero tuę sanctitati obsequenti, & populo benedicto ac fideli à me, quæso, salutem dico.

De Timothei Aeluri exilio, & Timothei Salofacioli creatione, & de Gennadio & Acacio Constantinopolitanis episcopis. Cap. XI.

POST ista Timotheus Aelurus addicitur exilio, iubeturque Gangrænæ domicilium rerum suarum collocare. Itaque Alexandrini alterum Timotheum Proterij successorem designant: quem alij Basilicum, Salofaciolum alij vocarunt. Mortuo Anatolio, sedem episcopatus Constantinopolis vrbis primarię capessit Gennadius: cui Acacius, qui in eadē vrbe orphanorū collegio præfuerat, successit.

De terramotu qui accidit Antiochiæ, trecentos et quadraginta septem annos post illum qui fuerat, regnante Traiano. Cap. XII.

SECUNDO anno imperi Leonis ingens terræ motus & conuulsio Antiochiæ accidit: ante cuius initium quidam è populo eiusdem vrbis fati, supra modū insanire, & omnē belluinā feritatem longe superare visi sunt, quasi proemium eiusmodi cladibus præbituri. Annus aut sextus & quingentesimus post nomen illi vrbi impositum grauissimus terræ motus accidit, quippe decimoquarto die mensis Gorpixi, quem Romani Septembrem vocant, circiter horam quartam noctis, trecentum quadraginta septem annis decursis ab eo terræ motu qui sub Traiano fuit.

Ille enim terræ motus anno centesimo quinquagesimo nono

nono post ciuitatem liberam & sui iuris factam contigit: hic autem regnante Leone, sicut à scriptoribus qui eum accuratè persecuti sunt, commemoratur, accidit, sexto & quinquagesimo anno. Qui quidem omnes fere ædes vrbis nouæ disturbauit, quæ vrbis à multis hominibus incolebatur, nullaque eius pars deserta fuit aut neglecta, sed tota imperatorum magnificentia aliorum alios in ea resuperare contententium exquisitè elaborata extractaque. Quinetiam prima & secunda palatij domus desecta, alijs stantibus vnà cum adiuncto balneo, qui cum ante nullò fuisset vsui, iam tum in ea calamitate necessariò propter Clades, quæ reliquis balneis obtigerunt, ciuitati abludæ inferuiuit. Euerfæ etiam porticus antepalatum: & locus, qui Tetraphylon dicebatur: & turres Circi propæianuas, & quasdam etiã porticus ex illis egredientes: aliquam item partem balneorum Traiani, Seueri, & Adriani concussit diruitque: aliquam quoque viciniam, quæ Ostracina dicitur, vnà cum porticibus, & Nymphæum (sic enim nominatur) prostrauit: quorum singula accuratè à Ioanne theore narrantur. Ait porrò tum ciuitati de tributis mille auri talenta, ab imperatore esse condonata, tum ciuibus etiam vestigalia, qui ea clade afflictis erant, tum denique ab eodem curam de publicis ædificijs reficiendis susceptam.

De incendio quod extitit Constantinopoli.

Caput XIII.

CLADES præterea huic non dissimilis, imò verò multò acerbior Constantinopoli accidit: quæ in parte vrbis mare tangente, quam Viam Bouis nuncupant, primum incepit. Fertur dæmonem quendam maleficum & confcleratum mulieris gerentem similitudinem, siue mulierem egentem, quæ victum manibus quæritabat (vtrūque namque dicitur) circiter tempus, quo lucernæ accendi solent, lucernam in forum detulisse, quasi aliquid falsamenti empturâ: depositâque ibi lucerna se inde subduxisse. Flammâ lucernæ stupam occupasse, maximum excitalse incendium, ædificiumque in foro positum dicto citius combussisse:

Hh 3 atque

atque ædificia alia in proximo sita, non modo quæ facile incendi poterant, verum etiam quæ erant ex lapidibus constructa, depascente, facile absumpsisse: quod quidem incendium durasse ad quatrduum, nullisque viribus comprimi potuisse: per urbem mediam totam pererrans, à septentrionali regione ad australem vsque omnes domus ad quinque stadia in longum, in latum autem ad quatuordecim stadia penitus vastasse, nullum quæ ædificium vel publicum, vel priuatum, nullas columnas, nullos denique fornices ex lapidibus structos, toto illo spatio, quo grassabatur, omnino reliquisse, sed omnem duram concremassè materiam, perinde ac si fuisset res perfacilis ad incendendum. Hanc cladem in Boreali vrbis regione, in qua nauale est, à Via Bouis (hoc enim nomine est) vsque ad vetus templū Apollinis oberlassè: in australi autem à portu Iuliani ad ædificia ecclesiæ, quæ concordie nomine nuncupatur, nõ multum distantia grassatã. In media ciuitate, à foro Constantini ad Tauri forū vsque, miserabile spectaculū, & cum primis horrendum ante omnium oculos posuissè. Nam quæcunque vrbis loca in sublime cum summa pulchriudine erecta fuissent, aut quæ ad magnificentiam & singularem præstantiam affabre elaborata, aut ad publicos, priuatosue vsus extructa, acruatim velut in montes collectæque inuios & abruptos aggerata fuisse, atque confertos omni materiæ genere, sic priorem deformasse effigiem, vt ne ab eorū habitatoribus internosci poterat, qui locus hic vel ille antè fuisset, vel vbi situs.

De variis variarum regionum calamitatibus.

Caput XIIII.

Eisdem temporibus, bello Schythico, quod cõtra Romanos versus Orientè incolentes susceptum fuit, ex ardescente, Thracia, Hellepontus, & Ionia terremoto admodū concussa sunt: concussa etiã eodem Cyclades insulæ: concussa item Cnidus & Coö insula, vsque adeo, vt multa in illis deturbarentur ædificia. Porro autè Priscus memorat tam ingentem pluuiã Constantinopoli, & in Bithynia extitissè, vt ad tres aut quatuor dies, aque instar fluiorū de cælo præcipitarent, & montes illarum violentia in

tia in planitiè deprimerentur: quin etiam sic obrueretur pagi, vt in exitij discrimè venirent: inque Boana Lacu, qui non longe abest Nicomedia, ob crebram fordida cuiusque generis materiam in eum congestam, nonnullæ fierent insulæ. Verùm ista euenere postea.

De Zenonis & Ariadnæ nuptiis. Cap. XV.

Imperator Leo Zenoni Ariadnam despondet filiam, est sibi generū asciscit: qui ab incunabulis Aricmesus quidem vocatus fuerat, at post nuptias nomen à quodam viro ab Isauris oriundo, sic appellato, qui ad magnum decus & splendorem peruenisset, obtinet. Vnde verò iste Zenon ad tantam dignitatè ascenderit, & quam ob causam omnibus à Leone sit præiatus, ab Eustathio Syrio commemoratum est.

De imperatore Romano Anthemio, & qui post illum imperauerunt. Cap. XVI.

Anthemius porrò rogatu Legatorum à Romanis ad Occidentem habitantibus Cõstantinopolim ad Leonè missorum, imperator ad Romã gubernandã mittitur: cui Martianus, qui dudū rexerat imperiū, filiã desponderat. Basiliscus præterea, frater Berinæ coniugis Leonis, cum exercitu ex militibus lectissimis collecto dux contra Genzerichum mittitur: quæ res sunt à Prisco rhetore accuratissimè conscriptæ: neque hæc solum, verū etiam quo modo Leo Asparem, qui imperiū ei tradiderat, per dolū, quasi mercedem honoris, ad quem ipsum extulerat, ei redditurus, è medio fastulit: quin etiam filios eius Ardaburiū, quæ antea Cæsarè creauerat, & Patriciū, quo Asparis patris eorum insolentiã & inscitiã ludificaret, itidè trucidauit. Post occisum Anthemiū, qui quinquennio Romanū imperiū administauerat, Olymbrius à Rhecimere imperator renūtiatur: quo extincto, imperator creatur Glycerius: quem Nepos post quintū imperij sui annū exturbat, ipseque potiè imperio: episcopi autè Romanū Glyceriū apud Salonas vrbè Dalmatię designat. Istū nepotè regno eiicit Orestes: post Orestè, filius eius romulus, cognomine Augustul⁹, q. postremus domè impator fuit 1300. annos post regnū Romuli,

EVAGRII HISTORIAE

imperium occupavit. Quo mortuo, summam rerū Romanarū administrat Odoacer, qui imperatoris nomine repudiato, se regem appellari voluit.

De morte Leonis & parvi Leonis imperio, & Zenonis rursus patris eius. Cap. XVII.

Per idem tempus Leo imperator, cum decem & septem annos regnasset, Constantinopoli deponit imperiū, Leonemq; Ariadnæ filia suæ, & Zenonis filium, iam admodum tenerum ætate, in imperij gradu locat. Post quem Zeno pater purpuram induit vt Leonis gener: subsidio Berina cōiugis Leonis, mortuoq; puero paulò post, Zeno solus imperij obtinet gubernacula. Quæ aut res fuerint vel ab eo, vel contra eum gesta, quæque eius temporibus acciderint, proximus liber, deo iuante, perspicuè docebit.

Compendium rerum in Chalcedonensi concilio gestarum, in huius secundi libri fine collocatum Caput XVIII.

Epitome eorum, quæ acta sunt & decisa in concilio Chalcedonensi.

Pascasianus, & Lucentius, episcopi, & Bonifacius presbyter, in hoc concilio, Leonis antiquæ Romæ Pontificis fuisse vicarij, Anatolius itē antistes Constantinopolis, Dioscorus Alexandriae episcopus, Maximus episcopus Antiochia, & Iuuenalis Hierosolymorum, & horum omnium sacerdotes, eidem concilio interfuerunt. Quorum numero adiuncti erant senatores primarij: quibus dixerunt vicarij Leonis, Dioscorum non debere cū illis in concilio confidere. Istud enim suum episcopū Leonē mandasse: quod quidē si minime obseruaret, se ab Ecclesia decessuros. Ac cum senatores rogarent, quæ nā crimina objicerentur Dioscoro, responderūt illū, qui personā iudicis præter æquū & bonū susceperat absque Romani Pontificis præcedentis permissu, debere pro iudicio, quod ipse de alijs dederat, iudicium subire. Quæ cum dixissent, & Dioscorus de sententia

ECCLESIAST. LIB. II. 251

sententia senatus in medio confessu statueretur, perebat Eusebius, vt supplex libellus quē ad imperatores miserat, coram iā perlegeretur, hæcque verba adiecit. Mihi certe à Dioscoro facta est iniuriā, fidei etiā facta iniuriā: Flavianus episcopus ab eo interfectus, vnaque mecū iniquè sacerdotio abdicatus. Iubete meū supplicē libellū legi. Quæ cū dixisset, supplex libellus lectus fuit, quæ est hæc verba cōplexus. Supplex libellus imperatoribus nostris Christum verè colentibus, religiosissimis, & sanctissimis, Fl. Valentiniano, & Martiano semper Augustis, ab Eusebio humilimo episcopo Dorylænsi, qui pro se, pro orthodoxa fide, pro Flauiano denique sanctissimo episcopo Constantinopolitano verba fecit, oblatum. Est quidem vestrae amplitudini propositum, vt cunctis, qui vestro parent imperio, sedulo prouideatis, & cum cæteris omnibus iniuriæ affectis, tum maxime sacerdotibus benignè optulemini. In hoc enim diuinum numen, à quo mortalium imperium & dominatus vobis tributus est, verè colitur. Quare quoniam & fides Christiana, & nos etiam, incommoda multa grauiaque contra æquitatis regulam à Dioscoro reuerendiss. episcopo Alexandriae, vrbs primaria, accepimus, ad vestra benignitatē supplices accedimus, vt quod æquum est à vobis impetremus. Causa autem querelæ eiusmodi est. In concilio nuper Ephesi vrbs primariae habito (quod vtinam nunquam fuisset habitum, ne orbem terrarum tantis malis, ac turbis oppleuisset) ille bonus vir Dioscorus, qui iuris & æqui normam pro nihilo putauit, qui timorem Dei contempsit, qui eandem tenuit cum Eutyche homine pleno inanitatis, atque adeo hæretico opinionem ac sententiam, qui quisnam esset aliquandiu multos celauit, postea tamen seipsum prodidit cum ex criminatione, quam ego Eutychi intulisset, & ex sententia, quam Flavianus sanctæ ac piæ memoriæ episcopus contra eum pronuntiaisset, occasionem arripuisset, multitudinem populorum seditiosorum coacta, & potentia sibi pecuniæ subsidio acquisita, piam orthodoxorum religionem, quoad eius fieri poterat, labefactare, & peruersam Eutyche monachi doctrinam, quæ ab ipsis apostolorum temporibus hæctenus, à sanctis patribus condemnata fuerit, stabilire

bilire laboravit. Itaque cum facinora, quæ tam confiden-
ter tum contra Christianam fidem, tum contra nos admi-
serit non exigui momenti sint, supplices accidimus ad
genua vestræ Celsitudinis, obsecramusque ut iubeatis
reuerendis . episcopum Dioscorum ad crimina ei à nobis
obiecta respondere, nimirum commentaria rerum ab eo
contra nos gestarum in sancto concilio perlegantur, qui-
bus certè ostendere poterimus eum & ab orthodoxa fide
alienum esse, & hæresim propugnare impietatis ple-
nam, & iniquè nos abdicasse, & grauibus nos affecisse in-
commodis: atque oramus præterea, ut diuina, & hono-
rifica vestra mandata mittere dignemini sancto & gene-
rali diuinissimorum Episcoporum concilio: quò &
quid nos, & quid prædictus Dioscorus egerit, audiri, &
omnia, quæ in concilio gerentur, vestræ pietati signifi-
cari possint: vti immortalis nostro capiti Christo placeamus.
Cuius rei facti compotes, imperatores sanctissimi, assiduas pre-
ces pro prospero vestri imperij statu perpetuando Deo
offerre non desistemus. Quæ autem in secundo concilio
Ephesino ab episcopis acta erant, rogatu tum Dio-
scori, tum Eusebii publice ac palam legebantur: ex quibus
constabat epistolam Leonis minime lectam fuisse, idque
cum verba de eadem semel atque iterum facta fuissent.
Vnde Dioscorus causam rogatus, respondit se semel atque
iterum egisse cum episcopis, ut illud fieret: postulauitque
Iuuenalis Hierosolymorum episcopus, & Thalassius
Cæsareæ Cappadociæ episcopus, ut res istæ aperte de-
clararentur (hos namque vna cum Dioscoro authori-
tatem in concilio Chalcedonensti sibi assumpsisse con-
stat) atque Iuuenalis dixit, affirmavitque Dioscorum qui-
dem per literas imperatoris de legenda Leonis episto-
la admonitum, postea tamen mentionem eiusdem episto-
læ à nemine factam: Thalassius autem dixit se mini-
me obstitisse, quò minus legeretur, neque tantum ha-
buisset authoritatis, vti ipse solus decidere posset, ut le-
geretur. Itaque actis concilij perlectis, & quibusdam
episcopis nonnullas veteratorias & quasi commentitias
sententias in illis deprehendentibus, Stephanus Ephesio-
rum antistes rogatus, quinam eorum, qui tum subscri-
bebant,

bebant, cū exceptione subscripsissent, respondit Iulianum,
qui postea Lebidi fuit episcopus, & Crispinum ita subscri-
psisse: eos tamen qui subscribebant Dioscoro, istud fieri mi-
nime permisisse, sed præhendisse subscribentium digitos,
adeo ut turpissima ignominia nota affecti viderentur. Pro
inde Stephanus confitebatur eodem ipso die abdicacioni
Flauiani fuisse subscriptum. Quippe Acacius Ariarathia
episcopus, chartæ, in qua nihil scriptum erat, omnes per
vim & necessitatem infinitis fere malis à militibus, qui cū
cruentis gladiis districtisque circumstitebant, diuexatos,
ab subscribendum impulit. Deinde alia rursus accusatione
perlecta, Theodorus episcopus Claudionopolis dixit, ne-
minem ista locutum fuisse. Cum autem ita actorum lectio
progrediretur, vbi locus quidam occurrebat, qui comple-
ctebatur, Eutychem & eos, qui asserunt carnem Dei & do-
mini ac seruatoris nostri Iesu christi de cælo descēdisse, ita
locutos, actorum commentarij ostenderunt, Eusebium re-
spondisse, Eutychem dixisse quidem de cælo, sed non ad-
iecisse, vnde sumpserat. Diogenem autem episcopum Cy-
zici tum vrgeri: Dic ergo vnde eos vero vterius quærere
non fuisse permisos. Tum ipsa acta in medium proferunt.
Deinde Basilius episcopus Seleuciæ Isauriæ dixit: adoro v-
num dominum nostrum Iesum Christum filium Dei, solū
Deum verbum, qui post incarnationem, & copulationem
diuinitatis & humanitatis, in duabus naturis consistere in-
telligitur. Contra ista cœperunt Aegyptij ita vociferari:
nemo eum, qui partiri nequit, in partes diuidat: vnum fi-
lium oportet, non duos dicere filios. Tum episcopi Orien-
tis clamare: anathema sit Christum partienti, anathema
eum diuidenti. Eadem etiam acta referunt Euthicem in-
terrogatum vtrum duas in Christo esse naturas assereret,
respondisse se scire Christum ante coniunctionem diui-
nitatis cum humanitate ex duabus constituisse naturis, at
post copulationem, vnam in eo esse? Basilius tum dixit:
quod si non dicat post coniunctionem naturarum, duas esse
naturas, quæ nec separari, nec confundi possint, confu-
sionem inducere & commixtionem: si autem adijciat di-
uinitatem incarnatam esse, & humanitatem induisse, & in-
carnationem eo modo, quo Cyrillus intelligat, eadem eum
dicere

dicere, quæ ipsi. Nam aliud diuinitatem esse, quæ ex patre fuit, humanitatem autem aliud, quæ ex matre. Qui cum essent interrogati, quamobrem abdicationi Flauiani subscripsissent, actorum commentarij declarant episcopos Orientis sic clamasse. Omnes peccauimus, oēs igitur veniam petimus. Deinde cum ulterius in actis legendis procederetur, constabat episcopos rogatos fuisse, cur Eusebium in congressum & colloquium cum illis venire cupientem non permisissent, ad quæ Dioscorus respondet, Elpidium literas admonitorias attulisse illis, confirmasseque imperatorem Theodosium dedisse in mandatis, vt in concilium minime introniteretur. Idem quoque Iuuenalem respondisse docent ipsa acta. Thalassius autem dixit ea nihil habere authoritatis, quæ à principibus condemnationem habuissent: neque fidei propositæ hanc defensionem esse. Vnde Dioscorum quæ fiebant reprehendisse acta indicat, his fere verbis: & dixisse, quales iam seruantur canones? Cum Theodoritus in conuentum venisset tum fertur senatum dixisse, quod pro accusatore ingressus est: respondisse Dioscorum cum episcopi loco considerare. Tum senatum dixisse, cum Eusebium, tum Theodoritum locum accusatorum obtinere, nõ aliter quam Dioscorum ipsum locum tenere rei. Omnibus igitur actis secundi Concilij Ephesini perlectis, sententia quoque contra Flauianum & Eusebium pronunciata, vsque ad verbum quoddam, quo prolato, Hilarius episcopus loqui cœpit, episcopi Orientis, & qui cum illis erant, clamabant: anathema Dioscoro. Eodem momento Christus abdicauit Dioscorum: Flauianus à Dioscoro abdicatus est. Sancte domine, tu in illum animaduerte: tuque imperator orthodoxe, illum vlciscere. Viuat Leo multos annos: multos annos viuat patriarcha: Postremò lectis illis literis, quæ ostendebat, omnes episcopos ibi in vnum collectos abdicationi Flauiani, & Eusebij consensisse, illustrissimi magistratus ista, quæ sequuntur, totidem verbis locuti sunt.

Postridie cum concilium exquisitius habitum esset, de orthodoxa & catholica fide multò accuratius quæsitum videmus. Ac quoniam Flauianus, piæ memoriæ episcopus, & Eusebius reuerendiss. Dorylæi episcopus ex concilij actorum

rum decretorumque inquisitione, & ex verbis eorum, qui in concilio præsiderunt (dixerant enim se errore lapsos fuisse, iniusteque Flauianum & Eusebium abdicasse) declarati sunt minime in fide hallucinati, & propterea iniquè abdicati, æquum nobis sanè videtur, idque Deo nostram approbante sententiam, vt Dioscorus (modò ita placuerit diuinissimo & sanctiss. domino nostro imperatori) reuerendiss. Alexandriae episcopus, Iuuenalis reuerendiss. episcopus Hierosolymorum. Thalassius reuerendiss. Cæsareæ Capadociae episcopus, Eusebius reuerendiss. episcopus Armeniae, Eustathius reuerendiss. episcopus Seleuciæ Isauriae (pænes quos tum potestas erat, concilioque illi præsidebant) facri concilij sententia ac iudicio eodem pœnæ genere sicut canones ecclesiæ postulant multati, dignitate episcopali abdicentur: omniaque ex sententia imperatorum diuiniss. decernantur. Quibus verbis recitatis, clamare Orientis episcopi: iustum est istud quidem iudicium: deinde vociferari episcopi Illyrici, omnes errauimus: omnes veniam postulamus. Ac cum episcopi orientis rursus clamassent, iusta est ista sententia? homicidam abdicauit Christus, martyres vltus est Christus, senatores iusserunt, vt singuli episcoporum ibi coactorum, separatim suam ipsorum fidem exponerent: vt qui pro certò cognosceret imperatorè diuinissimum secundum formulam illam fidei à trecentis decem & octo patribus Nicææ, & à centum quinquaginta Constantinopoli coactis edita, & secundum epistolas sanctorum patrum, Gregorij, Basilij, Hilarij, Athanasij, Ambrosij, & secundum epistolas Cyrilli in primo Concilio Ephesino palam recitatas credere. Etenim Leonem reuerendiss. antiquæ Romæ episcopum Eutychem propterea abdicasse. Isto igitur conuentu ad hunc modum dimisso, cum episcopi sanctiss. ad alium conuentum agendum in vnum cogerentur, Eusebius Dorylæi episcopus libellos pro se ac Flauiano illis obtulit: quibus Dioscorum, vt pote eundem cum Eutyche tenentem errorem, & quod ipsos sacerdotio abdicauerat, accusauit: addidit præterea, quòd Dioscorus voces quasdam in concilio tum congregato minime prolatas in commentarijs inseruerat, quòd Chartas, in quibus nihil ineras scripti subdolè parauerat, quibus ipsi subscriberent, postulauitque;

lauteque ut omnia acta secundum concilium Ephesinum sententia episcoporum iam coactorum abrogarentur, ipsique restituerentur ad sacerdotium, sceleratumque illud Euty-chis dogma anathemate damnaretur: petebat porro ut post actorum lectionem aduersarius in concilio compareret. Quod cum ut fieret, concessum esset, Aetius Primicerius notarius dixit, se ad Dioscorum venisse, sicut etiam ad alios: respondisseque Dioscorum non sibi à custodibus suis permissam potestatem ad concilium accedendi. Ferēbatur etiam Dioscorum ante concilium coactum quæsitum fuisse: quo minime inuento, dixisse Anatolium episcopum, eum debere accersi, & ad concilium venire. Quare confecta, qui ad eum missi erant reuersi dixerunt dixisse Dioscorum: teneor equidem à custodibus: quod si faciunt mihi copiam veniendi, dicant. Ac cum illi, qui missi erant, dixissent se ad eum, non ad Magistranos missos, eum ferunt sic dixisse: paratus sum ad sanctum & generale concilium venire, sed impediōr. Quibus adiunxit Himerius, quod ipsis redeuntibus à Dioscoro obuiam factus est Boetius, Magistro diuinorum officiorum, & cum eo rursus episcopi ibant ad Dioscorum, & quod quædam de colloquio habito cum Dioscoro schedis notata habebant: quæ cum essent perlecta, declarabant Dioscorum ista his serè verbis dixisse. Cum hanc rem mecum ipse considero, comperioque perquam utilem mihi esse, ista respondeo, quoniam præfides illustrissimi, qui in isto concilio sedent, multa post crebra singulorum colloquia decreuerunt, ipseque ad secundum iam vocor concilium, quod ea, quæ ante dicta fuerint, retractentur, quæso ab illis, ut præfides, excellentissimi sacerque senatus, qui primo interfuere, Concilio, etiam huic intersint, ut eadem res denuo accurate disquirantur. Cui, Acta referunt, Acacium respondisse ad hunc modum. Non iussit sanctum & eximium, concilium, ut tua sanctitas ideò accedat, uti ea, quæ coram, illustrissimis præfidibus, & coram sacro senatu acta fuerunt, retractentur, sed nos misit, eo plane animo, uti tu ad Concilium venias, & ne tua sanctitas absit ab illis. Cui, Dioscorum dixisse, ostendunt Actorum commentarij: significastis mihi Eusebium iam libellos concilio obtulisse: vos

se: vos obtestor denuo, ut coram præfidibus & senatu mea causa penitus expendatur cognoscaturque. Postea alijs quibusdam eius generis interpositis, mittebantur denuo quidam ad Dioscorum hortandum, uti rebus in concilio gerendis interesset. Quo facto, qui missi erant, redeuntes dixerunt, se eius verba in schedis notasse: quæ significabant dixisse cum. Iam pridem significauit vestra sanctitati, me morbo teneri: Idcirco peto, ut illustrissimi præfides, & sacer senatus rerum disquirendarum dijudicationi adsint. Ac quoniam morbus ingrauescit, eam ob causam aduentum differo. Tum Cecropium, Actorum commentarij memorant, dixisse Dioscoro: Antea nulla abs te de morbo facta est mentio, debueras igitur canonibus ecclesie fecisse satis. Huic autem respondisse Dioscorum: Semel dixi, præfides debere interesse concilio. Deinde Ruffinum Episcopum Samosatenum dixisse Dioscoro, ea, quæ quærebantur, secundum canones ecclesie quæri: & propterea eum ad concilium accedentem posse, quæ vellet, liberè dicere. Persuasio igitur Dioscoro, Iuuenalis etiam & Thalassius eo aduentarunt. Eustathius autem protulit ea, quæ nihil ad rem pertinebant. Ad quæ respondisse Dioscorum Acta docent: rogasseque imperatorem Christi amantissimum, ut præfides, & illi qui cum ipso iudicium in concilio dedissent eò accederent. His rebus, eos qui missi erant respondisse, Eusebium eum solum accusare: & propterea non necesse esse, ut omnes accederent: dixisse tum Dioscorum omnes, qui cum ipso iudicium in concilio dederant debere accedere. Nam Eusebium non habere priuatam contra ipsum actionem: sed ea, de quibus omnes decidissent iudicassentque. Rursus illis, qui missi erant, idem urgentibus, respondisse Dioscorum: semel dixi, quæ dixi, & amplius quod dicam non habeo. Post ista Eusebium Dorelæi episcopum dixisse, se contra Dioscorum solum habere actionem, contra alium præterea neminem: postulasseque ut tertio accerteretur Dioscorus: quem interpellantem Aetium, docuisse, iam dudum quosdam, qui se clericos esse dicebant, vna cum Laicis quibusdam Alexandria ad concilium venisse, dedisse

dedisse libellos cōtra Dioscorū, eos stantes pro foribus tēpli, in quo concilium sedebat, clamores edidisse. Ac primū Theodorum concilio libellum exhibuisse, qui sanctæ ecclesie Alexandrinæ diaconus fuit: deinde Ischyrianum eiusdem ecclesie diaconum: tum Athanasium presbyterum filium fratris Cyrilli: Sophronium item dedisse libellos, quibus Dioscorum tum ob blasphemiam, tum ob res ad corporis vsum pertinentes, violentamque pecuniarum direptionem criminabatur. Porro autem vocatur tertio Dioscorus, vt ad concilium accedat. Qui autem ad hoc negotium designati erāt, reuersi, significabant concilio Dioscorum dixisse: satis multa docui vestram pietatem, quibus nihil addere possum. Ac rursus illis, qui ad eam rem missi erant, urgentibus, vt veniret, Dioscorus eadem ipsa respondit. Tum Pascasius dixit: Dioscorus iam tertio vocatus non venit, conscientie stimulo percussus: rogauitque, quid meritus esset. Ad quod responderunt episcopi, eum factū ecclesie canonibus obnoxium. Deinde Proterius, episcopus Smyrnæ: quādo, inquit, sanctus Flavianus ab eo fuit interfectus, non propt meruerat, pccnas perfoluit. Postremò Leonis antiquæ Romæ Archiepiscopi Vicarij, ista totidem verbis in concilio recitarunt. Facinora ea, quæ sunt, à Dioscoro dudum Alexandriae vrbs primariæ episcopo, contra canonum præscriptionem, & disciplinam ecclesiasticam admissa, partim ex illis, quæ in priore cōfessu iniquitate erant, partim ex his, quæ hodie acta sunt, omnibus sunt exploratè perspecta. Iste enim (vt multa alia misa faciamus) Eutychem eiusdem cum ipso opinionis à proprio ac suo episcopo, patre videlicet sanctissimo, et episcopo nostro Flauiano, sicut canon poscebat ecclesie, abdicatum, sua ipsius autoritate contra ecclesie recepit in communionem: idque ante, quàm concilio illi, quod Ephesi cum episcopis Santissimis habebat, interfuisset. Quibus episcopis, sedes apostolica veniam propterea tribuit, quod res, quas ibi gesserant, contra voluntatem gessissent: qui ad præsens, vsque tempus Leoni, episcopo sanctissimo, & vniuerso sancto & generali concilio morem gerunt: & ob eam causam eos, vt pote eidem fidei consentientes, in suam recepit communionem. At iste Dioscorus de illis rebus, de quibus gemere, lugere, seque humi abijcere debuerat, etiam adhuc

gloriarī non desinit. Accedit eodem, quod epistolam beati Leonis, quam scripsit ad Flavianum sanctæ memoriæ episcopum, legi non permisit, idque sapius rogatus ab his, qui eam attulerant, vt legeretur ipseque cum iureiurando adiecto se eam legendam curaturum pollicitus esset. Quæ minimè perfecta, sanctissimis orbis terrarum ecclesijs & offensionī fuit, & detrimento. At quanquam talia consciuerat facinora, tamen consilium à nobis inuitum est, quo modo tum ei pro impio scelere ab ipso ante admissio, tum reliquis itidem pijs episcopis, penes quos minimè par cum eo erat potestas iudicandi, aliqua impertiretur misericordia. Verum quoniam prior eius impietas, posterioribus sceleribus longe superata est (non enim dubitauit etiam sanctissimum & religiosissimum antiquæ Romæ archiepiscopum communionē interdicere: quinetiam cum libelli pleni impietatis ab ipso commissæ contra eum essent producti, & ille ipse semel, iterum, ac tertio, vt canon ecclesie vult, esset ad concilium vocatus, minime obtemperauit, vt pote propriæ conscientie stimulis pulsus, & eos, qui à varijs concilijs iure essent abdicati, contra ius recepit ad se, denique varijs ecclesie legibus ab eo quasi pedibus conculcatis, contra se ipse quodammodo sententiam pronuntiauerat) quoniam, inquam, hæc omnia deinceps admisit, idcirco sanctissimus & beatissimus archiepiscopus magnæ & antiquæ Romæ Leo, per vos & præsens Concilium cum beatissimo & omni laude celebrando apostolo Petro, qui est petra, & basis ecclesie catholice, & fidei orthodoxæ fundamentum, spoliavit omni dignitate episcopali, & omni sacerdotali ministerio prorsus abdicauit. Quamobrem hoc sanctum & frequens concilium, sententiam, quam ecclesie canones postulant, contra Dioscorum, de quo nostra superior instituta fuit oratio, pronuntiat.

Quibus ab Anatolio, Maximo, & reliquis episcopis confirmatis, illis exceptis, qui à senatu erāt vnà cum Dioscoro abdicati, de his per literas à concilio referebatur ad Martianum: & abdicatio per idem concilium missa fuit Dioscoro: quæ ita se habet. Scitote tum quod diuinos ecclesie canones contempseris, tum quod sancto huic &

generali concilio minimè obtemperaueris, tum propter alia multa crimina præterea, quæ commississe deprehensus es, tum quod tertio vocatus à sancto hoc & celebri concilio, ut illis, quæ sunt tibi obiecta, responderes, non veneris, scito, inquam, te propter ista omnia à sancto & generali concilio, tertio Idus istius mensis Octobris episcopatu abdicatum esse, & ab omni iure ecclesiastico penitus abalienatum. Quibus verbis in commentarios relatis, missisq; ad pios sanctissimæ ecclesiæ Alexandriæ episcopos, & decreto contra Dioscorum edito, conuentus iste dimissus fuit, eoq; modo exitum habuit. Verum post in vnum rursus congregati, primum responderunt ad rogatum principum de vera rectaq; fide doceri cupientium: deinde dixerunt non debere quicquam amplius de causa Eurychis semel ab episcopo Romano concluda definitaq; statui: in quam sententiam omnes quasi pedibus iuerunt. Quinetiam cum omnes episcopi se eadem affirmare clamarent, & principes verbis quemque patriarcham hortarentur, ut vna & altera persona cuiusque eorum diceceseos in medium prodiret, quo sententia cuiusq; perspicue cognosceretur, Florentius episcopus Sardinis potestatem petijt, ut cum concilio & rebus tēpore deliberatis, ipsi possent ad veritatē accedere: & Cecropius episcopus Sebastopolis: Fides, inquit, & præclare exposita est à trecentis decem & octo sanctis patribus, & confirmata deinde à sanctis patribus, Athanasio, Cyrillo, Celestino, Hilario, Basilio, & Gregorio, & iā denuo à sanctissimo Leone stabilita. Itaque petimus, ut fidei formula tum trecentorum sanctorum patrum, tum Leonis sanctissimi legatur: qua perlecta, totum concilium clamauit: ista est fides orthodoxorum: sic omnes credimus, sic Papa Leo credit: sic credidit Cyrillus: sic Papa interpretatus est. Ac cum colloquium inter eos fieret, ut formula fidei à centum quinquaginta sanctis patribus Constantinopoli edita legeretur, illa quoque lecta fuit. Postea totum denuo concilium clamauit: hæc fides orthodoxorum: sic omnes credimus. His confectis rebus, Actius archidiaconus, habeo, inquit, ad manum diui Cyrilli epistolam ad Nestorium: quam omnes episcopi Ephesi congregati, suis subscri-

subscriptionibus ratam fecerunt: habeo etiā alterā eiusdem Cyrilli epistolam scriptam ad Joannem episcopum Antiochiæ, eamq; confirmatam: quæ epistolæ ut perlegeretur, postulauit. Colloquio igitur de his facto, vtraque lecta fuit. Prioris autem quandam partem hoc loco posuimus, quæ se habet ad hunc modum.

*Reuerendiss. Sanctissimoq; collegio nostro Nestorio
Cyrillus S.*

Sunt, ut audio, nonnulli, qui meæ existimationi apud tuam reuerentiam obrectent, idq; non raro: quod quidem tum faciunt potissimum, cum illustres viros ac magistratos in vnum frequentes conuenisse animaduertunt: rati fortasse tuas aures eiusmodi rebus audiendis oblectari. Ac paulò infra. Sanctum & celebre concilium afferit eum, qui ex Deo patre naturaliter genitus est, filium esse vnigenitum: Deum verum, ex Deo vero: Lumen de lumine: per quem pater omnia fecit: descendisse de cælo, incarnatum esse, hominem factum, passum: resurrexisse tertio die, ad cælos ascendisse. His verbis, huicque doctrinæ nos oportet assentiri, rationeque & mente lustrare, quid sibi velit, incarnari, quid verbum Dei hominem fieri. Non enim dicimus, quod Dei verbi natura commutata, facta sit caro: neque quod in totum hominem, qui constat ex animo & corpore, conuersa, sed illud potius, quod verbum secundum substantiam carnem anima rationis particeps animatam sibi coniungens, factus est homo, eo certè modo, qui nec exprimi verbis, nec cogitatione comprehendi potest: & vocatus filius hominis, non secundum voluntatem solam, aut quod suæ benignitati ita visum erat, neque assumptione duntaxat personæ, aut quod diuersæ naturæ in veram vnitatem coniunctæ erant, sed quod vnus Christus ex duabus constabat naturis, vnusq; filius: non quod naturarum differentia sublata erat propter vnitatem, sed diuinitas & humanitas inexplicabili quadam & arcana coniunctionis

concurfione vnum dominum, & Christum, & filium effecerunt. Et alij quibusdam interpositis ista adiungit. Quoniam niam propter nos, & propter nostram salutem sibi secundum subsistentiam naturam iunxit humanam, & processit ex muliere, idcirco dicitur secundum carnem natus esse. Nam non primum, ut communis natura fert, natus est homo ex sancta virgine, ac deinde verbum Dei in eum ingressum est, sed in vulva cum carne copulatus, dicitur carnalis sustinuisse naturam, utpote qui suae carnis naturam sibi propriam effecerit. Eodem modo dicimus eum passum esse, resurrexisse, non quod deus verbum in sua natura aut plagas, aut confixus clauorum, aut alias afflictiones passus est (diuinum enim numen, quia sit corporis experis, pati non potest) sed quod corpus, quod ipsius proprium factum est, patiebatur, dicitur ille ipse ista pro nobis passus esse. Nam in corpore, quod patiebatur, inerat ille, qui pati non poterat. Sed de hac quidem epistola haecenus. Alterius epistolae magna pars in primo historiae libro posita est.

Cap. 6. 1.
libri.
Conci. ge
ner. fol.
762.

In ea quidem epistola, quam Ioannes episcopus Antiochiensis scripsit, Cyrillus verò etiam suo suffragio penitus confirmavit, talis extat sententia. Confitemur sanctam virginem Dei param esse, propterea quod ex ea Deus verbum carnem sumpsit & humanitatem, & ex ipsa conceptioe sibi templum, quod accepit ab ea, coniunxit. Ac non sumus nec scij homines diuinitus inspiratos voces euangeliorum & epistolarum scriptarum ab apostolis, quae sunt de domino traditae, partim communes asseruisse, velut de vna persona prolatas, partim separatim diuuisse, velut de duabus naturis, postas, partim diuinas affirmasse, velut de Christi diuinitate duntaxat loquentes, partim denique humiles & abiectas, velut de humanitate solum conscriptas. Quibus addit ista. Cum istas vestras pias voces legissemus, vosque ipsos ita sentire comperissemus (vnum dominum, vna fides, vnum baptisma) totius vniuersitatis conseruatores Deum laudibus extulimus, & sumus propterea inter nos animis admodum latati, quod vestra simul & nostra ecclesiae partim scripturis diuinitus inspiratis, partim sanctorum patrum traditione impulsae, concordem inter ipsas fidem amplectantur.

His epi-

Hae epistolis perfectis, qui aderant in concilio, sic clamabant: Omnes ita credimus: ita Leo Papa credit: Anathema ei, qui Christum diuidit, qui eius confundit naturas: ista fides Leonis archiepiscopi: sic credit Leo: Leo, & Anatholius etiam sic credunt. Omnes sic credimus: & Cyrillus ita credit: sempiterna sit memoria Cyrilli, & epistolae eius similiter. Sic nos sentimus: sic nos & credidimus, & credimus. Leo archiepiscopus sic credit, sic scripsit. Ac cum fieret colloquium inter eos ut Leonis epistola legeretur, lecta fuit, & interpretatio illi adiuncta, quae in Actis Concilij extat.

Post lectam epistolam, cum episcopi clamassent: haec fides patrum, haec fides apostolorum, omnes sic credimus, orthodoxi sic credunt, anathema ei, qui sic non credit, Petrus per Leonem ista pronuntiauit, apostoli sic docuerunt, Leo pie & verè ista docuit, Cyrillus sic docuit, Leo & Cyrillus similiter docuerunt, anathema ei, qui sic non credit, ista vera fides, sic orthodoxi sentiunt, ista fides patrum, ista cur in Concilio Ephesino non legebantur, ista Dioscorus occultauit, cum inquam, episcopi ad hunc modum clamassent, Acta concilij referunt, quod cum pars epistolae Leonis, quae haec verba complectebatur: Ad persoluendum nostrae naturae debitum, diuina natura naturae patibili iuncta fuit, quod vnus & idem mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus (quae quidem res ad nostra vulnera curanda admodum accommodata fuit) ex vna natura mori posset, ex altera non posset: cum, inquam, haec pars lecta esset, & de verborum sensu ac sententia episcopi Illyrici & Palaestini ambigerent, Aetius archidiaconus sanctissimae ecclesiae Constantinopolitanae sententiam Cyrilli in medium protulit: quae ita se habet.

Quoniam corpus ipsius proprium, gratia Dei, ut ait Apostolus Paulus, pro omnibus gustauit mortem, idcirco ipse dicitur pro nobis mortem passus: non quod ipse mortem, quantum ad ipsius naturam pertinebat, esset expertus (istud namque vel dicere, vel sentire infania est) sed quod, ut dixi modò, caro eius gustauit mortem. Ac rursus de sententia epistolae Leonis, quae

Conci. ge
ne. Tom.
1. fo. 64

Hebr. 2.

ita se habet : Agit vtraque forma alterius communione , quod vtriusque proprium est : verbo quidem illud operante , quod verbi est , corpore autem ea exequente , quæ sunt corporis : atque illud claret miraculis , hoc contumelias sustinet : de hac , inquam , sententia cum dubitarent Illyrici , & Palaestinae episcopi , idem Aetius sententiam Cyrilli legebat , hæc verba complectentem . Quædam voces de domino in sacris literis tradita , maxime diuinæ naturæ conueniunt : alia rursus humanæ : alia medium locum obtinent , utpote quæ filium Dei , & Deum & hominem pariter esse declarant . Postea cum de alia parte epistolæ Leonis episcopi supra positi ambigerent , quæ sic se habet : tametsi in domino Iesu Christo , vna est reuera Dei & hominis persona , tamen aliud est , vnde in vtroque communis est contumelia , aliud , vnde communis est gloria . De nostro enim illi est minor patre humanitas , de patre illi est æqualis cum patre diuinitas : Theodoritus , re ponderata , dixit à beato Cyrillo hæc esse ad verbum tradita . Cum homo factus erat , non deposuit , quod proprium erat , sed mansit quod erat , & altera natura , in altera habitauit , hoc est diuina natura in humana . His explicatis , cum illustres principes sciscitarentur , vtrum quisquam esset , qui amplius dubitaret , omnes responderunt , se non amplius dubitare . Post Articus episcopus Nicopolis dies aliquot omnibus dari postulauit ad deliberandum , vt ea , quæ & Deo placerent , & sanctorum patrum doctrinæ consentirent , constanti & stabilimente decernerentur : postulauit etiam epistolam Cyrilli ad Nestorium scriptam : in qua Cyrillus hortatur Nestorium , vt duodecim fidei quasi capitibus consentiat , quibus omnes consenserunt . Ac cum principes de hac re verba inter se fecissent , concessissentque illis ad deliberandum dies quinque , vt cum Anatolio Constantinopolis antistite conuenirent , omnes assenserunt dicentes : nos sic credimus : omnes sic credimus , vt Leo credit , sic credimus : nemo nostrum dubitat : nos omnes subscripsimus . Ad quæ rursus dicebantur ista : non necesse est vt omnes conueniant , sed quoniam

12. ed. 73
27. fidei.

consen-

consentaneum videtur , vt qui ambigant , confirmetur , reuerendissimus episcopus Anatolius ex illis , qui subscripserunt , eligat eos , quos ad docendum ambigentes , idoneos putauerit . His adiecit concilium : petimus à patribus , vt concilij huius primarij pro nobis orthodoxi Imperatori , & Augustæ supplicent : omnes peccauimus : omnibus detur venia . Clerus autem ecclesiæ Constantinopolitanæ clamauit : pauci clamant : non torum loquitur concilium . Tum clamant episcopi Orientis : exilio abdicatur Aegyptius . Ac cum episcopi Illyrici idem postularent , clamauit Clerus Constantinopolitanus : exuler Dioscorus : exuler Aegyptius : exuler hæreticus : Christus Dioscorum abdicauit . Rursus Illyrici episcopi & qui cum illis erant clamant : omnes peccauimus : veniam omnibus tribuito . Dioscorus concilio : Dioscorus expelletur ecclesijs . His rebus , alijsque eiusdem generis exagitatis , conuentus dimissus est . Proximo post conuentu , cum senatus simul collocutus esset , vt formulæ iam postulatæ legerentur , Constantinus secretarius à Scæda ista , quæ sequuntur , legit .
 • Postridie cum concilium exquisitius habitum esset , de orthodoxa & catholica fide multò accuratius quaesitum videmus . Ac quoniam Flauianus piæ memoriæ episcopus , & Eusebius reuerendiss. Dorylæi episcopus ex concilij actorum decretorumque inquisitione , & ex verbis eorum , qui tum concilio præsiderunt (dixerant enim se errore lapsos fuisse , iniusteque Flauianum & Eusebium abdicasse) declarati sunt minime in fide hallucinati , & propterea iniquè abdicari , æquum nobis sane videtur , idque Deo nostram approbante sententiam , vt Dioscorus (modo ita placuerit diuissimo & sanctissimo domino nostro imperatori) reuerendissimus Alexandriae episcopus , Iuuenalis reuerendissimus episcopus Hierosolymorum , Thalassius reuerendissimus Casarea Capadociae episcopus , Eusebius reuerendissimus episcopus Armeniae , Eustathius reuerendiss. episcopus Beryti , & Basilius reuerend. episcopus Seleucia Isauriae (penes quos tum potestas erat , concilioque illi præsidebant) sacri concilij sententia ac iudicio eodem poenæ genere , sicut ecclesiæ

Martiana.
no.
Pulcherria.
Dioscor.

Eadē supra posita sunt in hac Epiome, tum in c. c. li. eius.

li 4 canones

canones postulant, multati, dignitate episcopali abdicentur, omniaque de sententia imperatorum diuinitus decernantur. Deinde alijs scriptis perlectis, episcopi, qui ibi etant coacti, cum roarentur, vtrum litteræ Leonis fidei trecentorum decem & octo sanctorum patrum in concilio Nicæno olim congregatorum, & fidei etiam centum & quinquaginta patrum, qui Constantinopoli in vnum conuenerant, consentirent, Anatolius Constantinopolis antistes, & omnes ad vnum, qui aderant, responderunt epistolam Leonis cum fide sanctorum patrum, quos diximus, consentire eidem epistolæ subscripserunt. Quibus ita cōstitutis, clamauit conciliū, oēs assentimur: oēs ista approbamus, oēs similiter credimus, omnes eadē sentimus, omnes sic credimus. Sic credere patres qui sunt in concilio: sic, qui subscribere concilio. Ad multos annos viuat imperator: ad multos annos viuat Augusta: ad multos annos viuant patres, qui interfunt concilio, qui eiusdem fidei sunt cum concilio. Ad multos annos viuat imperator: ad multos annos viuant, qui eadem sentiunt cum concilio: ad multos annos imperator. Omnes fidei subscripsimus: sic sentit Leo: sic nos sentimus: postremo sic locuti sunt. De ijs rebus retulimus ad diuinissimum & sanctissimum dominum nostrum imperatorem, responsumque ab eius clementia expectamus. Ac cum illis à quibusdam diceretur, vestra reuerentia & de Dioscoro à vobis abdicato, diuinitus imperatoris celsitudine insciente, & nobis similiter inscientibus, & de omnibus illis, de quibus à vobis postulatio facta est, & de huius concilij actis est Deo rationem redditura, clamauerunt: Dioscorum Deus abdicauit: Dioscorus iure abdicatus est: Dioscorum Christus abdicauit: Post ista, cum responsum quo quid de abdicatis constituere, episcopis permisit, à Martino allatum erat, quemadmodum à principibus monstratum est, petebant episcopi ista sic locuti. Oramus, vt qui eiusdem sunt opinionis, qui idem sentiunt cum concilio, qui epistolæ Leonis in concilio subscripserunt, in conciliū ingrediatur. Qui, facto colloquio, in conciliū ascripti sunt. His confectis rebus, supplices

libelli

libelli ab Episcopis dioceseos Aegypti imperatori Martino oblati legebantur: qui præter alia, ista etiam complerunt. Sentimus, sicut à trecentis decem & octo episcopis in concilio Nicæno coactis, fides exposita est: & sicut beatus Athanasius, & Sanctus Cyrillus sentiunt, anathema denunciante omni hæresi, tum Arii, tum Eunomij, tum Manetis, tum Nestorij, tum eorum, qui dicunt carnem domini nostri de cælo delapsam, & non ex Maria Deipara & semper virgine sumptam, eamque nostri omnium carni omnino, peccato excepto, similem: tum omnes, qui erant in concilio clamauerunt: Cur isti dogmati Eutycheis nõ denuntiarunt anathema: subscribant epistolæ Leonis, denuntiantque anathema Eutychei & eius Dogmatis, Leonis epistolæ cōsentiant. Volunt fortasse nos deludere, nos in fraudem impellere. Quibus dixerunt episcopi Aegyptij, multos esse in Aegypto episcopos, seque non posse absentium personam suscipere: rogaruntque concilium, vt expectarent suum archiepiscopum, quo sicut mos postulat illius sententiæ morem gererent. Quod si ante primatis electionem, aliquid transigerent, episcopos Aegyptiacæ dioceseos in illos impetum facturos. Cum autem multum præcarentur, & concilium illis admodum resisteret, fit sermo, vt spatium episcopis Aegyptijs vsque eo daretur quoad archiepiscopus illis designaretur. Tum supplices libelli quorundam monachorum proferebantur: quorum summa fuit, vt nemo Chartis vllis subscriberet, donec concilium frequens cogeretur, quod cogi decreuerat imperator, & decreta intelligere. Quibus perlectis, Diogenes episcopis Cyzici, memorat, Barsumam vnum ex numero eorum, qui conuenerant, Flauianum trucidasse. Eum enim clamasse occidito, & cum in libello insertus non sit, contra quam oportet in concilium intrasse. Clamare omnes episcopi: Barsumas vniuersam Syriam perdidit: induxitque contra nos mille monachos. Ac cum rogatum erat, vt qui conuenerant, decisionem concilij expectarent, monachi postularunt, vt libelli ab ipsis compositi legerentur. In quibus continebatur, vt Dioscorus, & episcopi, qui cum eo sentirent, concilio interessent. Quo omnes ad vnum commoti, clamauerunt: anathema Dioscoros:

li 5

Diosco-

Concl. ge
Yo. 1. 872
solum. 1.

Dioscorum Christus abdicavit: Istos foras eijcito. Tolle è concilio contumeliam. Tolle vim. Has impias voces imperatori adime. Tolle è concilio contumeliam. Tolle dedecus. His resisterunt monachi, clamaruntque: Tolle contumeliam à monasterijs. Cum rursus eadem concilium clamasset, sit sermo, vt reliqui libelli legantur, qui afferunt Dioscorum inique abdicatum, oportereque, fide ad discutiendum propofita, eum concilij fieri participem: & nisi hoc fieret, se fuorum vestimentorum excussuros puluerem, & à communione episcoporum, qui ibi conuenerant, se separatos. Quæ cum dixissent, Aëtius archidiaconus legit canonem de his, qui se separant. Rursus cum monachi rogatis sanctissimorum episcoporum, & Aëtij etiam archidiaconi repugnarent, & pars concilij Nestorio & Eutychia matheia edicerent, pars illud deprecarentur, habitum est colloquium à principibus, vt supplices libelli Faustj, & reliquorum monachorum legerentur: qui quidem libelli petebant ab imperatore, ne monachi, qui ante rectis dogmatibus restitissent, deinceps reciperentur: propterea quòd Dorotheus monachus Eutychem vocauerat orthodoxum. Contra quem varia Eutyichis dogmata coram principibus agitabantur. Post, quinto conuentu factò, principes iubent, decreta de fide plana fieri: legitque Asclepiades diaconus Constantinopolis decisionem, quæ videbatur non esse in commentarios referenda. A qua nonnulli dissiderunt, alij assensu sunt eidem. Cum autem clamores tollerentur contrarij, dixerunt principes dixisse Dioscorum, Flavianum, ob hanc rem à se abdicatum: propterea quòd duas affirmarat in Christo naturas, & decisionem contineri, eum ex duabus consistare naturis. Tum Anatolius, non, inquit, ob fidem abdicatus erat Dioscorus, sed quòd Leonem à communione excluderat: & ter vocatus ad concilium, non venerat. Deinde principes epistolam Leonis in decisione inferi voluerunt. Cui cum episcopi contradicerent, affirmarentque; aliam non debere fieri decisionem (eam enim perfectam esse) referebantur ista ad imperatorem: qui iubet, vt ex episcopis Orientis sex, tres ex Ponto, ex Asia tres, ex Thracia tres, tres ex Illyrio, præsentem vnà Anatolio, & Episcopi Romani Vicarij, in templo conuenirent, recte

reæque de fidei rebus deciderent, vel vt singuli suam ipsius fidem declararent, vel certò scirent, concilium in occidente ea de re coactum fore. Cum autem ab illis rogatum esset, Dioscoro ne assentirentur Christum ex duabus esse naturis asserenti, an Leoni dicenti duas naturas in Christo esse, clamarunt, se & Leoni credere, & eos, qui ei contradicunt, habere pro Eutychianistis. Dixere tum principes, à Leone hoc adiungi, nempe duas in Christo coniunctas naturas, quæ nec conuerti, nec partiri, nec confundi possunt: templumque diuæ Euphemie vnà cum Anatolio, & vicarij Leonis, & Maximo episcopo Antiochiæ, & Iuuenali Hierosolymorum episcopo, & Thalsasio Cæsareæ Cappadociæ, & alijs præterea ingrediuntur. Quibus ingressis decisio fidei legebatur, quæ ita se habet: Dominus noster & seruator IESVS Christus: & quæ sequuntur. Quæ supra in historia à nobis posita sunt. Cap. 4.
buius li. Quæ perfecta clamatum est: ista omnium patrum fides: episcopi primarij iam huic subscribant: Ista Apostolorum fides: huius quasi vestigijs omnes infirmis: omnes ita sentimus. Tum principes, ea, inquit, quæ sunt decreta à patribus, quæque omnibus probata, ad diuinam imperatoris celsitudinem referentur. In sexto verò conuentu aderat Martianus imperator, deque concordia ad episcopos orationem habuit: atque eius iussu decisio fidei per Aëtium archidiaconum Constantinopolitanum lecta fuit: cui subscribere ad vnum omnes, sciscitatusque est imperator, illa ne decisio facta esset de omnium sententia. Quod ita esse omnes secundis acclamationibus confirmarunt. Rursus imperator binas habuit apud eos conciones, quas omnes vehementer collaudabant. Atque imperatoris hortatu canones sanciti sunt, iusque metropolitanum Chalcedoni tributum: à quo etiam mandatum vt episcopi ad triduum, aut quadriduum manerent, & quod cuique visum esset, illud coram principibus quisque proponeret ad exquirendum, & vt quæ essent consentanea, constituerent. Quibus confectis conuentus dimissus est. Alia præterea acta sunt, alij constituti canones. Aliud item celebratum concilium à Iuuenali & Maximo: i quo decretum est, vt episcopus Antiochiæ vtraque Phœniciam, & Arabiam suæ diæcesis subiecta haberet:

beret: episcopus autem Hierosolymorum, tres Palaestinas. Quod quidem colloquio à principibus & episcopis habito confirmatum fuit. In nono conuentu tractabatur causa Theodoriti: qui Nestorium damnauit anathemate, hisque verbis usus est: Anathema Dioscoro, & ei, qui negat sanctam Mariam virginem Deiparam, quique vnum vnigenitum filium in duos filios diuidit: ego, inquit, & fidei decisioni, & Leonis epistolae subscripsi. Itaque facto inter omnes colloquio, ad propriam episcopatus sedem restitutus est. In alio conuentu Ibae causa fuit agitata. & legebantur iudicia, quae Photius episcopus Tyri, & Eustathius Beriti episcopus, de eo pronuntiauerant: sententia autem in posterum diem dilata fuit. Vndecimo conuentu, cum multi episcopi ei ad sacerdotium suffragati essent, certi episcopi restiterunt, dixeruntque accusatores pro foribus esse & ingredi debere. Legebantur etiam Acta de eo promulgata. Fit praeterea à principibus sermo, vt Acta Ephesini concilij de Iba, legerentur: omniaque acta concilij secundi Ephesini irrita fierent, creatione Maximi episcopi Antiochiae sola excepta: orabantque de ea re imperatorem, vt nihil eorum, quae post primum concilium Ephesinum, cui praesidebat sanctus Cyrillus Alexandriae pontifex ratum fuerant, iudicatumque est, vt Maximus episcopatum retineret. In altero conuentu, causa Basiani episcopi Ephesi, examinata fuit: & decretum, vt Basianus de eo dignitatis gradu dimoueretur, inque eius locum sufficeretur Stephanus. Altero conuentu facto, ista stabilita fuere. Conuentu decimo tertio, causa Eunomij episcopi Nicomediae, & Anastasij, episcopi Nicariae disquisita fuit: qui inter se de suis ipsorum ciuitatibus contenderunt. Decimo quarto conuentu, causa Basiani fuit excussa. Ad extremum decretum fuit, vt Episcopalis sedes Constantinopolitana, proximum locum post Romanam obtineret.

FINIS SECUNDI LIBRI.

EVAGRII

EVAGRII SCOLASTICI, ECCLESIASTICAE HISTORIAE LIBER

TERTIVS.

De Zenonis Imperio & vita. Cap. I.



ZENO, posteaquam imperij clauum, filio suo mortuo, obtinuit, perinde ac si persuasum sibi haberet, se minimè totius orbis terrae dominatu posse potiri, nisi omne voluptatum genus, quod forte occurreret, licenter & effuse cōsectaretur, in initio ita libidinum illecebris se totum dedit, vt à nulla turpitudine, & nefario flagitio se cōtinuerit, sed sic in illis volutaretur, vt eadem ista in tenebris & in occulto admittere, abiecti & pusilli animi putaret, palam autem atque in oculis omnium regale quiddam esse, & solo imperatore dignum. In qua re peruerso & plane seruili iudicio usus est: quippe imperator non ex eo, quod alijs imperat, spectari debet, sed ex eo, quod seipsum ita regere ac moderari potest, vt nullum absurdum voluptatis genus sinat in animum irrepere, sed ita inuictum se ab intemperantia praestet, vt vita eius sit tanquam imago virtutis, quam & imitentur subiecti eius, & ad virtutem erudiantur. At iste se exposuit voluptatum blanditijs, pedetentimque in tam turpen seruitutem redactus fuit, vt inde nullo modo redimi posset: quippe qui dominos per sepe mutarit, non aliter atque serui inutiles ac perdit, quibus voluptates innumerabiles, velut dominae praesiciuntur: quae quidem continenter titillant animum, & crebrae, alia aliam, sequuntur: quandoquidem voluptati, quae iam quasi in manibus est, nullus terminatur modus, sed ex ea quidem alia atque alia vsque eo incenditur, ortumque habet, quoad aliquis vel ita sibi impe-

rate ag-

rare aggrediatur, vti totum voluptatū imperium abs se penitus repellat, deque cætero regno potiatur ille ipse, vel eorum tyrannide oppressus ad extremum vsque spiritum illis inferuens, tandem ad inferos miser detrudatur.

De Barbarorum tum in oriente tum in occidente incursionibus. Cap. II.

AD hunc modum Zeno in initio imperij sui vitam instituit. Illius autem subiecti, tam qui orientem, quam qui occidentem incolebāt, grauibz afficiebantur incommotis: quippe Barbari, qui Scenitæ vocantur, loca omnia populati sunt, multitudoque Hunnorum, qui olim vocabantur Massagetæ, in Thraciam incursionum fecit: quinetiam traiecit Danubium, prohibente nemine. Zeno verò reliquis etiam imperij partibus per vim Barbaro quodam more ac modo spoliatus fuit.

De tyrannide Basilisci, & Zenonis fuga. Cap. III.

ISSTE Zeno, cum Basiliscus Berniæ frater contra eum arma ferre pararet (erat enim suis ideò odiosus, quòd omnes ex æquo flagitiosissimam eius vitam detestabantur: quandoquidem nulla in eo animi magnitudo elucebat, sed ignavia, & desperata nequitia, quæ fractam illius & euictam à voluptate socordiam satis indicauit) animo demisso fugam capessit, Augusto imperij honore sine vlllo negotio Basilisco relicto. Atque vnà cum coniuge Ariadna, quam secum habebat, quæque fugerat à matre, & si quis alius erat, in quo quicquam erga eum residebat benevolentia, in Isauria, quæ illum antè educauerat, obsessus est. Hoc modo igitur Basiliscus Imperij Romani nactus gubernacula, Marcum filium Cæsarem renunciauit: rationemque imperandi tum Zenoni, tum imperatoribus, qui ante regnauerant, omnino contrariam secutus est.

Quòd Basiliscus, Timotheo Aeluro reuocato, ab eo persuasus, circulares quæquæ versum literas ad condemnandum Chalcedonense concilium emisit. Caput IIII.

Ille Ba-

ISSTE Basiliscus, rogatu quorundam Alexandria ad ipsum missorum, Timotheum ab exilio, in quo decem & octo annos etatem degerat, reuocauit. Acacio id temporis episcopatum Constantinopolis gerente, Timotheus igitur, cum venisset Constantinopolim, suadet Basilisco, vt literas generatim ad omnes vbique sacerdotes scribat, & tum acta concilij Chalcedonensis, tum Leonis de fide decisionem anathemate damnet: quæ literæ scriptæ fuere in hunc modum.

Imperator Cæsar, Basiliscus, Pius, Victor, Triumphator, Max. semper Augustus: & Marcus Cæsar illustriss. Timotheo reuerendiss. & sanctiss. nobilis ciuitatis Alexandria archiepiscopo. S. Leges pro defensione synceræ & apostolicæ fidei à sanctiss. imperatoribus, qui nos sunt antegressi, quique beatam, æternam, & vitæ parentem trinitatem ritè coluerunt, sancitas, vtpote quæ vniuerso mundo semper salutares fuerint; nullo tempore antiquari: imò verò eas vt nostras ac proprias diuulgari volumus. Nam & pietatem & singularem amorem erga deum & seruatorem nostrum Iesum, qui nos tum fabricauit, tum ad gloriam extulit, vniuerso illi studio, quod in rebus humanis poni solet, præponimus, proque certo credimus firmam Christi gregis in charitate colligationem cum saluti nobis ipsis subiectisquæ omnibus, tum fundamentum, quod nequit frangi, atque adeò murum, qui expugnari non potest, nostro imperio esse. Itaque diuina mentis impulsione commoti, concordem sanctæ ecclesiæ consensus non sine causa velut primitias imperij nostri Deo & seruatori nostro Iesu Christo offerre animo instituentes, basin & firmamentum vitæ beatæ, quæ hominibus tribuitur, symbolum nimirum trecentorū decem & octo sanctorum patrum Nicææ olim spiritus sancti instinctu in vno congregatorum (in quod quidem cum nos, tū omnes maiores nostri credentes baptizati sunt) decernimus, vt solum in omnibus sanctissimis Dei ecclesijs à populo orthodoxo seruetur custodiaturquæ: quippe in quo vno sincera se des verè & abundè satis, cū ad errorem quemque tollendū, tum ad concordiam sanctarum Dei ecclesiarum stabilendam definita sit: quinetiam acta, quæ ad illius symb-

confirmat

711. pl.
710. & ca.
28.

confirmationem edita sunt, satis reuera ad eam rem habet, in se virium & firmitatis. Porro sanctum symbolum à centum quinquaginta sanctis patribus in hac vrbe Constantinopoli, contra eos, qui blasphemias aduersus spiritum sanctum locuti sunt, compositum ratum facimus. Itemque acta concilij Ephesini contra impium Nestorium, & eos, qui post eadem cum illo sentiebant, edita confirmamus. At ea, quæ consensum & ordinem sanctarum Dei ecclesiarum, & pacem totius orbis terræ disturbant, nempe Leonis de fide decisionem, & omnia, quæ in concilio Chalcedonensi de fide definienda, de expositione Symboli, interpretatione, doctrina, aut disceptatione eiusdem, dicta actavè, quò noua fides contra sanctum illud symbolum à trecentis decem & octo episcopis compositum, (de quo iam diximus) introducatur, statuimus decernimusque, ut tum hic, tum in singulis alijs partim ecclesijs à sanctissimis vbique episcopis anathemati addicantur, & vbicunque locorum fortè reperta fuerint, igni tradantur, comburenda (quandoquidem imperatores piæ ac beatæ memoriæ Constantinus & Theodosius Iunior, qui ante nostram ætatem vixerunt, eodem modo de omnibus hæreticorum dogmatis decreuere) atque ita abrogata, ex vna, solaque Catholica, apostolica, & orthodoxa ecclesia prorsus eiciantur: utpote quæ tum salutaria illa trecentorum, decem & octo Sanctorum decreta, quæ perpetuo rata esse debent, tum ea, quæ beati patres spiritus sancti impulsu in concilio Ephesino sancierunt, penitus tollit. Denique ne cuiquam vel sacerdoti, vel Laico integrum sit diuinissimam illam Sancti symboli legem violare, sed vt vna cum omnibus nouis sanctionibus in concilio Chalcedonensi editis, etiam hæresis eorum, qui non consentunt filium Dei vni-genitum ex spiritu sancto, & sancta Maria semper virgine, & Deipara verè incarnatum, hominemque factum, sed carnem eius aut è cælo delapsam, aut viso quodam & specie figuratam monstrose confingunt, & omnis omnino error, & si quid aliud aliquo in tempore, aliquo modo locòve in toto mundo nouandarum rerum studio vel cogitatum, vel verbis expressum ad diuinum hoc Symbolum euerterendum fuerit, funditus profligetur. Ac quoniam imperatoris est sedulo

est sedulo prospicere, vt subiectis non in præsentia solum, sed etiam in posterum secura tranquillaque vita prouido eius consilio suppeditetur, decernimus, vt sanctissimi vbique episcopi, his diuinis nostris literis generatim scriptis ad omnes, palamque diuulgatis subscribant: quo declarent per spicue, se in solo diuino trecentorum decem & octo sanctorum patrum symbolo velle insistere, quod etiã centum & quinquaginta sancti patres confirmarunt, idemque post ab orthodoxis ac sanctis patribus, qui Ephesi vrbs primariæ cõueniunt, definitè stabilitum, visumque solum illud trecentorum decem & octo sanctorum patrum symbolum velut ratam fidei decisionem sequendum, anathemaque indicendo actus concilij Chalcedonensis, quæ populo orthodoxo offensionem esse possunt, eaque ecclesijs penitus eiciant, utpote à quibus cum totus orbis terrarum conturbetur, tum nostra impediatur felicitas. Eos autem, qui post has nostras diuinas literas acceptas, quas vti credimus, dei nutu diuulgari curauimus, quò concordia, quæ omnibus optabilis est, in sanctis dei ecclesijs stabiliatur, aliquando aggredientur vel proferre, vel nominare siue disputando, seu docendo, seu scriptis vlllo tempore, modo, aut loco nouam illam decisionem in concilio Chalcedonensi contra fidem promulgatam, velut tumultus & perturbationis sanctis Dei ecclesijs, & omnibus, qui nostro parent imperio, authores, Deo præterea & nostræ salutis aduersarios, iubemus, idque secundum leges iam ante nostram ætatem ab imperatore beatæ & diuinæ memoriæ, Theodosio, contra talè & tam peruersam amentiam conditas, hisque nostris diuinis literis generatim ad omnes scriptis subiunctas, si episcopi fuerint, aut clerici, dignitatis suæ & ministerij gradu abdicari, sin monachi, aut laici, exilio, omnium honorum publicatione, & alijs grauissimis supplicij mulctari. Enimvero sancta, consubstantialis, procreatrix omnium, & vitæ parens trinitas talis à nobis obseruantia honorata, iam non solum propter gratia quæ modò commemorauimus, per nos radicatus extirpata, sed etiam propter rectas & apostolicas sancti symboli traditiones à nobis stabilitas propitia & clemens animis nostris, omnibusque nostris subiectis futura est, semper vnã nobiscum administratura imperium, rebus denique humanis

statum pacatum & quietum allatura.

De iis qui circularibus Basilisci literis assensu concilium reiecerunt. Cap. V.

His literis à Zenone generatim ad omnes scriptis Timotheus, qui modò, vti dixi, ab exilio reuerterat, vti à Zacharia rhetore literis proditum est, assensit. Idem fecit Petrus antistes Antiochiæ, cognomento Cnaphheus: qui erat tum Constantinopoli vnà cum Timotheo. His rebus ita constitutis, Paulus ad sedem archiepiscopatus Ephesiani capescendum deligitur. Fertur Anastasium quoque, qui post Iuuenalem antistes Hierosolymorum fuit, illis Basilisci literis scriptis ad oēs generatim, subscripsisse: aliosque præterea complures circiter quingentos numero idem præstitisse, qui Leonis decisionem, & concilium Chalcedonense abrogarunt.

Quinetiam extat supplex libellus ab episcopis Asiæ, qui Ephesi conuenerunt, ad Basiliscum scriptus. Ex quo nonnulla sumpsimus, quæ sunt hoc loco à nobis posita.

Sanctissimis Christi que amantissimis, dominis nostris Basilisco, & Marco Victoribus, Semper Augustis S. Et alijs interiectis adiungit ista, Omnino ò sanctissimi & Christo deditissimi Imperatores, vnà cum fide, quæ & inuisa est, & varijs modis impugnata, vos impugnari declarastis. Ac paulo post: Terribilis quædam expectatio Iudicij, diuinæ iræ flamma, & Iusta vestræ clementiæ indignatio è vestigio aduersarios occupauit: qui & præpotentem Deum & vestrum imperium vera fide roboratum arroganter inuadere impugnareque moliuntur: quique non modò non cessant nostram tenuitatem varijs incommodis afficere, verùm semper nos calumniari, falsa crimina contra nos coningere student, nimirum vestris diuinis & apostolicis literis generatim scriptis ad omnes, nos non nisi vi ac necessitate compulsos subscripsisse: quibus certè nos libentibus animis, & propensa voluntate subscripsimus. Ac rursum infra paulò. Nolite alia decreta contra literas vestras generatim scriptas decernere, pro certo, vti diximus, persuasi mundum, si id feceritis, seditionibus euersurum, & mala è concilio à Chalcedonensi orta, ob qua-

qui-

quidem infinitæ cædes factæ, sanguisque orthodoxorum iniuste & inique fusus est) exigua admodum videri. Postea etiã addit: Contestamur coram Seruatore nostro Iesu Christo nostrum cultum erga deum & pietatem liberam esse: oramusque; vt cum illi tum præcipue episcopus Constantinopolis, qui nequiter multis in rebus suo officio functus deprehenditur, iusto, canonico, & ecclesiastico iudicio condemnetur, abdiceturque; episcopatus gradu. Zacharias porro ista quoque; scribit ad hunc modum. Literis imperatoris, quas scripsit generatim ad oēs, diuulgatis, monachi, qui Constantinopoli peruerso errore Eutythis infecti erant, rati se, cum Timotheum & literas imperatoris nacti fuissent, subsidia ad hæresim suam tuendam inuenisse, sperantesque se iam suum institutum commodè posse persequi, propere ad Timotheum se conferunt: ac cum à Timotheo, qui Dei verum secundum carnem nobis consubstantiale, patri autem consubstantiale secundum diuinitatem ostendit, essent re- futati, domum reuerterunt.

Quòd Aeluru Timotheus Alexandrino episcopatu recuperato, patriarchatus ius ecclesiæ Ephesinæ reddens, Chalcedonense concilium anathemate percellerat. Cap. VI.

Idem scriptor narrat Timotheum Constantinopoli egressum, perrexisse Ephesum, Paulumque; illius urbis pontificem (qui quidem iam dudum ab episcopis prouinciæ, sicut vetus ecclesiæ consuetudo postulat, creatus fuerat, sede tamen post exciderat) in sede episcopali collocasse. Reddidit præterea idem Timotheus ecclesiæ Ephesinæ ius patriarchatus, quod concilium Chalcedonense, vti ante demonstratum est, ei ademerat. Inde tandem soluit, petit que Alexandriam: ibi ab omnibus, qui ad eum accedebant, postulauit, vt concilio Chalcedonensi anathema denuntiarent. Resilierunt ab eo, sicut à Zacharia traditum est, cum alij complures suæ factionis, tum Theodotus, vnus ex eorum numero, qui Ioppe à Theodosio, episcopo tum à quibusdam designato Hierosolymorum, cum Iuuenalis Constantinopolis confugerat.

Kk 2

Quòd

*Quod monachis Acacij suasu motum concitantis-
bus, Basiliſcus timens ſibi, circulares literas ſu-
perioribus contrarias, in omnes partes emiſit.*

Caput VII.

ESt porro apud eundem ſcriptorem, Acacium antiſti-
tem Conſtantinopolitanum ijs de rebus circuiſe, mo-
nachorūq; & populum Conſtantinopolis contra Baſi-
liſcum, ut pote hæreticū, concitaſſe: illūq; denegaſſe literas
generatim ſcriptas ad omnes, atque adeo decreuiſſe, ut ea,
quæ tam temerè & quali repentino impetu facta fuiſſent,
penitus abrogarētur, effeciſſeque, ut contrariæ literæ ab e-
odem imperatore, quæ concilium Chalcedonēſe approba-
bant, paſſim ad omnes mitterentur. Has autem literas, quas
ait contrarias alteris fuiſſe, Zacharias, qui quandam animi
affectionem ſecutus, totam illam conſcripſit hiftoriam miſ-
ſas fecit. Quæ quidem literæ ita ſe habent. Contrariæ
literæ imperatoris Baſiliſci: Imperatores ac Cæſares Baſi-
liſcus & Marcus. Apoſtolicam & orthodoxā fidem ab in-
itio in eccleſijs conſeruata, & ad noſtram uſque continu-
atam imperium, & nobis iam regnantibus cuſtoditam, & in-
perpetuum cuſtodendam, in qua baptizati ſumus, & cre-
dimus, ſolam integram firmamque retinendam, retentāq;
in omnibus catholicis & apoſtolicis orthodoxorum eccle-
ſijs perpetuò continuandam decernimus, nullāq; præterea
quærendum eſſe. Quā ob cauſam literas, nobis imperan-
tibus, ſeu generatim ad omnes ſcriptas, ſeu alias, vel ſi quid
præterea fidei & eccleſiaſticae conſtitutionis gratia à nobis
editum ſit, mandamus irrita fieri, abrogarique: atque tū Ne-
ſtorio & Eutychi, tum omnibus, qui ſunt ei uſdem cū illis
opinionis, tum omni denique hæreſi anathema denuntiarī:
& nec concilium cogi, nec inquisitionem fieri de fide, ſed
ea, quæ de ea decreta ſunt, rata ſtabiliaque manere: quin-
etiam prouincias, quarum epiſcoporum creatio penes
ſedem huius regiae & illuſtris ciuitatis eſt, reuerendiſſimo
& ſanctiſſimo patriarchæ & epiſcopo Acacio reſtitui: at-
que epiſcopos, qui illis ſā præſunt prouincijs, proprias ni-
hilominus ſedes tenere, ſic ut poſt iſtorum mortem nullum
præiudicium contra ordinationis ius, quod ad ſanctam ſe-
dem hu-

de huius regiae & eximiae urbis pertinet, ex ea re fiat. Deni-
que quod hoc diuinū noſtrū decretū vim habeat diuini edi-
cti, nemini dubium aut obſcurū eſſe volumus. Iſtæ reſ iſto
modo fuere conſectæ.

De reditu Zenonis. Cap. VIII.

ZENO uerò per uisionem, ut fertur, cōſpicatus ſanctam,
ſtrenuam, & eximiam martyre Theclā non ipſum ſo-
lum impellentem, uerū etiam imperij pollicentem
reſtitutionem, uerſus Conſtantinopolim exercitum ducit.
Atque uiris qui illum obſidebant muneribus inductis, Ba-
ſiliſcum, cum iam biennio regnauerat, imperio exturbat:
& ad ſacri templi adyta conſugientem, hoſtibus auferen-
dum tradit. Quam ob cauſam Zeno egregiæ martyri The-
clæ ampliſſimum templum ſplendore & pulchritudine ex-
imiū Seleuciæ urbis Iſauriæ dedicauit, pluribusq; ac plane
regalibus monumentis, quæ ad noſtram uſque ætatem ſer-
uata ſunt exornauit. Baſiliſcus autem mittitur in Cappa-
dociam mortem appetiturus. Vbi in diuerſorio nōmine
Aconſo uñā cum uxore & liberis trucidatur. Zeno autē
legem ſancit, qua decreta Baſiliſci tyranni in literis gene-
ratim ad omnes perſcriptis comprehenſa, abrogata fuere:
& Petrus cognomine Cnaphæus eccleſia Antiochena, &
Paulus Ephēſiana expellitur.

*Quod uita ſuncto Baſiliſco, epiſcopi Aſiæ dū Aca-
cij bilem placare ſtudent, quod Chalcedonen-
ſe Concilium damnaſſent, pœnitentiæ libellum
exhibuerunt. Cap. IX.*

EPISCOPI Aſiæ, quò Acaciū placarent, depræcari cul-
pam, ueniamque petere cœperunt: mittunt quoq; ad
eum pœnitentiæ libellos, quibus aſſerebant ſe non
ſua ſponte, ſed uic ac neceſſitate coactos literis Baſiliſci
generatim ad omnes datis ſubſcripiſſe: atque adeo iure-
iurando confirmant rem ita reuera ſe habere, ſeque non
aliter, quàm concilium Chæledonenſe uel credidiſſe,
uel credere. Libelli autem hanc habent ſententiam.

Epiftola, ſiue ſupplex libellus ab epiſcopis Aſiæ ad

Acaciū episcopum Constantinopolitanum missus .
 Acacio sanctissimo religiosissimoque ecclesie Con-
 stantinopolis, quae Roma noua dicitur, Patriarche .S.
 Et postea : venit ad vos , vti par est , qui nostrum locū sup-
 plet . Ac paulo infra . . Per istos libellos agnoscimus nos
 non nostra voluntate , sed necessitate adductos literis sub-
 scripsisse Basilisci : eisdemque non animo , sed verbis dun-
 taxat consensisse . Nam Dei Opt. Max . aspirante numine ,
 cui nostrae preces gratæ acceptæque sunt , credimus non
 aliter q̄ à treccētis illis decē & octo orbis terræ luminibus ,
 & centum quinquaginta sanctis patribus accepimus . Cre-
 dimus præterea Actis , quæ à sanctis patribus Chalcedoni
 coactis sanctè sincèrequè decreta sunt .
 Quòd autem ad ea attinet , quæ Zacharias rhetor de ijs e-
 piscopis tradidit , siue ipse falso eos criminatus est , siue illi
 ipsi mentiti sunt se inuitos literis Basilisci subscripsisse , nõ
 possum pro certo affirmare .

De ijs qui Antiochia episcopatu sunebantur .

Caput X .

Petro ecclesia Antiochena exturbato , Stephanus illius
 sedem capessit : quem Antiocheni calamis , ad simili-
 tudinem hastarum præcutis , vti scribit Ioānes rhetor ,
 confecerunt . Quo extincto , Caladīo illius sedis clauū su-
 scipit : qui omnes , qui ipsum adibant induxit , vt cum Ti-
 motheo , tum literis Basilisci generatim ad omnes scriptis
 anathema indicerent .

*Quòd imperator Zeno cum Aclurū persequi consti-
 tuisset , illi ob ingrauescentem ætatem pepercit ,
 qui cum è vinis excessisset , Petrus Mongus episco-
 pus Alexandrinus creatus est , sed Timotheus qui
 Proterium in episcopatu sequebatur , pulso illo se-
 dem eius imperatoris mandato capessit .*

Caput XI .

Zeno autem , quāquam habebat in animo Thimotheū
 Alexandria expellere , tamen , cū à quibusdā iā certior
 factus esset , eū admodum senem esse , & quā primū
 commu-

commune vniuersæ carnis domicilium subiturum , destitit
 de sententia . Timotheus verò non multò post commune
 naturæ debitum persoluit . Quo mortuo , episcopi Alexan-
 drini , Petrū cognomento Mongū sua ipsorum authorita-
 te sibi episcopū deligūt . Quòd Zenonē vbi ad aures eius
 peruenit , vehementer conturbauit . Itaque Petrum multa
 uit morte : Timotheum autē qui Proterio successerat , qui
 que tum propter quandam populi seditionem ætatem de-
 gebat in Canobo , accessit . sic Timotheus imperatoris ius-
 su suam episcopalem sedem denuo obtinet .

*De Ioanne , cui post mortem Timothei , ecclesia Alexā-
 drina gubernacula obtigerunt , vtiq̄ illum Zeno
 tanquam peierantem abigens , Petrum Mon-
 gum ecclesie Alexandrinæ prescit .*

Caput XII .

Ioannes presbyter , cui augusti templi diui Ioannis Ba-
 ptiste & præcurforis domini administratio cōmissa fuit ,
 quorundam impulsus consilio Constantinopolim ve-
 nit , imperatorem precaturus , vt si forte episcopus Alexan-
 drinæ migraret è vita , sibi liceret antistitem , quem vellet ,
 ciuitibus illius ciuitatis nominare : qui quidem , vt Za-
 charias memorat , episcopatum pro se ambire ab imperato-
 re deprehensus est : & cum se iureiurando obstrinxisset , se
 nunquam sedē episcopalem Alexandrinā petiturū , domū
 reuertitur . Quapropter Zeno eum post mortem Timothei
 episcopū creandum decreuit , quē clerus , & laicorū multi-
 tudo deligerent . Nō longo tempore post , mortuo Timo-
 theo , Ioannes data pecuniæ summa , quemadmodum ab e-
 odem Zacharia traditum est , & iureiurando , quod impera-
 tori dederat , neglecto , Alexandrinorum deligitur episco-
 pus . Qua re cognita , imperator illum Alexandria exi-
 gendum mandat : atque quorundam impulsu , epistolā scri-
 bit Alexandrinis , quam ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ vocauit , id est , de con-
 cordia : decreuitque , vt Petro sedes episcopalis Alexandria
 redderetur , modò epistolæ illi subscriberet , & eos , qui
 Proterianæ factionis erant , in communionem reciperet .

Kk 4 Quod

Quod Petrus Mongus Zenonis Henoricum, hoc est, conciliaricam epistolam recipit, & us qui à Proterio partibus steterunt coniungitur. Cap. XIII.

Huius rei administrationem Pergamius praefectus Aegypti iam designatus de sententia Acacii episcopi Constantinopolis, suscepit: qui eum Alexandriam appulisset, comperissetque Ioannem aufugisse, venit cum Petro in colloquium: suadet, ut epistolam Zenonis Alexandriis dedicatam, & eos etiam, qui ab ipso dissentiunt, admittat. Itaque Petrus epistolam, quam dixi, recipit, eique subscribit: polliceturque se eos, qui partes aduersarias sequebantur admissurum. Postea ergo cum celebri conuentus Alexandriae ab vniuerso populo ageretur, & ad vnum omnes epistolam Zenonis de concordia admitterent, Petrus quoque eos, qui stabant à Proterio, recipit: & concione apud populum in ecclesia habita, epistolam Zenonis de concordia legit.

De Henorico quod vocant Zenonis, hoc est, conciliarice eius epistola. Cap. XIII.

Zenonis de concordia epistola.

Zeno Imperator, Caesar, Pius, Victor, Triumphator, Max. semper Augustus, reuerendiss. Alexandriae, Aegypti, Libyae, & Pentapolis episcopis, Clericis, monachis, & Laicis S.

Quonia pro certo scimus imperium nostrum à sincera solum & vera fide tum initium habuisse, tum stabilitum esse, tum robur ac praesidium, quod expugnari nequit, ex ea sumptum esse (quam quidem fidem diuini numinis instinctu trecenti decem & octo sancti patres Nicæe congregati exposuerunt, quaeque eorum confirmarunt centum & quinquaginta sancti patres Constantinopoli coacti) noctes diesque non precibus solum, sed studio omni, & legibus sancitis laborauimus, ut ea in sancta, catholica, & apostolica dei ecclesia, quae vbiq; terrarum est, quaeque immortalis & sempiterna nostri principatus quasi parens est, plene perfecteque expleatur: penique Dei populus in pace & diuina concordia perfruens, gratas acceptasque precationes vnà cum sanctissimis episcopis, & clero pietati deditissimo, & monasteriorum

teriorum praepositis, & monachis, Deo pro nostri imperij conseruatione offerat. Nam si praepotens Deus & seruator noster Iesus Christus, qui ex sancta virgine Maria Deipara carnem sumpsit, & natus est, nostras consentientes laudes, & cultum quem ei tribuimus, approbet, lubensque & quasi parato animo excipiat, non modo omnia aduersarium genera, fracta debilitataque concident, verum etiam alij omnes mortales, suam ipsorum ceruicem iugo nostri imperij, proximè ac secundum Deum, sponte subijcient: & pax, eiusque commoda, æquabilis aeris temperatio, fructuum cuiusque generis abundantia, aliaque omnia, quae sunt ad humanam vitam vsu accommodata, affatim suppeditabuntur. Iam igitur cum constet inter omnes nos imperiumque Romanum sincerae fidei subsidio conseruari, afferuntur nobis libelli supplices à pijs monasteriorum praefectis heremitis, & alijs reuerendissimis viris, qui nos vehementer obtestantur, ut sanctiss. ecclesijs restituatur concordia, membraque membris coniungantur: quae hostis probitatis daemon iam longissimo temporis spatio dirimere pro virili laborauit: pro certo persuasus, si corpus ecclesiae concordiae vinculis firmè cohaerens impugnaret, se superatum iri. Nam quia membra ecclesiae non coalescebant, factum est, ut infinitae hominum multitudines, quas temporis longinquitas tot annorum curriculis ex hac vita exemerit, partim baptismatis lauacro carentes mortem obierint, partim diuinae communionis minimè factae participes, ex corporis custodia (quod nemo homo vitare potest) emigrarint: quin etiam caedes ferè infinitae inde factae: & non terra modo, verum etiam aer copiosa sanguinis effusione inquinata.

Quoruscumque ergo est, qui non optarit ista corrigi, adque statum reduci meliorem? Quocirca dedimus opera, ut vos intelligatis cum nos, tum omnes vbiq; ecclesias non aliud symbolum, vel doctrinam, vel decisionem fidei, vel fidem, quam sanctum symbolum de quo diximus, trecentorum decem & octo episcoporum, quod centum quinquaginta patres, quos supra commemorauimus, confirmarunt, aut habuisse aut habere, aut habituros esse, aut scire alios habere. Quod si quisquam aliud habeat, eum alienum ab ecclesia exitimamus. Nam hoc solo nostrum imperium

vti docuimus, conseruari cōfidimus, idemq; ipsum populi amplexati, salutari spiritus sancti illustrantur lumine, factoque Baptismatis lauacro tinguntur: eidem quoq; assensu sunt sancti patres in concilio Ephesino congregati: qui impium Nestorium, & eius erroris fautores ministerio ecclesiastico abdicarunt. Cui etiam vna cum Eutyche (vterq; enim fidei decretis, quæ diximus, repugnat) anathema denuntiamus, approbamusq; ne ea, quæ duodecim capita dicuntur Cyrilli patris memoriam sanctæ & catholicæ ecclesiæ Alexandrinæ archiepiscopi. Nam confitemur vnigenitum Dei filium dominum nostrum Iesum Christum, verè incarnatum esse: consubstantialem patri secundum diuinitatē: secundū humanitatem nobis cōsubstantialē: descendisse de cælo: carnem suscepisse à spiritu sancto & Maria virgine. Deipara: vnum esse, non duo: Vnius enim esse dicimus & miracula quæ edidit, & passiones, quas in carne sustinuit. Eos autem qui eū diuidunt, aut naturas eius confundunt, aut carnem suscepisse imaginariam introducunt, omnino reijcimus. Quippe incarnatio sine labe peccati ex Deipara reuera facta, accessionem alterius filij non effecit. Nam manet trinitas, etiam cū vna triuitatis persona, nēpe Deus sermo, incarnata sit. Quare cum exploratum habeamus, cum omnes sanctas vbique & orthodoxas ecclesias, tum earum præfides Deo charissimos, tum nostrum imperium nullum aliud symbolum, aliamve fidei decisionem præter symbolum, de quo sumus modò locuti, vel admisisse, vel admittere vel le, absque vlla hæsitatione nos ad concordiam reducamus. Ista quidem certè vobis scripsimus, non vt noueremus fidem, sed vt vobis de fide penitus persuaderemus. Cuique autem, qui aliud quiddam vel senserit, vel sentiat, seu iam, seu alias, seu in Concilio Chalcedonensi, seu in alio quouis concilio, anathema indicimus, maxime verò omnium Nestorio, Eutychi, & illorum doctrinæ fautoribus. Quæ circa vos spiritali matri ecclesiæ adiūgite, atque secundum vnā solamq; fidei decisionem trecentorum decem & octo sanctorum patrum nobiscum vna diuina, in ea communione fruimini. Nam sacrosancta vestra mater ecclesia, tum vos ingenuos suos filios amplecti cupit, tum vestram diu optatam, dulcemq; vocem audire desiderat.

derat. Propterè igitur vos ad eam recipite. Nam si hoc presteritis, non modò domini seruatoris, & Dei nostri Iesu Christi benevolentiam vobis conciliabitis, verum etiam à nostra celsitudine magnam laudem consequemini. Ista epistola perfecta, omnes Alexandrini se sanctæ, catholicæ, & Apostolicæ ecclesiæ adiunxerunt.

Quod Ioannes Alexandrinus episcopus Romam profectus, effecit vt Pontifex Romanus Simplicius ad Zenonem de irrogatis ipsi iniuriis literas daret. Caput XV.

Ioannes, de quo supra mentio facta est, fugiens Alexandria ad antiquam Romam contendit: ibiq; magnas contulit turbas. Dixit namque se pro decretis Leonis & Chalcedonensis concilij sua fede episcopali exturbarum fuisse, alterumq; qui illis aduersabatur in ipsius locum surrogatū. Qua re cum Simplicius antiquæ Romæ episcopus vehementer conturbaretur, & literas propterea ad imperatorem Zenonem daret, rescribit Zeno, crimenque perurij obiectat Ioanni, eumque eius rei, non autem alterius gratia episcopatu abdicatum esse.

De Calandione Antiochæno pontifice, qui propter amicitia cum Ilo Leone & Pamprepe suspicionem, in exiliū actus est, & quod cum Petro Cnaphæo Mongus, & Constantinopolis & Hierosolymorum episcopi, amicitia sedus inierunt.

CAPVT XVI.

Calandio antistes Antiochiæ scribens ad imperatorem Zenonem, & Acacium Constantinopolitanum episcopum, Petrum non solum adulterum vocat, verum etiam eum cum esset Alexandria, Chalcedonensi concilio anathema indixisse asserit: qui postea ad incolendam Oasin cōdénatus fuit, & partes Ili, & Leōtij & Pamprepis, contra Zenonē fouebat. Petrus verò cognomento Cnaphæus, qui ante Calandionē & Stephanū episcopus fuit, vt supra

EVAGR. HISTORIAE

supra dixi, Antiochia, propriam sedem recuperavit: qui & epistolę subscripsit Zenonis de concordia, & synodales literas ad Petrum Mōgum Alexandrinū episcopum scripsit. Isti Petro Acacius etiam episcopus Constantinopolitanus reconciliatus fuit. Martyrius item episcopus Hierosoly-
mę ad eundem literas synodales scripsit. Postea tamen nōnulli se à Petri communiōe separarunt, vnde factum est, vt Petrus, concilio Chalcedonensi palam denuntiaret anathema. Quæ res ad aures Acacij episcopi Constantinopolitani perlata, magnopere eum conturbavit: & propterea quosdam misit, qui quid esset factum, sedulo cognoscerēt: quibus Petrus, quoniam cupiebat illis penitus persuadere, se nullum eiusmodi facinus admisisse, scripsit literas quibus se purgaret: in quibus tamen Petrum nihil tale scripsisse quidam se certò scire affirmant.

*De ijs quæ ad Acacium Chalcedonensis Concilij
propugnatores Petrus scripsit.*

Caput VII.

Vid. Chi. **I**STE Petrus, homo fraudulentus, versutus, & temporibus seruiens, minimè in vna persistit sententia, sed modo palinodiam cecinit, idemque ipsum cōcilium omnibus suffragijs approbavit. Itaq; epistolam scripsit ad Acacium episcopum Constantinopolinum his ferè verbis. Summus omnium Deus tuam sanctitatem pro tātis tuis laboribus & vigilijs susceptis, compēset: qui tot annorum temporis curriculos, non modò fidem sanctorum patrum obseruasti ipse, sed etiam eandem sine intermissione palam prædicando confirmasti. Ad quam roborandam symbolum à trecentis decem & octo sanctis patribus aptè compositum animaduertimus: secundum quod symbolum baptizati, credidimus, & credimus: quod etiam quinquaginta sancti patres, qui Constantinopoli in vniūconuenerant ratum fecerunt. Proinde tu assidue omnibus præis, vt dux: sanctam Dei ecclesiam traducas ad concordiam: nobis denique firmissimis argumentis persuades, nihil in sanctissimo & generali con-

ECCLESIAST. LIB. III. 269

li concilio Chalcedonensi actum contra ista patrum decreta, sed ea, quæ erant olim Nicææ à sanctis patribus sanctita, hoc concilio consensu omnium confirmata esse. Nos igitur, quoniam nihil in fide nouatum inuenimus, nostra sponte illi consensimus credidimusque. Attamen non sumus ne scij monachos quosdam, qui nostræ fraternæ concordie inuidet, tuis pijs auribus quædam inculcasse cōuitia, quæ tuam sanctitatem non adeo facile offendere potuerunt: primum quòd reliquias sanctissimi & beatissimi nostri patris Timothei archiepiscopi in alterum locum transfulimus: quam rem nec acceptam Deo, nec legibus consentaneam esse prædicant. Deinde ad alterum crimen transfiliunt, quod vt commentitium, ita priore multo deterius est. Nam qui fieri potest, vt nos concilium Chalcedonense anathemate damnemus, cum idem credendo confirmemus? Tuæ enim pietati minime obscuram aut incognitam, esse arbitrator, populi qui apud nos est, æmulationem, monachorumque leuitatem nouis rebus studentium: qui vnà cum alijs quibusdam sceleratis hominibus ab ecclesia refugere cogitarunt, populūq; inde auellere conati sunt. Quamobrem vestris precibus aditui, literas hæc excogitauimus, quæ huic malo remedio sint, quæque de autoritate concilij Chalcedonensis nihil detrahant: pro certo persuasi, nihil in eo nouatum esse. Atque quo tum simplicibus persuaderemus, tum vt illi qui nobiscum vnà versabantur, pro defensione idem ipsum dicerent effecimus, in quod quidem negocium cum assidue incumberemus, exiguo momento populi animum repressimus. Illud etiam vestra sanctitas intelligat velim, quòd adhuc etiam monachi non desinūt desseminare zizania, sibi que quosdā hoīes, qui nunq̄ vivere in monasterijs, velut instrumenta sibi admiscere, & circumcurfitando rumores varios contra nos, & cōtra pacem ecclesie Christi dissipare: nihilque nobis permittere, sicut canones, & decus etiam sanctæ & catholicæ Dei ecclesie postulat, obire: sed efūcere, vt noster populus nobis potius imperet, q̄ pareat: omniaque moliantur, quæ Deo indigna sunt, & indecora. Spes est igitur, tuam sanctitatem diuini-
fimo totius orbis terræ domino imperatori de omnibus significaturam, effecturamque, vt decretum ab illius clemen-
tia 11-

EVAGR. HISTORIAE

tia illis tribuatur, quod ea, quae sunt consentanea ecclesiasticae tranquillitati (quae tum Deo tum imperatori congruens est) praescribat, ad eum sane finem, ut omnes in illis rebus acquiescant.

Quomodo Ioannes Alexandrinus Episcopus Felici Pontifici Romano consuluerit, ut Acacio Constantinopolitano episcopo abdicationem de nunciet. Cap. XVIII.

*Hanc epi
Stola re-
peries To.
1. Concil.
gener. fol.
961.*

Ioannes, qui Romam confugerat, Felicem, qui post Simplicium episcopus Romanus fuit, admonet de rebus à Petro gestis, suadetque, ut narrat Zacharias, uti epistolam abdicationis ideo mittat Acacio, quod cum Petro communicauerat, quod quidem, utpote contra canones ecclesiae factum (quidam enim, qui vitam monasticam in monasterio eorum: qui *ἀροί, μῆτοί* vocantur, eam epistolam attulerunt) Acacius admittere noluit. Quae res etiam à Zacharia scriptis prodita sunt. Sed mihi videtur nihil istarum rerum exploratè cognitum habuisse, sed extremis, ut dicitur auribus solum accepisse, sicque commemorasse. Itaque ipse res, ut gestae sunt, accuratè explicaturus venio. Cum libelli Felici à Ioanne contra Acacium, quod contra ecclesiae ritum cum Petro communicauerat, deque alijs facinoribus ab eo contra canones admissis, dati erant, mittuntur à Felice ad Zenonem Vitalius & Misinus episcopi, ut eius autoritate tum concilium Chalcedonense confirmaretur, tum Petrus, ut haereticus episcopatu pelleretur, tum denique Acacius mitteretur ad ipsum Felicem rationem de rebus, quas Ioannes (cuius mentionem saepe fecimus) ei obiectasset, redditurus.

*Vital. &
Mefenus
alias To.
1. concil.
ge. 961.*

*De Cyrillo monachorum qui Insomnes vocantur
praefecto, quomam pacto Romam ad Felicem literas
dederit, extimulans eum, ut illatas contra si-
dem iniurias videretur. Caput XIX.*

Atprius, quam Vitalis & Mefenus venire ad imperatorem, Cyrillus, qui monachis, quos *ἀροί, μῆτοί* vocant, eant, praerat, mittit ad Felicem, quo eum, cum tam grauiam pec-

ECCLSIAS. LIB. III. 270

peccata contra veram fidem admissa essent, insimulare tarditatis. Felix igitur scribit ad Misinū, ut nihil ante moliretur, quam esset cum Cyrillo collocutus, & ab eo quid esset faciendum, didicisset.

*De ijs quae Felix ad Zenonem, & Zeno vicissim
ad eum scripsit. Cap. XX.*

Aliae praeterea literae à Felice tū ad illos, tum ad Zenonem scriptae fuerunt, quibus eos non modo concilij Chalcedonensis, verū etiā persecutionis in Africa, regnante Theodorico, excitatae in memoriam redigeret. Scripsit porro aliam ad Acacium epistolam. Zeno autem rescriptit, eum frustra perturbatum verbis Ioannis: qui cum iureiurando se attraxisset, nunquam omnino sedē episcopatus Alexandrini occupaturū, violata fide, & iureiurando neglecto, nullū nō sacrilegij genus admisisset. Petrū verò nō sine accurata de eius fide inquisitione ad sacerdotij gradum elatum fuisse, sed eum subscripsisse sua manu se fidem trecentorum decem & octo sanctorum patrū, qui Nicæae olim in vnum conuenerunt, cui sanctum conciliū Chalcedonense consentit, approbare. Ista enim à Zenone scripta sunt his verbis. Debes pro certo cognoscere, & nostram pietatem, & Petrum sanctissimum, de quo ante dictū est, & omnes sanctissimas ecclesias, sanctissimum conciliū Chalcedonense amplecti & venerari: quod quidem concilium cum fide concilij Nicæni consentit. Extant praeterea in Actis eiusdem concilij epistolae tum à Cyrillo, quem supra posuimus, tum ab alijs monasteriorū praepositis Constantinopolis, tum ab episcopis & clericis Aegypti ad Felicem contra Petrū, utpote haereticum, & eos, qui cū eo communicabāt. Qui autē ex domicilio monachorū, quos *ἀροί, μῆτοί* vocāt, venere ad Felicē, Misinū & Vitalē propterea coarguerūt, quod ad ipsorū usque Constantinopolim aduētū, Petri nomē clā & occultē in sacris tabulis legi cōsueuerat, ex eo autē ad praesens vsque tempus, palam & aperte & Misinū ac Vitalē cū Petro comunicasse. Epistola quidē Aegyptiorum tum ista de Petro complexa est, tum etiam quae Ioannes & ortho-

*vid. To.
1. concil.
gener. fol.
959. &
fol. 638.*

& orthodoxus esset, & vt leges ecclesiae postulant, ordinatus. Petrus autem ex duobus solum episcopis eadem erroris prauitate cum illo infectis, creatus, tū denique quod statim post Ioannis fugam, nulla non supplicij genera orthodoxis ab eo inflicta. Quae omnia Acacio per quosdam, qui Constantinopolim venerunt significata esse, Acaciumque Petro in omnibus, quae moliebatur, subsidio fuisse memorant.

Quod Symeones monasterii Insonnium monachus Romanam profectus, eos qui Roma Constantinopolim missi erant, cum haereticis communicasse accusat, quodque tum illos, tum qui cum Petro communicabant, ecclesia Romana abdicabat.

Caput XXI.

CReuere etiam res istae sermone Symeonis monachi, (qui fuit ex numero eorum, qui vocantur *ἀνομιματοι*) missi à Cyrillo ad Felicem. Nam Misinus & Vitalis ab eo fuere reprehensi, propterea, quod cum haereticis communicarant, idque cum nomen Petri, vt haeretici palam in sacris tabulis recitaretur: quodque ea ratione multi simplices homines ab haereticis in errorem inducerentur, qui affirmare non dubitarunt, Petrum ab episcopo Romano in communionem receptum esse. Addidit etiam Symeones cum quaedam quaestiones rogarentur Misinum, & eius fautores, noluisse quenquam orthodoxorum in colloquium, venire vel literas reddere, vel quicquam contra veram synceramque fidem admissum accuratè examinare. Producebatur item in mediū Sylluanus presbyter, qui vna cum Misino & Vitali fuisset Constantinopoli, isque verba monachorum confirmauit. Lecta est praeterea Acacij epistola ad Simplicium, quae significabat, Petrum iam pridem & abdicatum fuisse, & filium tenebrarum declaratum. Quibus de causis Misinus & Vitalis de sacerdotij gradu dimouentur & à sacro sancta ac pura separantur communiōne, idque de sententia totius concilij, quod ista, quae sequuntur,

Vid. hanc epistolam Tom. I. Concil. Gen. fol. 55.

quantur, de Petro pronuntiauit, Petrum haeticum iam pridem sententia sacrae sedis apostolicae condemnatum, inter dictum ecclesiam, & anathemate multatum, ecclesia Romana non recipit: cui quidem licet nullum aliud crimen obiciatur, hoc profecto satis habet ponderis, eum quidem non posse orthodoxis praesse, quod ab haereticis ordinatus fuit. Eadem concilij sententia hoc quoque complexa est: Acacium episcopum Constantinopolis grauissimo crimine dignum res ipsa declarauit: quippe qui tametsi literas ad Simplicium scripserit, & Petrum appellarit haeticum, tamen id ipsum iam Zenoni minime patefecerit, cum certe istud, si modo amaret Zenonem, praestare deberet. Verum imperatoris desiderio satisfacere, quam fidei consulere ex petiit. Sed ad ea, quae deinceps explicanda sunt, sermonem transferamus. Extat epistola Acacij ad antistites Aegypti, Clericos, monachos, & ad populum vniuersum, qua eos schismate dissidentes conatur ad concordiam reducere. De quibus rebus scripsit etiam ad Petrum episcopum Alexandrinum:

De turba Alexandria ac plerisque, in locis aliis ob Chalcedonenſe concilium suscitata.

Caput XXII.

ITaque cum scisma Alexandria exardesceret, Petrus quibusdam episcopis, & monasteriorum praepositis persuasit, vt cum ipso communicarent: Leonisque etiam de fide decisionem, & Acta concilij Chalcedonenſis, & eos, qui libros Dioſcori & Timothei non reciperent, damnauit anathemate. Quinetiam alios plurimos, cum illis idem persuadere non posset, suis ipsorum monasterijs exturbauit. Quibus de causis: Nephalius Constantinopolim profectus, quid factum sit nuntiat Zenoni: qui animo propterea conturbatus, Cosmam vnum ex satellitum suorum numero eodem mittit: qui quidem grauissimis minis coargueret Petrum, quod tum contra literas Zenonis de concordia scriptas fecisset, tum sua asperitate grauem seditionem excitasset. At cum nihil Cosmae succederet ex sententia, praeterquam quod monachi expulsi eius opera, suis ipsorum monasterijs essent restituti, ad imperatorem reuertitur. Quare

Ll re impere

EVAGR. HISTORIAE

re imperator rursus mittit Arsenium, Aegypti praesidem, & militum praesidiariorum praefectum: qui una cum Nephelio Alexandriam profectus, de concordia inter eos constituenda verba facit: ac cum id illis non posset persuadere, nonnullos eorum mittit Constantinopolim. Et quanquam multa verba coram ipso Zenone de concilio Chalcedonensi fiebant, nihil tamen de eo conclusum est: quandoquidem Zenon illi neutiquam omnino assensit.

De Phranita & Euphemio Constantinopolitanis, Athanasio, & Joanne Alexandrinis, Palladio &

Flauiano Antiochenis, & aliis.

Caput XXIII.

Interea temporis, cum Acacius episcopus Constantinopolis communem vniuersae carnis viam esset ingressus, Phranitas episcopatum illum cepisset. Cui cum literas ad Petrum de communicando inter ipsos scripisset, respondit Petrus per literas, atque concilium Chalcedonensis grauius perstrinxit. Vbi Phranitas, qui quatuor solum mensibus eo episcopatus munere fungebatur, a vita migravit, Euphemius episcopus illius urbis deligitur: qui cum literas Petri de mutua inter ipsos communione accepisset, animaduertenterque eas actis concilium Chalcedonensis anathema indixisse, valde animo commotus fuit, seque a Petri communione penitus seiunxit. Vtraque istorum extat epistola, tum Phranitae ad Petrum, tum Petri ad Phranitam: quas quidem epistolas propter earum prolixitatem missas facio.

Quapropter cum Euphemius & Petrus essent inter ipsos grauius dimicaturi, & synodus, altera aduersus alteram, conuocatur, forte Petrus antea excessit a vita: in cuius locum successit Athanasius: qui quidem dedit opera, ut partes inter ipsas dissidentes, reconciliaret. Verum id efficere ideo non poterat, quod earum animi erant in tam varias & discrepantes sententias distracti. Idem Athanasius postea literis de communione mutua ad Palladium, qui post Petrum Antiochia rexerat episcopatum, misit idem ipsum, quod Petrus antea, de concilio Chalcedonensi praestare molitur. Idem quoque conatur Ioannes, qui sedem episcopatus Alexandrinam post Athanasium obtinuit.

Porro

ECCLESIAST. LIB. III. 272

Porro Palladio, episcopo Antiochia morte extincto, & Flauiano in eius locum successo, Salomon, presbyter Antiochia, mittit ab illo Alexandriam cum literis de communicando inter ipsos mutuo, ad Ioannem: illiusque responsum per literas Flauiano requirit. Ioanne mortuo, alter Ioannes episcopus Alexandria deligitur. Atque haec quidem res ad aliquot annos, quibus Anastasius gessit imperium, (hic enim imperator Euphemium episcopatu eiecit) ad hunc modum progressae sunt: quas quidem, quo historia planior & magis perspicua redderetur, coactus sum ordine percurrere.

De Armata imperatricis Berinae cognati interitu.

Caput XXIII.

Zeno autem Armatum cognatum imperatricis Berinae, quem a Basilisco ducem contra ipsum missum, munibus ad suas partes pellexerat, & focium pro hoste effecerat, & Basiliscum filium eius Caesarem Nicariae designauerat, de sententia illi interficit. Nam Constantinopolim profectus, & Armatum per dolum tollit a medio, & Basiliscum eius filium pro Caesare sacerdotem creat: qui postea ad gradum episcopatus elatus fuit.

De Theodorichi Scythae, qui contra Zenonem Arma ceperat, morte. Cap. XXV.

Per idem tempus Theoderichus, Scythia genere, contra Zenonem arma ferre parat, & copiis suis in Thracia collectis, bellum gerit aduersus Zenonem: agrisque omnibus, qui ante pedes iacebant, usque ad ostium Ponti vastatis, parum aberat, quin Constantinopolim cepisset, nisi quidam ex illius maxime necessarijs vehementer eum offensus, concilium de illo interimendo iniuissent: qui cum suorum intellexisset malevolentiam, retulit pedem, atque non adeo multo post, in mortuorum numerum ascriptus est. Verum quo genere mortis occubuerit, dicam: quod ita habet. Pro castris eius hasta cuspede bifida in sublimi suspensa fuit, more Barbarico. Deinde corpus suum agitare exercereque cupiens, equum sibi adduci iubet. Tum abique mora (cuius

Li 2 etiam

etiam in alijs rebus gerendis impatiens esse solet) in equū infilī. Equus autem, utpote indomitus & ferox, cum non dum Theodoricus, pedibus vtrinque rite dispositis, firmē insideret, pedes anteriores tollit in sublime, ac posterioribus solum insilit erectus: adeo ut Theodorichus cum magna contentione cum eo luctaretur, & neque auderet eum freno, ne in ipsum caderet, retrahere, neque adhuc in sella firmē sederet, huc illucque sic volutaretur, ut hastæ suspensæ cuspidem vehementer agigaret: qui in eum impactus, latus grauer vulneravit. Inde igitur in lecto coactus decumbere, paucis post diebus ex eo vulnere perijt.

*De Martino qui contra eundem bellum mouit,
& quid illi postea acciderit.
Cap. XXVI.*

His rebus confectis, Martianus cum Zenone inimicitias exercere cœpit: qui filius fuit Anthemij, qui Romæ imperauerat, affinis autem Leonis, qui ante imperium gesserat. Iste vbi Leontiam Leonis filiā minorem natu vxorem duxerat, tyrannidem occupare molitur. Ac pugna graui in palatio cōmissa, & multis vtrinque cadentibus, Martianus aduersarios terga dare cogit: atque certe palatio potitus fuisset, nisi negotio, quod susceperat, in crastinum dilato, oblatā occasione omisisset. Nā occasio præceps est: quæ ut cum ad pedes accedit, forsā capi potest, sic cum quāsi è manibus elapsa est, in sublime subuolat, ridetque insequentes: ac de reliquo omnem aditum ad se illis penitus præcludit. Itaque qui fingendi pingendiq; artem norunt, solent quidem in illius sincipite comā adhibere, in occipiti velut abraderē ad cutem: scitē admodum innuentes, quod dum adhuc à tergo est, ab illis, qui comā eius præhendunt, teneri potest: verum vbi à fronte est, penitus auolat, nihil habens, quo à persequente capi queat. Quod plane euenit Martino, qui ut tempus opportunum sibi datus amisit, sic idem ipsum de cætero reperire non potuit. Nam postero die à suis proditus, & relictus solus, confugit ad templum sanctorum apostolorum: indeque vi abstractus,

Cæsa.

Cæsareā Cappadociæ demigrat: ibique ad quosdam monachos se aggregans, postea dum latitare cuperet, deprehensus est: atque ab imperatore Tarsum vsque Cilici amandatus, coma abrasta, præsbyster designatus est. Sunt ista quidem ab Eustathio Syro scripta pereleganter.

*De Ili & Leontij tyrannide.
Caput XXVII.*

Est apud eundem scriptorem Zenonē infinitas ferē infidias contra Berinam socrū suam struxisse: postea autem eam relegasse in Ciliciam: eamque inde denuo ad arcem, quæ Papiriana dicitur, illo iam tyrannidem exercente, transfuisse: in qua excessit è vita. Res autem ab Illo gestas idem Eustathius perdiserte scribit, tum quemadmodum à Zenone insidijs appetitus effugerit, tum quo pacto Zeno eum, cui dederat mandatum, ut Ili interficeret, morte mulcarit, capite ideo ceruicibus abscisso, quod eum ob conatus frustrationem tali mercede compensare voluit. Illum verò, quod facinus tentatum occultaret, ducem copiarum in Oriente militantium designauit. Is amicitia nō cū Leontio solum, sed cum Marso etiam, viro spectato, & Pæprepe contracta, in partibus Orientis commoratus est. Iam verò quod narrat Leontius Tarsi Ciliciæ imperator renuntiatus fuerit, & quem fructum isti ex tyrannide sua perceperint, cum Theodorichus vir genere Gotthus, & apud Romanos in magno honore habitus, dux cum nostris, tum exteris copijs stipatus, contra eos emissus esset, quinetiam qua ratione miserā Zenone pro beneuolentia, quam versus illum præstiterant, trucidati, & præterea quod Theodoricus, cognito Zenonis consilio & voluntate, ad antiquam Romam se receperit, idem Eustathius literis concinnē admodum persequitur. At quidam memorant Theodorichum, Zenone auctore, vicisse Odoacrem, & ita tum Romam sibi subiecisse, tum se regē nuncupasse.

*Vide Cuf.
in vita
Zenonis.*

*De Mammiano, & gestis eius.
Cap. XXVIII.*

EVAGR. HISTORIAE

MAmianū temporibus Zenonis fuisse narrat Ioannes rhetor, Cum esset infimo loco natus ad ordinem senatorium peruenisse, eumque ædificium in suburbio Daphne, quod antiphorum dicitur (qui locus antea vites produxit, fuitque ad agriculturam idoneus) extruxisset, E regione Balnei publici, vbi posita est statua ænea, que hanc habet inscriptionem: MAMMIANVS AMATOR CIVITATIS. Idem præterea Ioānes scribit eum in vrbe duas regales porticus cum ob eximiam ædificationem valde magnificas, tum ob lapidum concinnitatem & splendorem in primis ornatas ædificasse: erexisseque tetrapilon, velut interstitium inter duas illas porticus interiectum, columnis & ænea materia pereleganter & exquisitè elaboratas. Ac nos quidem hæc porticus vidimus, que non nomen solū, verū etiam reliquias antiqui sui splendoris adhuc propterea retinent, quod lapides ex Proconneso insula deportati, in solo constrati iacent: at ipsum tamen ædificium nihil insignium, quibus olim decoratum erat, omnino habet: siquidem ex veteribus eius ruinis nouum ædificium extractum est: nihil tamen ornatus illi veteri ex eo accessit. Quod autem ad tetrapilon attinet à Mammiano ædificatum, ne velligium quidem illius reliquum vidimus.

Daphne suburbii Cōstant.

Constantinopoli.

De morte Zenonis & Anastasii electione.

Caput XXXIX.

Vide Cus. in vita Anastasii.

CVm autem Zeno absque liberis, decimo septimo ætatis sui anno confecto, comitali morbo extinctus esset, Longinus eius frater magnam adeptus potetiam, tamen ipsi animo concepit, se imperio potiturum, tamē ea, quæ expectabat, minime est consecutus. Nam Ariadna Anastasio, qui nondū ad senatoriū ordinē ascenderat, sed solum in sculam Silentiariorum eorum, (sic enim dicitur) ascriptus erat, coronam imposuit imperatoriam. Commemorat porro Eulathius annos ducētos septem à regno Diocletiani ad mortem Zenonis, & Anastasii designationem præterijisse: ab imperio autem Augusti, qui solus regnauit, quingentos triginta duos annos, & menses septem: à regno

ECCLSIAST. LIB. III, 274

à regno Alexandri Magni regnis Macedonum octingentos & triginta duos annos, & menses itidem septem: à Roma condita, & regno Romuli, mille & quinquaginta duos annos, & menses præterea septem: à Troia capta, mille sexcentos & octoginta sex annos, & menses septem. Iste Athanasius patriam habuit Epidamnū, quæ iā Dyrrhachium nuncupatur: ac non imperium solum Zenonis, sed etiam eius vxorem sibi comparauit: & primum Longinum fratrem Zenonis officio fungentem Magistri, quē vetustiores præfectum ordinum aulicorum vocabant, mittit in patriam: multiſque alijs postea lauris idem postulantibus, ad suos reuertendi concessit potestatem.

De Anastasio imperatore, qui cum nouare quicquam in ecclesia statu noluerat, ecclesie tum plagis innumeris afflictæ sunt, tum complures ob id episcopi cecelli. Caput XXX.

Iste Anastasius, pacis studiosus, cum in rep. tum maxime in ecclesie administratione nihil omnino rerum nouarū moliri voluit: imò verò oībus modis elaborauit, vt tū ecclesie sanctissimæ ab oī tumultu & perturbatione vacarent, tum omnes, qui ipsius parebant imperio, summa tranquillitate fruenterent, omni contentione & discordia ex rebus tam ecclesiasticis, quàm ciuilibus prorsus sublata. Quod autem ad concilium Chalcedonense attinet, illud id temporis neque palam in ecclesijs sanctissimis prædicatum fuit, neque ab omnibus reiectum. Nam singuli ecclesiarum præfides, pro suo arbitrato, in ea re egerunt. Atque vt nonnulli decretis in eo concilio editis firme & constanter adhererunt, & ne syllabam de rebus in illo definitis remittere, imò verò ne literæ mutationē admittere voluerūt, quin etiam ab illis, qui eiusdem decreta repudiabant, magna cum animi confidentia refugerunt, recusaruntque penitus cum illis communicare: sic alij non solum illud concilium, & eius decreta reiecerunt, verum etiam tum illud, tum Leonis de fide decisionem damnarunt anathemate. Alij verò epistolā Zenonis de concordia mordicus

tenuere, idq; cum inter se vtrū vna, an duæ sint in Christo naturæ, grauitèr desiderent. Ac pars eorum ipsa literarum compositione decepti sunt: pars ad pacem se magis inclinavit: vsque adeo vti omnes ecclesiæ in separatas factiones diuiderentur, & earum præsidēs inter ipsos minime communicare vellent. Vnde plurimæ dissentiones tum in Oriente, tum in Occidente, tū in Libya ortæ sunt, dum episcopi Orientis neque cum episcopis Occidentis, neq; cū episcopis Libyæ, neque ipsi vicissim Orientalibus in gratiam reduci poterant: sed res ad maiorem absurditatem in dies prolapsa est. Quippe antistites Orientis, nec secum ipsi communicare voluerūt, nec Europæ præterea, & Libyæ episcopi, nedum cum exteris. Quas res cum Anastasius imperator animaduerneret, episcopos, sicubi eos nouis rebus studentes, aut quenquam præter consuetudinem illorum locorum, in quibus ætatem degebat, concilium Chalcedonense prædicantem, aut idem ipsum damnantem anathemate comperiret, exturbauit. Ac primum Euphemium, vt suprâ scripsi, eiecit Constantinopoli: deinde Macedonium: cui successit Timotheus: Antiochia porro Flavianum expulit.

Monachi Palæstinae ad Alcisonem de Xenia monacho, & alijs quibusdam epistola. Cap XXXI.

AT qui sunt literæ de Macedonio & Flauiano à monachis Palæstinae ad Alcisonem his ferè verbis scriptæ. Cum Petrus exiisset de vita, Alexandria, Aegyptus, & Libya inter se denuo dissidere cœperunt: reliquæque partes versus Orientem contra se ipsæ digladiari: quandoquidem ecclesiæ versus Occidentem, non alia conditione cum illis communicare volebāt, nisi præter Nestorium & Eutychem, & Dioscorum, etiam Petri cognominē Mongum, & Acacium anathemati addicerent. Itaque cum ecclesiæ totius orbis terrarū hoc loco erāt cōstituta, fautores Dioscori & Eutychem fuerēt ad minimum plane numerū redacti. Ac cum parum abesset, quin fuissent funditus e terra sublari, adeo vt non amplius inter homines verarentur, Xenias quidam, à Deo reuera Θεός, id est, pater, pater, nescio quid apud animum proponens, aut quas

aut quas inimicitias contra Flavianum susceptas viciscipiens, simulata fidei specie, vti multi prædicant, hominum animos aduersus eum concitare, eique tanquam Nestoriano obtreccare cœpit. Ac cum Nestorio vno cum eius errore anathema indixisset, ex illo digressus, ad Dioscorum & Theodorum & Theodoritum, & Ibanem, & Cyrum, & Eutherium, & Ioannem, & ad alios nescio quos, neq; vnde collectos trāsit: quorum alij reuera Nestorij doctrinam tuebantur: alij, quoniam eiusdem doctrinæ in suspensionem venerant, Nestorium anathemate damnabant, inque ecclesiæ communionē conuiescebant. Istos omnes inquit, Xenias Nestorij olentes hæresim, nisi anathemate damnaueris, tu ipse Nestorij errori fauere videberis, etiam si ei cum sua doctrina & opinione millies anathema edixeris. Idem porro Xenias per literas cum eos, qui Dioscori errorem sequebantur, tum hæresis Eutychem patronos commouit, persuasitque vt ipsi contra Flavianum subsidio essent, non tamen concilium, sed personas duntaxat, de quibus ante dictum est, anathemate damnari postularent. Quibus cum Flavianus episcopus diu resistisset, alijque se cum Xenia contra eum coniunxissent, vt Eleusinus episcopus vrbis cuiusdam Cappadociæ minoris, & Nicias episcopus Laodiceæ, quæ est in Syria, & ex alijs locis alij (quorum criminationes quas emulatione nimis abiecta adducti Flauiano inferebant, non nostrum est, sed aliorum certè commemorare) tandem Flavianus ratus illos, propter hos, quibus anathema denuntiari cupiebant, placatos fore, cessit eorum contentioni. Ac cum scripto personam illas anathemate damnasset, scripsit ad imperatorem. Etenim animum eius isti contra Flavianum, vt pote opinio nis Nestorij patrocinium suscipientem, commouerat. Neque his rebus contentus Xenias, poscebat denuo à Flauiano, vt tum concilium ipsum, tum eos, qui duas naturas in domino esse dixerunt, carnis alteram, alteram diuinitatis, anathemati addiceret. Quem eius postulationi nequaquam obsequentem, rursus vt Nestorianum, accusat. Postremò cum de ijs rebus vehementer certatum esset, & patriarcha Flauiano formulam fidei edidisset, in qua ingenue fatebatur concilium quantum ad abdicationem Nestorij

*Concilium
Chalcedonense.*

EVAGR. HISTORIAE

& Eutychem patinebat approbandum esse, at quantum ad de-
 cisionem & doctrinam fidei non item, rursus illum, ut sub-
 dole ac latenter errori Nestorij patrocinantem se adortu-
 ros minantur, nisi tum concilio ipsi, tum illis, qui duas natu-
 ras in Domino esse dixerunt, alteram carnis, divinitatis,
 alteram, anathema denunciare veller. Haeros praeterea ver-
 borum suco & fallacijs in suam pertrahunt sententiam, for-
 mulamque fidei componunt, in qua concilium vna cum il-
 lis qui duas in domino esse naturas dixerunt, anathemati
 addicunt. & ad extremum se separant à Flauiano & Macedo-
 nio, & ad alios, qui formulae illi subscribebant, aggregant.
 Interea etiam postulant ab episcopo Hierosolymitano ut
 formulam fidei scriptis prodar: quam cum edidisset, per Di-
 oscori sectatores mittit ad imperatorem. Quam fidei for-
 mulam illi tandem proferunt, in qua iam tum comprehen-
 sum fuit, eos anathemate damnatos, qui duas in domino na-
 turas esse asserabant. Attamen ipse episcopus Hierosolymi-
 tanus, eas ab illis depravatam constanter affirmans, aliam in
 medium producit, in qua nullum tale continebatur anathe-
 ma. Nec plane mirum. Etenim sanctorum patrum libros saepe
 deprauarunt, multosque Apollinarij libros Athanasio,
 Gregorio cognomento Thaumaturgo, id est, qui eximia e-
 debat miracula, & Iulio, in inscriptionibus commutatis, attri-
 buerunt: quibus quidem libris plurimos in suum impium
 errorem induxerunt. Poposcerunt item formulam fidei à Ma-
 cedonio scriptis mandatam: qui fidem trecentorum 10. &
 8. Nicæ olim, & quinquaginta etiam Constantinopoli,
 conuocatorum, solum se noscere asseueratè affirmavit, atque
 Nestorio, Eutychi, & ijs, qui duos filios aut Christos esse
 statuunt, aut naturas diuidunt, indixit anathema: & tamen
 nec concilij Ephesini, quo abdicatus fuit Nestorius, nec
 Chalcedonenfis, quod abdicauit Eutychem, vllam men-
 tionem fecit. Qua de re monachi Constantinopolitani graui-
 ter commoti, se à Macedonio episcopo separant. Interim
 Xenaias & Dioscorus, cum multos episcopos sibi adiunctos,
 haberent, adeo molesti fuere illis, qui anathema nolebant de-
 nuntiare his, quibus ipsi anathema denuntiari cupiebant, ut
 intolerabiles & non ferendi viderentur: quorum nonnullos,
 cum cedere nollent, per falliciam exilio multandos cura-
 runt.

ECCLESIAST. LIB. III. 276

runt. Ad hunc modum igitur Macedonius, Ioannes episco-
 pus Palti, & Flauianus, solum vertere coacti sunt. Sed de
 monachorum literis haec tenus.

De Macedonij Constantinopolitani Episcopi,
 & Flauiani Antiocheni cessione.

Caput XXXII.

SED quæ occultè animum Anastasij angerent longe di-
 uersa fuere. Nam cum Ariadna haberet in animo Ana-
 stasij habitu induere purpureo, Euphemius episcopus
 vsque eo cōsentire noluit, quoad Anastasius, Chirographū
 iureiurando confirmatum ei dedisset, quod plane declara-
 ret, eum si sceptrum susciperet imperij, fidem syncceram serua-
 turum, nihilque rerum nouarum introducturum in sacro-
 sanctam Dei ecclesiam: quod Chirographum Macedonio
 sacri thesauri custodi tradidit. Factum autem est illud pro-
 pterea ab Euphemio, quod Anastasius putabatur à non-
 nullis errore Manichæorum infectus esse. Vbi verò Macedo-
 nius ad sacerdotij dignitatē ascendit, voluit Anastasius Chi-
 rographū suę cōfessionis recipere: quippe dedecori, inquit
 est imperio, si Chirographū illud reseruetur. Cui postula-
 tiōi cū Macedonius strenuè resisteret, seque fidē minime pro-
 diturū cōstanter asseueraret, Anastasius imperator insidias
 cōtra eū tēdere cœpit, ad eū sanè finē, uti episcopatu exire
 baret. Itaque tandē accedūt adolescētes calūniatores, qui tū
 se tū Macedoniū flagitiosi cuiusdam facinoris falso reos
 agunt. At verò vbi Macedonius genitalibus carere depræ-
 hensus fuit, ad alias fallacias se conuertunt: nec desisterūt,
 quoad cōsilijs Celeris aulicorū Ordinū p̄fecti, ex occulto
 sede episcopali dimouissent. Istā Flauiani expulsionem alie
 quoque res secutæ sunt. Nam ipsi ab hominibus ætate proue-
 ctissima, qui ea quæ acciderant Flauiano, firmè memoria te-
 nebāt, accepimus, quod à Xenaiā (fuit hic quidē episcopus
 Hierapolis vrbis Antiochię finitimæ, Græcoque vocabulo
 Philoxenus appellatus) monachi Cynegice (sic enim vocā-
 tur) qui apud gentē, quæ Syrorū primaria est, accolūt, persua-
 si, frequētes cum tumultu & summa confusione Antiochiā
 precipites ferūt, ut Flauianū coacturi, ut tū cōcilio Chal-
 cedonenfi, tum decisioni Leonis anathema indicat. Quod
 cum Fla-

EVAGR. HISTORIAE

cum Flavianus valde agrè ferret, & monachi impetu instarent, populus ciuitatis, seditione constata, tam magnam cædem fecere monachorum, vt multi eorum, atque adeo fere innumerabiles Orontem fluuium, corporibus fluctibus conditis, pro sepulchro haberent. Euenit porro aliud hisce nihilo inferius. Monachi enim, qui Coelosyriam, quæ iam Syria minor dicitur accolebant, quiq̃ue amore incredibili ac studio erga Flavianum propterea incendebantur, quòd vitam monasticam in cœnobio in agro (huic quidem nomen est Tilmogium) posito, properat Antiochiam eo quidem concilio, vti Flavianum propugnaret, vti ex eo non exigua incommoda contingerent. Quamobrem Flavianus, siue prioribus de causis, siue de posterioribus factum, siue de vtrisque eiectus fuit, & ad Petras incolendas, quæ sunt in vltimis oris Palæstinæ sitæ condemnatus.

De Seuero Antiocheno Episcopo.

Caput XXXIII.

Flauiano igitur in exiliũ eiecto, Seuerus ad episcopatũ Antiochiæ delatus fuit: anno quingentesimo sexagesimo primo post illud nomen ciuitati impositum mense Nouembri: iam verò, hoc est tempore, quo ista à me scribuntur, anno sexcentesimo quadragesimo primo. Huic Seuerus patria fuit Sozopolis, vrbis Pisdia: qui antequam episcopatu potitus sit, Beryti in oratione forensi ac iudiciali se exercuit. Verùm simul ac in sacro templo Leontij, diuini martyris, quem Tripolis Phœnicia: vrbis maritima colit, fuit Lauacro baptismi tinctus, se à legum studio ad vltimam monasticam transtulit: quam quidem vitam traduxit in monasterio, quod medium locum inter urbem Gazam & oppidum Marumam occupat. In quo loco Petrus Iberus, qui eiusdem Gazæ fuerat antistes, quiq̃ue cum Timotheo Aeluro fugerat, eisdem incedens gradibus, hominum sermone post multum prædicatus fuit. Porro autem Seuerus, de quo instituitur oratio, cum Nephelio, (qui antea eiusdem cum eo sectæ & opinionis fuisset, nimirum quòd vna in Christo natura sit, postea tamen Concilio Chalcedonensi, & doctrinæ eorum, qui duas naturas in domino nostro Iesu Christo inesse asserunt, consentit) in disputationem ven-

ECCLESIAST. LIB. III. 277

nem veniens, à Nephelio & eius fautoribus vnà cum alijs compluribus, qui in eadè fuere opinioe, è monasterio suo pulsus est. Inde igitur Constantinopolim rectà se contulit, pro se, quoque illis, qui cum eo eiecti erant, legationem obiturus: sicque imperatori Anaustasio, sicut traditum est ab eo, qui vitam Seueri scripsit, notus esse cœpit. Itaque literas scripsit ad suos fautores de mutua inter se communione, in quibus nominatim Concilium Chalcedonense anathemate damnauit. De qua re literæ monachorum scriptæ ad Alcisonem ista loquuntur. Literæ Timothei, qui iam episcopus Constantinopolitanus est, de mutua communione hic in Palæstina receptæ sunt. At abdicatio Macedonij, & Flauiani, quin etiam literæ Seueri de mutua communione reiectæ fuerunt. Porro qui eas literas huc attulerunt, de decore & contumelia merito sanè affecti (populus namque ciuitatis & monachi contra eos concitati erant) fuga salutem sibi quæsiuere. Hoc quidem in loco res fuere Palæstinæ. Qui autem ecclesiæ Antiochenæ paruerũt, partim fuerunt vnà cum cæteris in errorem inducti, ex quorum numero fuit Marinus episcopus Beryti, partim vi & necessitate compulsi, literis Seueri de mutua communione, (quæ non concilio solum, verùm etiam cæteris omnibus, qui duas naturas, siue proprietates in domino inesse, alteram carnis, diuinitatis alteram, asserbant, anathema indixerunt) consentiebant. Verùm quos necessitas ad consentiendum compulerat, hi postea mutata sententia, se ad ecclesiam reuocarunt. Ex quorum numero fuerunt episcopi qui ecclesiæ parebant Apameæ. Erant verò alij, qui omnino consentire noluerunt: ex quibus erant Iulianus episcopus Bostri, & Epiphanius Tyri episcopus, & alij nonnulli, vt fertur, episcopi. Isauri autem, qui iam respuerant, ob priorem suum errorem se ipsi condemnarunt: Seueroque & eius fautoribus denuntiarunt anathema. Alij episcopi, & Clerici, qui sub Seuero erant, ecclesijs suis relictis fugerunt: inter quos est Iulianus episcopus Bostri, & Petrus Damasci episcopus, qui hic vitam degunt: Mamas item, alter è duobus illis, Dioscorianis, qui duas ab initio naturas asserbant: quorum arrogantem pertinaciam, ab illis ipsis ad id quidem coactus, Seuerus condemnauit. & paulò infra. Monaste-

EVAGR. HISTORIAE

naſteria autem, tum quæ hic ſunt, tum quæ Hieroſolymis, Dei iuvante gratia, in recta fide conſentiant: alieque plurimæ civitates & epiſcopi eodem modo. Pro quibus omnibus, & pro nobis quoque tu, ſanctiſſime domine, & pater, noſter honoratiſſime præcari digneris, ne intremus in tentationem.

De miſſa ad eum à Coſma & Seueriano abdicatione. Caput XXXIII.

QVoniam autem iſtæ literæ memorant Epiſcopos, qui eccleſiæ Apameæ parebant, à Severo deſciuiſſe, deinceps ponamus in medio, quod à Patribus nobis traditum eſt, licet nulla hiſtoria hucſq; comprehenſum. Coſmas, qui noſtræ Epiphaniæ Orontem fluvium tangentiſ epiſcopatum geſſit, & Seuerianus epiſcopus Arethulæ, vrbis finitimæ, literis Seueri de mutua communionem grauitè offenſi, primum ſe ab eius communionem ſegregarunt: deinde libellum abdicationis ad eum iam tum epiſcopatum Antiochiæ adminiſtrantem mittunt: quem libellum tradunt Aureliano, præcipuo Epiphaniæ diacono, qui, quoniam Seueri extimeſcebat, & tam illuſtris epiſcopatus amplitudinè reuerſebatur, vt primum venit Antiochiã, induit ſe veſte muliebri, & ita ad Seuerum accedit: ſeque ipſe effœminatam & mollem oſtendit, mulieremque omnino eſſe ſimulat: atque velamine, quo caput obuoluebatur, ad pectus uſque demiſſo, lamentari, & exili voce velut ex imis præcordijs ducta obteſtari cœpit, Severoque prodeunti, libellum abdicationis dat: & clam omnibus, ex turba, quæ ſequēbatur Seuerum, euadit, fugaque ſibi ante ſalutem parat, quàm Seuerus, ea, quæ libellus complectebatur, potuiſſet cognoscere. At Seuerus, quanquam libellum recipiebat, & quæ in eo ſcripta erant, ſatis intelligebat, tamè in ſua ſede epiſcopali firmè perſtitit ac mortem uſque imperatoris Anaſtaſij. Vbi autem Anaſtaſius de his, quæ Severo acciderant, certior factus eſt (facinus namque tam benignè & clementer ab Anaſtaſio editum, hoc loco commemorandum eſt) mandatum dat Aſiatico, præfecturam Libæſe, quæ eſt in Phœnicia

ECCLESIAST. LIB. III. 278

nicia gerenti, vt Coſmam & Seuerianum ſuis ſediſibus expelleret, propterea quod Severo libellum abdicationis miſſerant: qui cum veniſſet in orientem, & multos Seueriani & Coſmæ doctriſis adhæreſcentes, & ſuas ipſorum civitates ſtrenuè propugnantes reperiret, retulit ad Anaſtaſium hos ſine ſanguine non poſſe ſuis ſediſibus exturbari. Itaque tantum in Anaſtaſij animo inſedit clementiæ & mansuetudinis, vt per literas Aſiatico planè ſignificaret, ſe velle nullum facinus aggredi, quantumuis magnum & memorabile, ſi vel gutta ſanguinis pro eo fundenda eſſet. Hic quidem eccleſiarum totius orbis terræ ſtatus fuit, dum regnaret Anaſtaſius: quem nonnulli, tanquam concilij Chalcedonenſis aduerſarium exiſtimantes, ex ſacris tabulis excemerunt: Hieroſolymis autem anathema fuit illi denunciatum.

De Tyrannorum Iſaurorum euerſione.

CAPVT XXXV.

NON fuerit forſan ab eo, quod ſumus antè polliciti, alienum, ſi alias quoque res Anaſtaſij temporibus geſtas huic hiſtoriæ attexamus. Longinus Zenonis frater, cum in patriam, vt ante dixi, veniſſet, bellum palam contra imperatorem parat: & multis copijs vndique collectis, (quibuſcum epiſcopus duntaxat prouinciæ Apamiæ, quæ eſt in Syria, coniunctus fuit) vna cum Iſauris & ipſe quoque Iſaurus ad bellum gerendum proficiſcitur. Cui bello ſinis tandem imponebatur, partim quod Iſauri, qui vna cum Longino ad bellum iuerant, penitus deleti, partim quod Longino & Theodoti capita à Ioanne Scytha Conſtantinopolim miſſa fuere: quæ quidem capita imperator palis alligata, in loco, cui Syæ nomen eſt, è regione Conſtantinopolis in vltiore maris littore ſito ſuſpēdit: gratum ſanè ſpectaculum propterea Conſtantinopolitanis, quod ipſi à Zenone & Iſauris grauibus antè affecti fuiſſent incommodis. Alter porro Longinus, cognomento Selinuntius, qui magnam partem tyrānidis pariter occupauerat, & Indus vna, à Ioanne cognomine Cyrti viui capti ad Anaſtaſium mittuntur, quæ res animos

*Siliman
theus à
Cuſp. di-
citur.*

tuus

rum imperatoris, tum Constantinopolitanorum magnopere recreauit: quippe & Longinus, & Indus, catenis ferreis collis eorum circumiectis, inftar triumphis, per plateas ciuitatis, & per circum ducebantur. Atque ea de causa, quae iam ante uestigalia Isaurica dicebatur, (erant quidem ista, summa auri ad quinque millia librarum, quae quotannis Barbaris pensitari solet) in thesauros imperatoris impotata fuere.

De Stenets Barbaris, quod fœdera cum Romanis sanxerunt. Cap. XXXVI.

BArbari porro, (quos *στανητες*, id est in castris & tabernaculis habitantes uocant) arrogantia elati contra imperium Romanum non sine suo damno arma ferunt: Mesopotamiam, yramque Phœniciam, & Palestinam depopulantur: qui quidem à ducibus cuiusque prouinciae grauius & acerbè afflicti, in posterum, fœdere cum Romanis omnium suorum nomine pacto, conqueuerunt.

De Abida obsidione, & aedificatione Daras. Caput XXXVII.

Persa præterea, ruptis fœderibus, & proprijs sedibus relicta, Cabade ipsorum rege duce, primum in Armeniam incursionem faciunt: atque oppido, quod Theodosiopolis uocatur, capto, Amidam, urbem Mesopotamiae satis munitam accedunt: eamque obsidione capiunt: quam imperator Romanus non sine multis molestijs ac laboribus recuperauit. Quod si quisquam studio ducitur istas res ad uincum (ut aiunt) cognoscendi, & omnes peruestigandi accurate, Eustathium legat, à quo disertè admodum summoque cum labore & exquisita elegantia narratæ literisque proditæ sunt: qui cum historiam ad tempus, quod nos iam persequimur, deduxisset, & ad annum duodecimum regni Anastasij finem scribendi fecisset, excessit è uita. Hoc bello cōfecto, Anastasius locum quendam Mesopotamiae, qui Daras dicitur, in extremis imperij Romani finibus situm, & uelut terminum, quo altera resp. ab altera, distan-

distinguitur, ex agro in ciuitatem mutauit: ac primum muro fortissimo circumdedit: deinde varia aedificia eaque eximia, in illo extruxit, ut ecclesias, & alias sacras aedes: ut regales porticus, balnea publica, & alia id genus, quibus illustres vrbes magnificè & egregiè adornari solent. Ferunt autem nonnulli locum illum ideo Daras appellatum, quod Darius ibidem ab Alexandro rege Macedonum, Philippi filio penitus deuictus fuit.

De muro longo. Cap. XXXVIII.

Idem porro imperator opus planè amplissimum, & cum primis memorabile aedificauit (quod longus Murus appellatur) in Thracia in loco commodo situm: quod abest Constantinopoli ad summum ducētis & octoginta stadijs. Mare utrumque complectitur ad quadringenta & uiginti stadia, inftar freti cuiusdam: & urbem ferme insulam, pro peninsula efficit: transportatque eos, quibus libitum est nauigare, à Ponto ad Propontidem, & mare Thracium cum summa securitate: Barbaros denique, qui ex Ponto Euxino, & Cholchide, & Meotide palude excursionses faciunt, quique ex locis ultra Caucaum, & qui ex Europa erumpunt, arcer repellitque.

De Chrysfargyro ut uocant, quod Anastasius diruebat. Caput XXXIX.

Est præterea res supra modum illustris, & plane diuina ab eodem imperatore in tributo quod Chrysfargyrū dicitur, tollendo gesta. De qua quidem dicturis, uel lingua Thucydidis, uel alia pleniore disertioreque opus esset. Ipse tamen dicam, non tam oratione, quam ipsius rei dignitate fretus. Amplè & eximia reipub. Romanorum tributum sceleratum, deo inuisum, & ne ipsis quidem Barbaris, nedum Christianissimo Romanorum imperio dignum impositum fuit, quod ad tempora Anastasij, qua de causa non equidem habeo dicere, neglectum, ipse regificè & cum summa omnium commendatione sustulit. Impositum uerò fuit cum alijs compluribus, qui quaestu uictū sibi quaeritabant, tum meretricibus, quæ corporis pulchritu- Mm
dinem

dinem habebant venalem, & effuse ac libidinose stupris in abditis & occultis locis civitatis, id est in ganeis se debebant, tum præterea omnibus, quos scortari non pudebat: qui non naturam modò, verum etiam ipsam rempublicam dedecore & ignominia affecerunt, vsque adeo vii quæstus inde perceptus, non aliter atque lex quædam, eos, qui tam turpis flagitij cupiditate flagrant, velut voce emissa, ad id quidem impelleret, & qui in locis singulis impium illud, & nefarium tributum, quod ex eiusmodi sceleribus cogi solet, colligebant, idem ipsum singulis quadriennijs ad summum & primum magistratum deferabant, adeo ut non minima tributò regi pars conferatur, & in privatis scrinijs (sic enim nuncupant) reponeretur: & qui rerum eiusmodi censors extiterunt, illud munus non obscurorum & ignobilium esse, ut reliqua officia, quæ in republica geruntur, existimabant: quod cù Anastasius intellexisset, detulissetq; ad fe natum, & scelus esse ac facinus inauditum ostendisset, decrevit statuitq; ut omnino tolleretur: quinetiam schedas, quæ rationem exactioum complectebantur, igni cremandas tradidit. Porro autem cum in animo haberet deo velut sacrificium in ea nequitia delenda offerre, quò ne cuiquam post eum integrum esset veteres illas turpitudines denuo reuocare, simulat se in mœrore esse, & temeritatis se ipse atque extremæ dementiæ insimular, nimium, inquit, se inani gloriæ tribuisse, & eo pacto reipub. neglexisse utilitatem: propterea quòd tam amplum tributum tãque antiquitus inceptum, & tam longo temporis spatio continuatù confirmatùq; tam imprudenter & inconsultò abrogauerat, neque prospexerat pericula inde impendentia, vel sumptus ex eo in militiam suppeditatos, quibus resp. tanquam mœnibus defendi solet, vel eos, qui ad cultum Dei ab eodem conferuntur. Postremò consilio, quod intenderat, intra animi sui cogitationem occultato, denuntiat se velle tributum illud in integrum restituere: atque eam ob causam eos, qui tributo colligendo præfuissent, accersit ad se, docetq; facti se poenituisse, nec habere, quid agat, aut quo modo culpam suam præstet, præsertim cum schedæ quæ ratione ac summâ exactiois demonstrare poterant,

rant, essent igne penitus absumptæ. Atque cum illi non simulatione vlla, sed verè & ex animo factum ideo deplorarent, q; inde iniusta iniquaque merces ipsis suppetere consueverat, & similiter cù Athanasio tributum nò posse restitui affirmarent, hortari atq; adeo orare cœpit, ut omnibus modis peruestigare pergerent, si forte possent ex omnibus tabulis, quæ in singulis locis reservatæ essent, elicere totius tributi exigendi rationem. Itaq; singulis summam pecuniæ, quam in tabulis colligendis consumeret, misit: imperavit que ut quæq; Scheda, quæ ad huius rei declarationem faceret, quocunq; in loco inueniretur, ad ipsum apportaretur: quò accurata consideratione, & valde exquisita hæc res de novo sarciri, & in integrum restitui posset. Postea verò quòd, aliquo temporis spatio interiecto, reuertissent hi, quibus datù fuisset negotium, Anastasius gestire lætitiæ & gaudij exultare visus est. Nam lætabatur admodum, quòd ea, de quibus tantù laborauerat, reuera iam esset consecutus. Rogatq; quæ ratione tabulas repperissent, & apud quos, & si quid apud quæquam quod ad tale institutum faceret, etiam nunc reliquum esset. Cù autem illi multos se labores in illis in vnum cogendis collocasse asseuerarent, iuraretq; per ipsam imperatorem nullam iam Schedam in tota rep. Romana remanere, quæ tributi rationem posset ostendere, rursus magnum rogù incendi, Schedasq; apportatas, in eo cõburi, & cineres aqua oppleri obrutiq; iubet: eo quidè animo & consilio, ut tributi illius ratio ita penitus deleteretur, ut nec favilla, nec cinis, nec vllum denique literæ ex schedis iam combustis vestigiù appareret. Verùm ne dum Anastasij factum in hoc tributo tollendò tanta laude efferimus, ignorare videamur, quæ de eo veteres suis indulgentes assensibus tradiderint, deinceps ea ponemus in mediò, & ex rebus ab illis ipsis cõmemoratis perspicuè falsa ostendimus.

De his quæ Zosimus scripsit de Chrysare pno

Constantino imperatore.

Cap. XL.

Zosimus vnus eorù qui nefariæ & execrabili Gètilij religioni dediti sunt, iracundia propterea cõtra Cõstantinù inflàmatus, & primus ex imperatoribus, dete

Mm 2 Stabili

stabilis Gentilium superstitione relicta, religionem Christianam amplexatus est, narrat tributum, quod Chrysfargyrum dicitur ab eo primum excogitatum, sancitumque, ut ad quartum quæque annum illud idem pensitaretur. Alijs item infinitis maledictis pijs & magnificentum Constantinum laerant. Nam ait eum cum alia nonnulla mala contra homines cupisq; fortunæ & condisionis inuenisse, tum Crispum filium miserandum in modum occidisse, tum Faultam coniugem in balneum extra modum exardescens conclusam, e medio sustulisse. Et cum de tam nefandis cædibus à suis sacerdotibus expiari laboraret, minimeque, quod volebat, consequeretur, (illos enim plane respodisse, eas non posse expiari) forte in Aegyptium qui ex Iberia venerat, incidisse, & persuasum ab eo fidem Christiani hominis, vim habere peccati cuiusque tollendi, ea ex animo amplexatum, quæ Aegyptius ipsi tradiderat. Deinde patrio de religione instituto relicto, impietatem, ut iste prædicat, sectari aggressum esse. Quod autem ista omnino falsa sint, mor ostendam: interim ita de Chrysfargyro dicta sint.

*intelligi
sacerdoti
bus simu
tachroni*

Inuectiva in Zosimum propter nephariam eius in Constantinum & Christianos maledicentiam.

Capit. XLI.

TVdæmon scelerate & crudelis ajs Constantinum, cum urbem Romæ parem exstruere constitueret, primum in agro Troadis & Ilij, amplam & illustrem civitatem condere aggreditur atque fundamentis iactis, muroque in sublimem erecto, vbi Byzantium locum ad eam rem commodiorem repperit, sic sepsit mœnibus, sic urbem antiquam amplificavit, sic splendore illustravit ædificiorum, ut Roma, quæ pedetentim, multorum annorum spatio, creuerat, non multo videretur inferior. Dicis præterea eum populo Byzantij frumenti congiarium tribuisse: & magnam vim auri his, qui Byzantium commigrabant, ad ædes sibi extruendas largitum. Addis quoque (tuis enim verbis utar) summam rerum, ad Constantinum, Constantino iam patre mortuo, mortuis etiam fratribus, rediisse: & Constantium, cum Magnentius & Bretannio tyrannidem occu-

parent,

parent, Bretannioni pacem suadere aggressum: atque ambobus exercitibus in vnum coactis orationem habuisse, milites redegeisse in memoriam patris sui in eos liberalitatis & magnificentiæ, quo duce multas hostium copias proficassent, & à quo amplissimis muneribus donati fuissent. Ut primum verò milites ista audiuerant. Bretannionem veste regali nudarunt, dignitatis gradu spoliatum ad Constantinum, velut priuatum deducunt: qui certe à Constantio (quem vnâ cum patre tantis conuitijs confectaris) nihil pertulit incommodi. Quemadmodum fieri posset, ut qui tam liberalis tamque magnificus fuisset, idem ipse adeo sordibus & parcus existeret, uti tale & tam nefandum tributum suis imponeret, equidem penitus ignoro. Quod autem neque Faultam, neque Crispum interemerit, neque ab vilo Aegypto propterea mysterijs nostræ religionis initiatus sit, audi, quæso, quid Eusebius cognomine Pamphilus de his rebus scribat: qui eodem tempore cum Constantino & Crispo vixit, & cum illis multum versatus est. Tu verò ea quæ ne audiisti quidem, nedum quæ vera sunt, scribis: qui quidem longo tempore post, Arcadio videlicet, & Honorio regnantibus, scripsisti, vel post illorum ætatem. Eusebius autem in octavo libro historiæ ecclesiasticæ scribit hæc hisce ferè verbis:

Non longo temporis interuallo interiecto, imperator Lib. 8.
Constantius, qui & vniuersam vitam placidissime institu cap. 26.
erat, & erga subiectos suos beneuolentissime animatus erat, & erga Dei verum amicissimè affectus, filium suum ingenuum Constantinum, imperatorem, & augustum pro se relinquens, communi lege naturæ finem viuendi fecit. Et paulo infra: Huius filius Constantinus, statim ut imperij gubernacula susceperat, imperator summus, & Augustus cum ab exercitibus, tum multo antea ab ipso summo omnium imperatore Deo declaratus, se paternæ pietatis erga nostræ religionis disciplinam æmulum & imitatore præstitit. Quinetiam sub finem totius historiæ his verbis vitur. Constantinus, Max. Lib. 10.
Victor, omni pietatis genere ornatus, vnâ cum filio cap. viii.
Crispo imperatore Deo Charissimo, & patris rebus in

Mm 3 omni-

omnibus similis, Orientem in suam redegit potestatem. Non tantum profecto laudis Eusebius, cui post Constantinum vita suppetebat, Crispo tribuisset, si à patre fuisset interfectus. Theodorus porro scribit Constantinum in ipso extremo ætatis tempore Nicomedie baptismi laucro tinctum: illudque ad id temporis propterea distulisse, quod magnopere cupiebat in Iordane fluuio esse baptizatus. At tu, o nefarie & scelestissime Zosime, ais, ex eo tempore, quo religio Christiana cepta est divulgari, statum imperii Romani dilapsum esse, & penitus labefactum: quod quidem factum est abs te, vel quod veterum scripta minime euelueris, vel quod erga veritatem malè animo affectus sis. Nam contrarium planè ostenditur, nimirum statum imperii Romani vnà cum fide nostra creuisse. Considera igitur, quæso, quo modo circiter Christi Dei nostri incarnationem complures ex Macedonibus à Romanis subacti fuerint: Albania item, Cholchi, & Arabes Romanorum ditioni subiugati: Galli præterea, Germani, & Britanni post centesimam vigesimam tertiam Olympiadem à Caio Cesare, magnis & grauibus prælijs deuicti, & quingentæ ciuitates, quas incolabant, imperio Romano, vt ab Historicis proditum est, adiunctæ. Hic Caius primus post Consules solus imperio potitus est, viamque ad monarchiæ decus muniuit, & pro statu reipublicæ populari, & multitudinis arbitrio gubernata, illud imperij genus introduxit. Quod quidem diuinitus factum est, propterea, quod Christi monarchia breui esset secutura. Iudæa quoque, tota, & regiones ei finitimæ imperio Romano adiectæ: adeo vt tum primus census, in quo Christus vnà censeretur, factus sit: adeo vt ipsa Bethleem prophetiæ de se olim edictæ expletionem perspicuè ante omnium oculos statueret. Sic enim de ea à Michæa propheta dictum est: Et tu Bethesem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda: ex te enim exhibit dux, qui reget populum meum Israel. Post natum Christum, deum nostrum, Aegyptus Romano imperio addita fuit, Augusto Cesare (cuius temporibus Christus natus fuit) regnante, qui Antonium & Cleopatram omnino prostrigauit: hinc post sibi

*Iulii in
lulligit.*

Mich. 5.

sibi necem consciuere. Quibus extinctis, Cornelius Gallus ab Augusto Cesare præses Aegypti constitutus est, & post Ptolomæorum occasum, vt tradunt historici, Aegyptio præficitur. Quæ autem regiones Persis à Ventidio, & Curbulone duce Neronis, à Severo etiam, Traiano, Caro, Casio, & Odenatho ex Palmyra, ab Apollonio & alijs denique creptæ, quoties præterea Seleucia, & Ctesiphon captæ, quoties Nisibis nunc ad Romanos, nunc ad Persas translata, & quo pacto Armenia, aliæque gentes finitimæ Romanorum imperio accesserint, tu non aliter atque alij literis prodidisti. At me propemodum præterissent illa; quæ scribis à Constantino (qui certe nostræ religionis subsidio aduatus, valde strenue & viriliter imperio Romano præfuit) confecta esse: quinetiam quæ acciderint Iuliano, tuis impijs mysterijs initiato, & quæ tum vulnera reipublicæ reliquerit. Vtrum autem quicquam eorum, quæ prophetæ cecinerunt, vel de mundi fine, vel vtrum principium habuerit, vel exitum sit habiturus, altioris mysterij est, quam vt in tuam inelligentiam cadat. Itaque expendamus, si placet, quemadmodum imperatores, qui gentilium superstitionem propugnabant, & quæ ratione etiam qui Christianæ religionis studio ducebantur, imperandi finem fecerint. An non C. Iulius Caesar, qui primus imperio solus potiebatur, per dolum occisus, cessit è vita? An non, deinde quidam milites Cajum, nepotem Tiberij, gladijs trucidarunt? An non Nero à quodam necessario & familiari interemptus fuit? An non Galbas eundem exitum habuit, Otho & Vitellius, qui tres, sedecim duntaxat menses regnarunt? Quid Titum imperatorem commemorem, quem Domitianus, quamuis esset frater illius, veneno sustulit? Rursus, an non Domitianus misere à Stephano necatus, ex hac luce migravit? Quid ais de Commodò, an non Narcissus illi vitam ademit? Quid Pertinax, quid Iulianus, an non eodè mortis genere occubuerunt? Quid Antonius filius Seueri, an non Getæ fratri manus violentas attulit, ipsiq; nõ dissimilis mors à Martiali illata fuit? Quid dicæ de Macrino, an nõ circiter Byzantium instar capiti

*vid. vlt.
cap. Sue.
de vita
Tiberij.*

vi. Dio.

à suis militibus crudeliter cæsus? Quid Aurelius Antoninus ex Emessa, an non vna cum matre interemptus? Quid post illum Alexander, an non vna cum matre eandem peregit fabulam? Quid loquar de Maximino, qui à suo ipsius exercitu mactatus fuit? Aut de Gordiano, qui Philippi infidijs & dolo, à suis itidem militibus cœfectus, extremum suum diem obiit? Dicitò tu, quæso, Zosime, quid Philippo, & post illum Decio obigerit: an non ab hostibus perempti? Adde his Gallum, & Volusianum: an non à suis ipsorum copijs è vita extrusit? Quid Aemilianus, an non in eandem cladem incidit? Quid Valerianus? an non in bello captus à Persis, & ab eisdem in triumpho circumductus? Quid? an non Galieno per dolum occiso, & Carino obruncato, rerum summa ad Diocletianum redijt: quos Diocletianus, ne simul cum ipso regnarent, è medio sustulit. Post quos Herculius Maximianus, & Maxentius huius filius, & Licinius etiam cum summa turpitudine & ignominia perierunt. At verò ex eo tempore, quo illustrissimus Constantinus imperare cœpit, & urbem extructam, suoque ipsius nuncupatam nomine, Deo dedicavit, circumspice iuxta mecum, quæso, num quispiam in ea urbe imperator, Iuliano eiusdem tecum religionis ritibus initiato, tuoque imperatore excepto, vel à suis, vel ab aduersarijs interijt, vel omnino tyrannus quisquam imperatorem debellavit, præter Basiliscum solum, qui quamquam Zenonem expulit imperto, ab eodem tamen profligatus, vitam edidit? Quòd autem ad Valentem attinet, qui Christianos tot affecit incommodis, facile tibi dicenti assentior: de alio enim nulla abs te facta est mentio. Ista quidém nemo putet ab historia ecclesiastica aliena esse, sed cum ad legendum perutilia, tum instituto propterea consentanea, quod Gẽtiles historici propter malevolentiam rerum gestarum veritatem depravare contenderint. Verùm iam ad reliquas res ab Anastasio gestas pergamus.

De Chrysolia, hoc est auri tributo.

Caput XLII.

Quem-

Quemadmodum ea, quæ supra commemorauimus, ab Anastasio egregiè & vt imperatoris postulat maiestas, facta sunt, sic alia ab eo gesta, quæ istorum dignitatè nõ parum videntur obscurare. Nam & tributum, quod Chrysoliam, id est, aureum tributum vocant, excogitauit, & stipendia militaria vnà cum exactionibus non sine grauissimo reip. detrimento diuendit. Sustulit autem consuetam vectigalium exactionem è curijs, & eos, qui vindices appellantur, in singulis ciuitatibus constituit, impulsione, vt ferunt, Marini Syri, qui summum magistratum, quem præfectum aulæ nuncupant, administravit. Vnde factum est, vt magna pars vectigalium perierit, & ciuitatum decus labefactum conciderit. Nam ante illud tempus patritiorum nomina in albo cuiusque ciuitatis inscribebantur: quippe vnaquæque ciuitas eos, qui in curias erant relati, pro senatu quodam habuit numerauitque.

De Vitaliani tyrannide. Cap. XLIII.

Contra Anastasium porrò Vitalianus, genere Thrac, tyrannidem occupare studuit. Hic Thracia & Media ad Odysum & Auchialum vsque vastata Constanti nopolim cum multitudine ex gentibus, quæ incertis sedibus vagari, & habitare sub dio cõsueuerant, collecta proficisci maturat: cui obuiam intum Hypatum misit imperator. At posteaquam Hyparius proditus à suis, viuis captus fuit, ingentique pecuniæ summa redemptus, Cyrillus belli expeditionem capessit: ac primum prælio ancipiti pugnatur: deinde nõ pauci vertuntur in fugam: deinceps cum Cyrillus tum hostes persequendo, tum suos reducendo, superiores partes haberet, Vitalianus in Cyrillum conuersus, eum, militibus præ malevolentia cedentibus, in Odysso capit. Postremo ad Sycas vsque excursus facit: omnia ferro & igni vastat: nihil aliud cogitatione complectens, quam Cõstantinopolim excidere, & potiri imperto. Castris igitur in Sycis locatis, Marinus Syrus, de quo antè mentionem fecimus, cum classe ab imperatore mittitur, contra eum depugnaturus. Itaque exercitus vterque propius inter se accedit, atque puppes nanium alterius Sycas, alterius Cõstantinopolim versus spectabant. Ac primum se ali-

Mm 5 quanti-

*videat.
in vita
Cari.*

quantisper à pugna continent: deinde sit navibus excusio, & tanquam prolusione quadam & vmbatili pugna dimicatur. postea gravi navali praelio circiter Bytharia commisso, Vitalianus, puppibus navium conuersis, & multis copijs amissis, animo attonito fractoque se fugæ mandat. Fugiant quoque eius milites, quantum possunt: adeo ut postridie eius diei ne vnus quidem ex hostium numero vel in traiectu, vel circiter ipsam urbem reperiretur. Vitalianum autem in Anchialo aliquandiu commoratum acquieuisse ferunt. Porro aliud genus Barbarorum qui itidem sub dio habitare solebant, transmissio mari, in Pylas urbem Capadociae irruptionem facit. Eisdem temporibus Rhodus ingenti terremoto iam tertio intempella nocte miserè concussa & propè labefacta fuit.

Quòd cum hymno trisagio particulam hanc, QUI PROPTER NOS CRUCIFIXUS EST Anastasius adiungere voluisset, turba ac seditio in populo excitabantur, quam rem extimescens cum summisionem simularet ilico plebis favor compressus est, & de Anastasii ex hac luce migratione. Caput XLIIII.

PER idem tempus Constantinopoli grauisima seditio propterea à populo ciebatur, quòd imperator ad hymnum Trisagium, illud, QUI CRUCIFIXUS EST

Hymnus fuit sanctus Dei, sanctus fortis, etc. PROPTER NOS, addere voluit: petinde ac si ea particula adiecta religio Christiana tolleretur. Cuius seditionis ductor & principè fuisse Macedoniù & clerù ei subiectù Seuerus ad Soterichù scribès memorat: qui quòd Seuerus nodù ad sacerdotij gradù ascèderat, sed vità in aula imperatoria degebat, neq; vnà cù alijs suo, vt ante à me dictù est, monasterio eiectus erat. Macedoniù verò nò solum ob crimina illi falso intentata, quæ supra posuimus, verum etiam ob ista iam ei obiecta expulsus arbitror. Et cum populus hac de causa effrenate ferretur, non solum nobiles in grauisima deuenerè discrimina, verùm etiam multa præclara ædificia incensa fuere: quinetiam monachum quendam hominem agro-

nam agrestem & simplicem, populus cum in ædibus Marini Syri offendisset, primum obruncat, inquit, eius horrationibus particulam illam, quam dixi, ad sanctum hymnum adiectam: deinde alligat ad contum & in sublimi suspenditur: tum clamore sublato, insidiatorem trinitatis cum irrisione vocat. Ac sic creuit seditionis flamma vastantis omnia, & omnes vires perfringentis, vt imperator necessitate ad commiserationem compulsus, corona deposita ad circum veniret, mitteretque præcones ad populum proclamare iuros ipsum ad se imperio abdicandum paratissimum: ac fieri non posse, vt omnes in eo dignitatis gradu locarètur, cum minime multos ad se admittat, sed vnum omnino: qui quidem post se esset imperium gubernaturus. Quæ cum populus vidisset, subito velut nutu quodam diuino captus, mutauit sententiam: rogat Anastasium, vt coronam sibi imponat: polliceturque se ea lege acquieturum. Anastasius autem posthæc ad breuissimum temporis spatium vitam protrahens, cum viginti septem annos, menses tres, & dies totidem romanù rexisset imperiù, ex hac luce migravit.

Tertij Libri finis.

EVAGRII

EVAGRII SCOLASTICI, ECCLESIASTICAE HISTORIAE LIBER
 QVARTVS.

De imperatore Iustino primo. Caput I.



Onquam Anastasius ex corporis ergastulo ad præclatius domicilium, vti dixi, demigravit, Iustinus genere Thrax, nono die mensis Panemi, qui à Latinis Iulius nominatur, anno autem quingentesimo sexagesimo sexto ex eo tempore, quo vrbs Antiòchia primum illud nomen accepit, purpura vestitur imperatoria, & à militibus prætorianis, quibus ante, cum esset præfectus ordinum aulicorum, præfuerat, imperator declaratur. Qui quidem ad istam imperatoris dignitatem præter omnem spem propterea ascendit, quòd multi & præstantes viri, cum Anastasio cognatione coniuncti, adhuc supersuerunt: qui cum omnibus rebus, quas prosper & beatus vitæ status postulat, abundare videbatur, tum eam consecuti potentiam, quæ homines in tã amplo honoris gradu locare possit.

De Amantio Eunuchò & Theocrito, vique Iustinus illos trucidauerit.
 Caput II.

PER idem tempus Amantius, vir potens in primis cubiculo imperatoris præfuit: qui, quoniam non licebat Eunuchò imperio Romano potius, cupiebat Theocrito, homini secum fide & benevolentia coniuncto, coronam donari imperatoriam. Itaque Iustino accersito, magnam pecuniæ vim ei dat: quam iubet illis distribui, qui possent purpuram imperatoriam Theocrito impertiri, & ad id præstantum ma-

dum maximè viderentur idonei. Iustinus autem siue quòd *Vid. Cos. in vit. Iul. Iust.* populum largitione suam planè reddidit, siue quòd excubitorum benevolentiam pecunia sibi conciliauit (vtrumque enim memoratur) imperio ipse potius est. Ac statim post, Amantium & Theocritum cum alijs nonnullis è medio sustulit.

Quòd dolo Vitalianum Iustinus interemit.
 Caput III.

Vitalianum verò vitam in Thracia degentem, qui Anastasium imperio exturbare moliebatur, Iustinus Constantinopolim accersit. Nam & potentiam eius extimit, & ancipitem fortunam, quæ in bellis cerni solet, & nominis eius celebritatem, quæ in omnium ore fuit, & imperij, quæ flagrabat, cupiditatem. Ac cum coniectura prospiceret, idque sane verissimè, se nõ alia ratione eum posse vincere, nisi amicitiam erga eum simularet. Vultu mire ad fraudem composito, quæ facilè deprehendi non posset, vnum ex ducum numero, qui Præsentes vocantur, eum designat. Et quò magis persuaderetur Vitaliano, & facilius *Vid. Cos. in vit. Iul. Iust.* aditus ad fraudem pateret, ad consulatus quoque honorem esset. Qui Consul factus, cum in palatio versaretur, in porta quadam post aulam posita, per dolum casus occubuit: hæcque pœnas pro sceleribus, quæ tam inconfyderatè contra imperium Romanum conscuerat, persoluit. At verò ista gesta fuere postea.

Quomodo etiam exacto Senero, Paulum pro illo induxerit, paulò verò post Euphrasium Antiochene sedi præfuitur.
 Caput IIII.

Senerus, qui antistes Antiochia, vti supra commemoratum est, ordinatus fuit, quoniam concilio Chalcedonensi in dies singulos anathema indicere non desinit, & maximè in literis, quæ *ἐὐθρομισμὸς*, id est, quæ de episcopis in sede episcopali collocandis scriptæ sunt, & in alijs, quas ad illarum defensionem composuit, quasque, licet ad omnes miserit patriarchas, solus tamen Ioannes Alexandria antistes, Ioannis alterius successor, Dioscorus & Timothe-

motheus, receperunt (quæ literæ etiam ad nostram ætatem reservatae sunt) & quoniam etiam hinc in ecclesia multa contentiones ortæ sunt, & populus in varias factiones diuisus, Severus inquam idcirco mandato Iustini, primo regni sui anno, prehensus, pœnas dat, lingua, ut nonnulli prædicant, abscissa: quod negotium datum fuit Irenæo, qui magistratum quandam Antiochiæ in Oriente id temporis administravit. Confirmat quoque Severus ipse supplicij ei irrogandi negotium Irenæo commissum, in literis quas scribit ad Antiochenos, modumque fugæ suæ exponit: in quibus quoque Irenæum gravissimis vexat conuicijs, cumque diligentissimè obseruasse ait, ne Antiochia euolaret. Sunt qui dicunt Vitalianum (ad id enim tempus videbatur maximè & autoritate & gratia apud Iustinum valere) linguam Seueri ideo postulasse, quod Seuerus in suis concionibus probra & contumelias in eum iecerat. Ex sua verò episcopali sede fugit, Gorpæo mense, quem Latini Septembrem vocant, anno quingentesimo sexagesimo septimo post nomen vrbi Antiochiæ impositum. In cuius sedem successit Paulus, cui dabatur mandatum, vti concilium Chalcedonenſe palam prædicaret. Qui sua sponte decedens Antiochia certo iam vitæ cursu confectio, commune vniuersæ carnis iter ingreditur. Cuius episcopatus sedem Euphrasius Hierosolymis Antiochiã profectus, capessit.

*De incendijs & terremotibus apud Antiochiam,
quo tempore Euphrasius ruinarum congestu
obruus interijt. Caput V.*

EIdem temporibus, regnante Iustino, graui crebraque incendia Antiochię contigerunt, velut prænuntia terræmotuũ maximè horribilium in ea ciuitate statim infecutorum, & aliarum etiam calamitatum præmia. Nã breui tempore post, anno septimo regni eiusdem Iustini, mense decimo, Artemisio videlicet, id est Maio, quarto Calend. Iunij, die venis, in ipsa meridie, conuulsio & terræmotus urbem occupant, parumque aberat, quin tota penitus euertissent: quæ duo sequebatur incendiũ quasi

cala-

calamitatem cum illis partiturum. Nam quas res illa non attigissent, incendium eas depascens, profus absumpsit, & in cineres redegit. Quæ autem Ciuitatis partes hac clade labefactæ fuerint, & quot mortales incendio & terremotu, sicut verisimile fuit, vastati, quàm præterea graues casus, quamque miri, qui certè nulla dicendi facultate exprimi possunt, id temporis obtigerint, tam luctuoso orationis genere à Ioanne rhetore explicantur, ut cuiusque animum magnopere commouere possint: qui quidem illis commemoratis finem historiæ suæ imposuit. Postremo omnium Euphrasius (cuius mors aliam nouam calamitatem attulit ciuitati) eisdem cladibus oppressus, interijt, ne quisquam reliquus fieret, qui vrbi res prouideret necessarias.

De Euphrasio Euphrasij successore.

CAPVT VI.

Verum salutaris Dei erga humanum genus prouidentia, quæ ante plagam inflictam remedia parare, & gladium iræ suæ clementia demulcere, & cum res in desperationem venerint, suæ misericordiæ quasi fores aperire solet, Ephraimium Orientis præfecturam gerentem, ad curam de vrbe illa suscipiendam, quò nulla res ei deesset necessaria, exsuscitauit. Quem Antiocheni propterea vehementer amplexati, Episcopum suum deligunt. Itaque sedes Apostolica, velut merces & præmium tanræ erga ciuitatem prouidentia ei donata fuit. Ciuitas illa rursus biennio et sex menses post, terræmotibus concussa est. Quo quidem tempore tum Theopolis pro Antiochia nuncupata fuit, tum alijs rebus imperatoris prouidentia locupletata.

De Zosima & Ioanne, qui miraculis claruerunt.

CAPVT VII.

CAeterum quoniam calamitatum, quæ supra positæ sunt, mentionem fecimus, deinceps alias quasdam res planè memorabiles, quas illi, qui easdem videbãt, nobis narrarunt, huic operi adnectamus. Zosima quidem, ge-

περισσε
ως.

ργια

genere Phœnix, ex Sindapago Phœnicię maritimę ortus, (qui pagus non abest Tyro viginti stadia) qui monasticum vitę genus excolens, ita se tum abstinencia à cibis, tum eisdem capiendis, tum alijs virtutibus, quę in eius vita elucebant, Dei gratiam sibi conciliavit, ut non modò res futurus pręvideret, verùm etiam ab omni perturbatione liber & vacuus existeret, cum fortè fortuna cum nobili quodam viro patritio, & prudentia eximio, nomine Arcesilao, qui & præclaris honoris insignibus, & cæteris vitę ornamentis egregiè decoratus fuit, Cæsareę vrbs primarię Palęstine versaretur, ipso temporis articulo, quo Antiochia cecidit, subito ingemiscere, graviter lamentari, & suspiria ex intimo pectore ducere cępit, tantamque vim profudit lachrymarum, ut terram madefaceret: deinde thuribulum posulat, & toto Choro, in quo simul constiterunt, thuris incensu nidore perfunctus, se prosternit humi, precibus & orationibus Deum placaturus. Tum Arcesilao sciscitanti, quid esset, quod eum tantopere conturbaret, liquidò respondit, fragorem ruentis Antiochię iam tum eius auribus circumsonuisse: adeò ut Arcesilaus, & alij, qui forte aderant, præ admiratione oblitupescentes, ipsam horam, qua res gerebatur, literis mandarent, reperirentque postea ita se habuisse, uti Zosimas declarauerat. Sunt & alia complura ab eo edita miracula, quarum maximam partem silentio præteriens (quippe vix aut ne vix quidem numerari possunt) quędam hoc loco percernebo. Eodem tempore, quo Zosimas in magna nominis celebritate, & pari cum Zosima virtutum excellentia præditus vixit Ioannes, in Chuzica Laura, (qui locus positus est in extrema valle ad aquilonarem partem vię regię, quę Hierosolymis rectà ducit ad urbem Iericho) vitamque monasticam eamque à rebus terrenis quasi penitus sece tam & liberam degit, & vrbs Cæsareę, quam diximus, episcopatum procuravit. Hic Ioannes Chuzubites, postquam vxori Arcesilai, de quo supra locutus sum, alterum oculum radio effossum audivit, propere ad illam cõtendit, plagam, quam acceperat, conspiciaturus. Vbi autem vidit pupillam penitus excidisse, & oculum sede dilapsum, curdam ex medicis, qui eò commearant, mandat, ut spongiam afferat, oculumque dilapsum in sedem, quam commode posset, in-

ducat,

ducat, & spongiam appositam fascioli alliget. Arcesilaus verò aberat: si quidem id temporis fuit cum Zosima, in eius monasterio, quod est locatum in oppido Sindena, quod Cæsareę abest ad summum quingenta stadia. Cum maxima igitur celeritate itur ad Arcesilaum, ut de his rebus certior fieret. Arcesilaus forte cum Zosima confidens, sermonem cum eo contulit. Quibus rebus nuntius, flebiliter eiulare, vellere capillum, dilacerare, & eundem cœlum versus iacere cępit. Zosima verò causam roganti, Arcesilaus, quid acciderat, laments & lachrymis crebris interpositis, exponit. Itaque Zosimas illo relicto, solus ad cubiculum propere accurrit: in quo Deum, sicut fas est id genus hominibus, familiariter compellat. Paulò post egressus ad Arcesilaum, gestiens, & modestè ridens dixit abito domum lætus, abito: gratia Chuzubitę tributa est: vxor tua sanata: vtrumque oculum habet integrum: nam calamitas ista nihil ei potuit adimere, quandoquidem ita Chuzubitę placuit. Quę duo miracula ab vtrisque illis iustis viris vno eodemque momento edita fuere. Porro isti Zosimę iter quodam tempore Cæsaream facienti, secumque asinum, cui res quasdam sibi necessarias imposuerat, ducenti occurrit Leo, & asino Zosimę abrepto, discedit. Zosimas per syluam vsque eo insequitur, quoquid Leo, voratis asini carnibus, satur esset. In quem hilari vultu & subridenti intuitus, dixit. At verò, ò amice, iter iam mihi penitus interruptum est: quippe cum annis plurimis onustus sim, & ætate admodum prouectus, nec valeam ea, quę a sino erant imposita, humeris portare. Quare tu hoc onus contra naturam tuam consuetudinem gestes, necesse est, si modo Zosimam ex hoc loco discedere, volueris: postea autem ad pristinam feritatem naturamque propriam redibis. Tum Leo, furoris profus oblitus, subblandiri, & placidus extemplo ad Zosimam accurrere, & ipso corporis habitu obsequij significationem dare cępit. Cui Zosimas onus quod asinus gestauerat, imponit, eumque ad portas vsque Cæsareę deduxit, quò declararet tum virtutem & potentiam Dei, tum quòd omnia tam diu hominibus inferuiant ottemperentque, quamdiu secundum eius voluntatem vit-

Na iust-

E V A G R . H I S T O R .

institimus, & gratiam nobis donatam neutiquam deprauamus. Verum ne pluribus commemorandis sim longior, reuertar eò, vnde deflexit oratio.

De calamitatibus quæ passim occurrerant.

Caput VII.

Iustinus adhuc imperium administrante, oppidum, quod iam Dyrrachium, olim Epidamnus appellatum fuit, terremotu grauiter concussa est. Similiter & Corinthus, quæ est in Græcia sita. Adde his Anazarbum, urbem minoris Ciliciæ primariâ, quæ iam quartò illud cladis genus pertulerat. Quas vrbes Iustinus magna pecuniæ summa suppeditata, refecit. Eisdem temporibus Edessa vrbs Osroenorum amplissima, & beata in primis, vndis scirti torrentis præterlabètis sic obruebatur, vt multa ædificia aquæ impetu abriperentur, & infinita hominũ multitudo, quos flumen secum auexerat, interiret. Edessa igitur & Anazarbus ab ipso Iustino noua nomina accepere, & vtraque vrbs Iustinopolis appellata est.

Quod Iustinus adhuc viuens, Iustinianum qui simul cum ipso regnaret ascieuit.

Caput IX.

Cum Iustinus octo annos, menses nouem, & dies tres reguisset, Iustinianum fororis filium sibi in societate imperij gerendi ascieuit. Qui imperator declaratus fuit primo die mensis Xanthici, id est, Calend. Aprilis, anno quingentesimo, septuagesimo quinto post nomen Antiochiæ impostum. His ita constitutis, Iustinus supremum vitæ diem obiens, ex isto migravit imperio, primo die mensis Loij, id est, Calendis Augusti, qui vna cum Iustiniano menses regnauit quatuor. Totum autem regni sui tempus nouem annos intergrus, & tres dies complexum est. Cum autem Iustinianus iam solus totius imperij gubernacula teneret, & Chalcedonense conciliũ passim per ocs sanctissimas ecclesias mandaro Iustini, sicut ante à me demonstratum est, prædicaretur, adhuc sta-

tus ec-

E C C L E S I A S T . L I B . I I I I . 288

clesiæ cum in alijs quibusdam prouincijs conturbatus fuit, tum maxime Constantinopoli & Alexandria: quando quidem episcopatum Constantinopolitanum administravit Anthimus, Alexandrinum autem Theodosius, qui vterque vnam in Christo naturam inesse asseuerauit.

Quod Iustinianus eos qui Chalcedonense conciliũ approbabant charos habuit, sed Theodora coniunx ipsius, contra fouit illos qui concilio renitebantur.

Caput X.

Quemadmodum Iustinianus episcopis, qui Chalcedoni in vnum conuenerant, & decretis ab illis editis valde conitanter adhæsit: sic Theodora eius coniunx illos, qui vnam in Christo naturam inesse asseuerabant, admodum amplexata est. Siue igitur ita reuera sentiebant (quando enim de fide proposita est controuersia & parentes à liberis, & liberi à parentibus, & vxor à suo marito, & maritus rursus ab vxore dissentit) siue ita, dedita opera, inter eos conuenerat, vt ille eorum, qui duas naturas in Christo Deo nostro post diuinitatis & humanitatis copulationem inesse, hæc eorum qui vnam asserunt, patrocinium susciperet, nam neuter alteri cedebat, ille certe decreta concilij Chalcedonensis valde studiose tuebatur; hæc illis, qui contrariam partem, vnam nimirum inesse in Christo naturam, tenebant, omnibus modis prospexit: & eius opinionis homines, si nostrates essent, beneuolè & amicè complexa est, sin exteri, præmij benignè remunerata: quæ etiam persuasit Iustiniano, vt Severum accerferet.

Quod Anthimum Constantinopolitanum episcopum Severus peruertit, & item Theodosiũ Alexandrinum, quos expellens imperator, alios constituit.

Cap. XI.

Extant quidem adhuc epistolæ Seueri ad Iustinianũ & Theodorã scriptæ: ex quibus intelligi potest, eum in initio, postquã sedem episcopatus Antiocheni deseruerat, iter suum Cõstantinopolim versus distulisse, postea

Nũ 2 tamen

tamen eo se contulisse: scripsisseque se, cum esset Constantinopoli, & cum Anthimo collocutus esset, compersissetque eum eandem secum tenere opinionem, idemque de Deo sentire, persuasisse, ut sedem episcopalem relinquere. Scripsit præterea eisdem de rebus ad Theodosium episcopum Alexandrinum literas: in quibus magnopere gloriatur se Anthimo, ut dictum est, persuasisse, ut eiusmodi dogmata gloriae terrenae & sedi episcopali longè præponeret. Extant porrò Anthimi ad Theodosium de eisdem rebus epistolæ, & Theodosij rursus ad Seuerum & Anthimum: quas ne in librum, qui in manibus est, nimis multas res includere videar præterire animus est, easque relinquere his, qui earum euoluendarum cupiditate incenduntur. Ambo isti episcopi, postquam imperatoris mandatis se opponere, & concilij Chalcedonenfis decreta repudiare cœperunt, suis eicci sunt sedibus, & in sede Alexandrina Zoilus, Epiphanius autem in Constantinopolitana locatus: quò de cætero concilium Chalcedonense in omnibus ecclesijs palam prædicaretur, nemoque illud anathemati auderet addicere, & qui aliter sentirent, hi omnibus modis inducerentur ad ei consentiendum. Nam Iustinianus conscripsit edictum, in quo Severo & alijs eiusdem sectae anathema denuntiavit: eosque qui illorum tuebantur dogmata grauisimis multauit supplicijs, ad eum plane finem, ut ex eo tempore in omnibus totius orbis terrarum ecclesijs nihil omnino resideret discordiæ, sed patriarchae cuiusque dioceseos consensu inter ipsos conspirarent, & episcopi singularum ciuitatum suis obsequerentur archiepiscopis, & quatuor concilia in ecclesijs prædicarentur, Nicænum primum, Constantinopolitanum, Ephesinum primum, & Chalcedonense. Cogebatur etiam quintum concilium mandato Iustiniani: de quo, quæ fuerint consentanea, dicam equidè suo loco. Interea res sigillatim eisdem temporibus gestæ, quæ ad commemorandum præclaræ videantur, huic nostræ historiæ attextendæ sunt.

*De Cabada Persarum rege & Chosroë eius filio,
ex historia Procopij Casariensis.*

Caput XII.

Procopius

Procopius rhetor, à quo res gestæ Belissarij literis proditæ sunt, scribit Cabadem regem Persarum animo instituisse Chosroë filio suo natu minimo regnum tradere, iniuisseque consilium, quo pacto ab imperatore Romano adoptaretur, ad eum plane finem, ut regnum ei eo pacto in tuto collocaretur. Verum cum id nullo modo assequi potuerit, Procli impulsu, qui assiduus cum Iustiano no fuit, eiusque Quæstor constitutus, maiores inimicitiae inter eos & Romanos susceptæ sunt. Porrò autè idem Procopius res, à Romanis & Persis, dum inter ipsos prælijs decertabant, gestas, Belissario tum Orientalium copiarum duce, accuratissime disertissimeque narrat. Ac primum victoriæ Romanorum apud Daras & Nisibin partam commemorat: quo quidem tempore Belissarius & Hermogenes copijs Romanis præfuerunt. Quibus adiungit res in Armenia gestas, & mala illa, quæ Alamúdarus dux Barbarorum, qui Scenitæ vocantur in finibus Romanorum patrauit: qui Timostratû fratrem Ruffini ut à ceteris militibus suis viuum caperet, ac postea, magna pecuniæ summa accepta eos dimisit liberos.

*De Alamundaro & Azeretho, & populi apud
Byzantium coorta seditione, cui nomen à Sym-
boio quod populo dabatur impostum erat, Ni-
ca, hoc est vince. Cap. XIII.*

Incursionem porro in fines Romanorum ab Alamúdarò, de quo dixi, & Azeretho factam, & quo modo cum his in patriam reuertentibus Belissarius coactus ab exercitu suo, in litore Euphratis, ipso die festo Paschatis appropinquante, manus conseruerit, & qua ratione exercitus Romanus propterea quòd consilio Belissarij obtèperare noluit, penitus profligatus sit, & quo pacto Ruffinus & Hermogenes pacem perpetuam (sic enim vocarunt) cum Persis constituerint, tam disertè narrat, ut animos legentium valde commoueat. Quibus adijcit seditionem popularium Constantinopoli constatam, quæ nomen ex tessera populi accepit: quippe Nica, id est, vince, fuit propterea appellata, quòd populus inter se congressus, hanc tessera, Nica, sibi præscripsit, quò alter ab altero intermiseretur.

Nn 3 In qua

EVAGR. HISTORIAE

In qua quidem seditione Hypatius & Pompeius à plebe ad tyrannidem occupandam compulsi, plebe decisa mandato Iustiniani capite multati fuerunt, & in mare proiecti. In qua dimicatione tringinta hominum millia cecidisse memorat Procopius.

De Vandalorum rege Onoricho, & Christianis quorum lingua ab illo enulsa fuerant.

Caput XIII.

AB eodem auctore historiam Vandalorum literis mandante narratur res praclarissime & plane dignae, quae memoriae sempiternae commendentur, de quibus iam dicturus venio. Onorichus, qui post Genzerichum in imperium successit, & haeresi Arianæ addictus fuit, aduersus Christianos, qui Libyam incolebant, maximam exercuit crudelitatem. Nam eos, qui rectam & sanam tuebantur doctrinam, vi coegit ad opinionem Arianam se transferre: & eos qui nequam eius voluntati cedebant, igni incendio & alijs infinitis mortis generibus e medio sustulit: quibusdam vero excidit linguas. Quos quidem Constantinopoli, cum eo profugissent, se oculis aspexisse docet Procopius, & perinde locutos, atque eos, quibus nihil tale accidisset: ac tamen linguæ essent radicibus excisæ, voces articulatim protulisse, & clarè distinctæque locutos esse. Quod quidem miraculi genus fuit, nouum certe & penè incredibile. De quibus in edicto Iustiniani fit mentio: quorum duo, ut idem scribit Procopius, lapsi sunt. Nam ut primò voluerunt cum mulieribus colloqui, vox illis adæpta fuit, nec donum Martyrii amplius cum illis permansit.

De Cabaone Maurusorum duce. Cap. XV.

Aliud præterea miraculum commemorat dignum plane admiratione, quod in hominibus (qui licet id temporis religione à nobis dissentirent, piè tamen se in vita gesserunt) Dei seruationis virtute factum est. Cabaonem narrat Maurusius circiter Tripolim accolentibus præfuisse. Iste Cabaones (Procopij enim verbis

ECCLESIAST. LIB. IIII. 290

his præclare admodum de his rebus differentis vtar) simul atque accepit Vandalos contra se arma tulisse, ista egit. Primum edicit omnibus, qui eius ditioni parebant, vti tum ab omni iniustitia, tum à cibarijs, quæ ad luxum facerent, tum maxime omnium à mulierum consuetudine se abstinerent. Deinde duos valla construxit, in quorum altero ipse vnà cum viris omnibus castra locauit: in alterum mulieres conclusit: minatusque est si quis fortè ad vallum mulierum iret, eum morte multatum fore. Postea missis chartaginè speculatoribus, imperat ista: vt simul atque Vādali in expeditione constituti, templum aliquod à Christianis cultu & veneratione dignatum, turpiter violare aggredierentur, ipsi, quæ facta essent, diligenter considerarent: & cum Vandali ex eo loco discederent, ipsi templum, à quo Vandali abiissent, contra quam fecissent Vandali, purgare cohonestareque conarentur: eumque dixisse fertur, se Deum, quem colebant Christiani, ignorare quidem, esse tamen verisimile, si tam potens sit, quam prædicatur, & vlturum eos, qui ipsam afficiunt contumelia, & qui honore & obseruantia prosequuntur, eos defensurum. Speculatores igitur, cum venissent Chartaginem, dedere operam, vti bellicum Vandalorum apparatus, penitus cognoscerent. Ac simul vt Vandali Tripolim versus iter susceperunt, speculatores habitu vili & abiecto induti, sequuntur. Vandali autem, templa Christianorum, sicut primo die, spoliare aggrediuntur, equos aliaque animalia in ea introducere: nihil denique turpitudinis prætermittunt, aut contumeliæ, sed suam ipsorum libidinem cœperunt & intemperantiam ex plere, sacerdotes, quos prehenderunt, verberibus cedere, lacerare eorum terga, ex illisque complures sibi seruire mandarunt. Vt primum verò inde decessere, speculatores Cabaonis faciunt, quod illis fuit imperatum. Nam statim aggrediuntur templa per purgare, simul & si quid aliud per impietatem ingestum fuit, diligenter educere, omnes accedere cereos, prosequi magna reuerentia sacerdotes, & cæteris humanitatis officijs compleri: pauperibus denique, qui circa templa illa confidebant, pecuniam erogare.

His rebus gestis Vandalos sequi: & ex eo tempore per iter uniuersum: ut Vádali similia conciscere scelera, sic speculatores similibus pietatis officijs perfungi non desisterunt. Vbi propius ad Tripolim ventum est, speculatores auertunt: nuntiant Cabaoni, quæ tum Vandali, tum ipsi in Christianorum templa præstitissent, & quod hostes essent in proximo. Quibus auditis, Cabaones parat se ad prælium: in quo magna pars Vandalorum interijt: multi ab hostibus capti, perpauci autem ex eo exercitu domum reuerterunt. Atque hæc quidem plaga à Maurusij Thrasymundo inflicta fuit: qui postquam viginti septem annos Vandalorum gentem rexisset, abijt è vita.

De Belisarij contra Vandalos expeditione, & eorum internitione. Cap. XVI.

Est apud eundem scriptorem, Iustinianum misericordia erga Christianos, qui in illis locis miserè affligebantur, adductum, bellum indixisse Vandalis, sed hortatu Ioannis, qui aulæ præfectus fuit, à proposito destitisse. postea tamen per visionem, quæ ei apparuit, admonitum, ut eam expeditionem suscipere non tardaret. Nam iniurias Christianis illatas vlciscendo, esset Vandalos omnino profligaturus. Hac igitur visione animatus, septimo anno imperij sui, Belisarium ad bellum Charragini contra Vandalos gesturum mittere statuit. Naui igitur prætoriam, in qua traiceret Belisarius, circiter æstiuum solstitium ad litus, quod ante palatium est, appellit Epiphanius, qui tum episcopus Constantinopolitanus fuit, de more precari, nonnullos ex militibus baptismi lacro tingere aggreditur, postremò eos ad nauem prætoriam deducit. Commemorantur præterea ab eodem auctore nonnulla de Cypriano martyre, quæ sunt huic nostræ historiæ valde accommodata, sic enim scribit. Cyprianum, virum sanctissimum Charraginenses ad vnum omnes in primis colunt: cui templum plane memorabile extra urbem ad litus maris extruxerunt: eumque cum alijs pietatis officijs venerantur, tum festum diem, quæ Cypriana vocatur, quo-

quotâuis celebrât. Atque nauis tēpstatē quæ solet incidere eo ipso tēpore quo Libyes hoc festum celebradū statuebât, huius nominē cuius mētionem nuper feci nūcupare solēt. Istud templum Vádali, regnante Onoricho, Christianis vi abstulerunt: indeque Sacerdotibus cum ignominia expulsi, de reliquo Arianis, utpote ad eorum ius pertinens, reddiderunt. Ex quibus rebus cum Libyes magnam egritudine & angorem animis caperēt, fertur Cyprianum illis secundum quietem sæpe apparuisse: dixisseque Christianos non debere ob eam causam in mœrore & solitudine esse. Se enim post aliquod temporis spatium eam iniuriam vindicaturum, quæ prædictio temporibus Belisarij expleta fuit, nam idem Cyprianus martyr prædixerat, Charraginē, post nonagesimum quintum annum, quo à Vádalis capta & excisa fuit, in potestate Belisarij ducis exercitus Romani venturū, & Vandalos omnino expugnatos fore, & opinionem Arianam ex finibus Libyæ profusū relegatum iri, & Christianos sua templa recuperaturos.

De manubijs quæ ab Aþrica venerunt.

CAPVT XVII.

Ab eodem porro auctore literis proditum est, Belisarium, postquam Constantinopolim, profligatus Vandalis, reuertit, spolia & captiuos, circum urbem duxisse, ipsumque Gelimerem Vandalorum ducem, triumpho ei decreto, per circum vndiq; vexisse, quæ omnia admiratione planè digna fuere. Inter quæ, spolia, monumenta erant admodum preciosa, Genzerichi nimirum: qui quidem palatium Romanum id temporis, sicut antè narraui, diripuerat, cum Eudoxia coniunx Valentiani Imperatoris Romanorum versus occidentem habitantium, Maximini opera & virum amisit, & ob castimoniam contumelijs affecta, Genzerichum accersuit, cui pollicita est se urbem prodituram. Eo tempore igitur Genzerichus, Roma incensa, Eudoxiam vnâ cum filiabus in Vandalorum regionem abduxit. Eodem tempore etiam vnâ cum alijs monumentis, eripuit ea, quæ Titus filius Vespasiani, Hierosolymis subactis, Romam deportauerat: id est, monumenta, quæ Salomon Deo quem eximie colebat cōsecrauisset. Quo Iustini-

EVAGR. HISTORIAE

nus ad honorem Christi, Dei nostri, illustrandum remisit Hierosolymam: in qua re certè pietatis in Deum, cui ante illa dedicata fuissent, sedulò vti par erat, officio perfunctus est. Eodem quoque tempore, memorat idem Procopius, Gelimerem humi proiectum in circo coram Iustiniani Imperatoris sella, in qua sedebat, res, quæ ibi gerebatur, spectaturus, suo & patrio sermone illud diuinum Salomonis prouerbium, vanitas vanitatum & omnia vanitas, recitasse.

Zecles. 1.

De Phœnicibus qui à Iosue filio Naue fugerunt, & Theodorico Gotto, & ijs quæ illo regnante Romæ vsque ad Iustiniani tempora contigerunt, & quòd Roma in potestatem Romanorum Vittige ab ea discedente denuò redacta est.

Caput XVIII.

Aliam item rem gestam narrat idem historicus, quæ ad suam ætatè literis minimè mandata fuit, valde tamen memorabilis, & omnem prope superans admirationem. Sic nanque scribit: Maurisios, gentem Libyæ, eiectos Palæstina, in Libyam demigrasse. Hos verò Gergesæos, Iebusæos, est reliquas gentes, quas sacra memorant eloquia à Iosue filio Naue expugnatas. Remque ita se habere, argumentum capit ex epigrammate, quod literis Phœnicū conscriptum ait se legisse: illud autem prope fontem esse, in quo loco duæ extant columnæ ex albo lapide fabricatæ, in quibus incisa sunt hæc verba: NOS SYMVVS, QVI A FACIE IOSVE LATRONE, FILIO NAVE FUGERIMVS. Ad hunc modum igitur hæc res fuere consopitæ, cum Libya denuò Romanis pareret, & tributa quotannis, vt ante confueuerat, pensitaret. Festur porò Iustinianum centum & quinquaginta ciuitates, quarum pars penitus deleta fuerunt, pars non paruas ruinas perpessæ, in integrum restituisse: & tam eximio splendore, tantis ornamentis, tam præclara ædium

ECCLESIAST. LIB. IIII. 292

ædium tum publicarum, tum priuatarum fabricatione, tam amplis mœnibus circumdatis, alijsque egregijs ædificijs, quibus tum vrbes exornari solent, tum sacrū numem coli, denique tam multis aquarum ductibus ad vsum partim, partim ad pulchritudinem accommodatis, quorum huiam primum, cum ante non suppetcerent ciuitatibus, in eas derivati, illi ad pristinum statum denuò redacti fuerunt, eas illustrasse, vt nihil fieri posset magnificentius. Iam verò, res, quæ in Italia gestæ erant, commemoraturus venio: quæ etiam ab eodem Procopio rhetore aliquoufque sunt scriptis perspicuè prodita. Simul atque Theodorichus, vti supra demonstratum est, Romam cepit, Odoacro Tyranno penitus profligato, & administratis ad tempus imperij Romani gubernaculis, sinem viuendi fecit, Amalanthia eius coniunx, reip. procurationem pro Astalarico filio, quem Theoderichus ab ea susceperat, capessit, & imperium sic gubernat, sicque eius prospicit rebus, vt ad virilem grauitatem quam proximè videretur accedere. Hæc primum induxit Iustinianum, vt bellum contra Gotthos suscipere magnopere cuperet, legatosque ad eum de insidijs sibi comparatis misit. Atque cum Astalarichus, dum adhuc valde tenera ætate esset, è vita abijisset, Theodatus cognatus Theodorichi imperio occidentis potitur. Qui, simul vt Belissarius à Iustiniano ad partes occidentales missus fuit, ideo cessit imperio, quòd & literis potius operam nauaret, & vsu belli gerendi minimè valeret: quo quidem tēpore Vittiges, vir bellicosissimus, copijs Romanorum versus occidentem præfuit. Ex historia Procopij præterea intelligi potest Vittigem, Belissario in Italiam aduentans Roma decessisse: Belissarium autem cū exercitu suo Romam venisse: quem Romani, portis patefactis, libentissimè in urbem receperunt: quippe Siluerius Pontifex hoc perfecerat, miseratque ea de re Fidelium, curatorem Astalarichi ad Belissarium. Ciuitas igitur Belissario sine pugna tradita est, & Roma denuò Romanis subiecta, post annos sexaginta, quibus à Gotthis occupata fuisset, nono die Apellari, hoc est ad quint. Id Decembris, vñdecimo anno imperij Iustiniani. Scribit item Procopius, quòd Gotthis iterum Romam ob-

*Amadas
muthan
alijs
Astalaricus legit
Cusp.*

nam ob-

EVAGR. HISTORIAE

mam obsidentibus, Belissarius, quoniam Silverium Pontificem suspectum habebat de prodicione, eum in Græciam relegavit, Vigiliumque constituit Pontificem.

Quod Eruli qui dicuntur, Iustiniani temporibus Christi fide initiati sunt.

CAPVT XIX.

Idem temporibus, vti idem scribit Procopius, Erulos, qui tempore, quo Anastasius Romanum rexit imperium, Danubium traiecerunt, à Iustiniano benignè & humanitus tractatos, & magna pecuniæ vi ab eodem donatos; omnes ad vnum religionem Christianam recepisse, agrestemque vitæ consuetudinem, ad mansuetiorem ciuilioremque commutasse.

Quod rursus Romam, sub Gottis cum fuisset, Belissarius iterum in libertatem asseruit.

CAPVT XX.

Narrat porro idem author, Belissarium rediisse Constantinopolim, & Vittigem cum spolijs Roma secunda deportatis eò deduxisse, Totilamque Romano potitum imperio, & urbem rursus in Gothorum venisse potestatem: quinetiam Belissarium secundo in Italiam profectum, Romam recuperasse, eundemque, bello cum Medis suscepto, ab imperatore Constantinopolim iterum accessitum.

Quod etiam Abasgi iisdem temporibus Christianæ fidei mysterijs imbuti sunt.

Caput XXI.

Memorat præterea idem Scriptor Abasgos ad mitius humaniusque vitæ genus traductos, eisdem temporibus fidem Christianam recepisse: Iustinianumque Imperatorem, quendam ex Eunuchis aulicis, Abasgum genere, nomine autem Euphratam ad eos misisse, qui vetaret, ne cuiquam in ea gente, quasi vi illata naturæ, testiculi exciderentur. Nam qui cubiculis Imperatorum inseruiebant, quos vulgò vocant eunuchos, per sepe ex ea gente sumi consueverunt. Per idem tempus Iustinianus, templo Deiparæ apud Abas-

ECCLESIAST. LIB. IIII. 285

Abasgos ædificato, Sacerdotes illis designauit: à quibus Christianæ religionis dogmata accuratissimè didicerunt.

Quod qui Tanaim incolunt, eodem tempore Christi fidem amplectati sunt, & de terra quassationibus que per Græciam & Achaiam euenerunt.

Caput XXII.

EST porro ab eodem historico scriptis mādatum, eos qui circiter Tanaim habitāt (Tanaim autem appellant indigenæ amnem illum, qui ex Meotide Palude in Pontum Euxinum influit) orasse Iustinianum, vti episcopum ad ipsos mitteret. Iustinianum autem diligenter, quod erat ab illis rogatum, perfecisse, libentissimoque animo ad eos misisse episcopum. Idem author docet, idque valde diferte, Gotthos, regnante Iustiniano, ex Meotide in fines Romanorum excursions fecisse: ingentisque terræ motus accidisse in Græcia, Bœotiam quoque, Achaiam, & loca circa sinum Crissæum cōcussa, regiones infinitas vastatas, vrbes ad terram deturbatas, & hiatus multis in locis contigisse, qui in vnū denuò in aliquibus locis coiuerunt: in nonnullis locis, aperti mansere.

De Narfa Ductore exercitus, & eius erga

Deum pietate.

Caput XXIII.

Scribit etiam Procopius expeditionem Narfis ducis à Iustiniano in Italiam missi, & qua ratione Totilam deuicerit, & postea Tejam, & quemadmodum Roma iam quinto capta fuerit. Commemoratum est porro ab his, qui vnā cum Narfe fuerunt, dum precibus & alijs pietatis officijs diuinum numen placaret, debitumque cultum ei tribueret, sanctam virginem Deiparam ei apparuisse, planeque tempus præscripsisse, quo bellum cū hostibus gereret: atque vt nō prius ad prelium committendum se accingeret, quam cœlitus signum acciperet. Multa alia quoque res à Narfe valde memorabiles gesta sunt. Nam Bufelinum, & Syndualdum expugnauit, multaque loca ad Oceanum vsque, in suam redegit potestatem. Quæ res sunt quidem ab Agathio rhetore literis prodite, nōdū tamē ad nos peruenerūt.

Quod

*Quod Chosroes propter secundas Insiniani res inuidia
labescens, contra Romanos exercitum eduxit;
ac plurimas ciuitates deleuit, inter quas
Antiochia magna vna fuit.*

Caput XXIII.

Literis est etiam ab eodem Procopio traditum, Chosroem, ubi accepit res tum in Libya, tum in Italia tam prospere successisse imperio Romano, graui inuidiae flamma exarsisse, Imperatori que obiectasse, nonnulla ab eo contra foedus iustum factitata, & pacem inter ipsos constitutam propterea diremptam esse. Insinianum vero primum legatos misisse ad Chosroem, qui illi suaderent, ne pacem, quam sempiternam vocabant, rumperet, neve foedera pacta violaret, sed si quid anceps videretur aut controuersum, amice & beneuole componeretur. Chosroem inuidiae estu, qui in eius animo efferuescebat, furentem, nullam aequam conditionem admisisse, sed magno exercitu collecto, fecisse in imperij Romani fines, decimo tertio anno regni Insiniani, incursionem: Scribit praeterea idem author Chosroem Suru urbem ad litora Euphratis sitam obsidione expugnatam diruisse: qui alia cum illis pacifici videbatur, alia vero, eaque scelestissima in eos admittebat. Quippe nihil, quod paciscebatur, seruauit: atque dolo potius, quam armis vrbe illa potitus est. Eundem item Beroram incendisse, deinde impetum fecisse in Antiochiam, cum iam Ephraimius illius episcopatum gessit: qui quidem urbem propterea reliquit, quod nemo ex speculatoribus quos emiserat ad ipsum reuertit. Cuius prouisione Ecclesiam, & omnia ad eam spectantia seruata dicuntur. Nam eam sacris monumentis yndique ornauit, uti eo pacto ab hostium uolentia redimeret. Quin est apud eundem scriptorem acri quodam orationis genere ad animos legentium commouendos commemoratum, qua ratione idem Chosroas Antiochiam ceperit, & quod omnia in ea ferro & igne vastarit, & quo modo deinde uenit Seleuciam, & Daphnem eius suburbium, & postea Apameam, cuius Ecclesia administrauit Thomas: uir non doctrina modo, Sed recte factis etiam

etiam facile praestantissimus. Qui forte vna cum Chosro certamen equorum in circo spectare (licet hoc ecclesiae canon vetaret) neuiquam recusauit: quod propterea ab eo factum est, uti omnibus modis Chosrois furorem molliret mitigaretque. Quem percunctanti Chosroi, uellet ne eum in sua uidere ciuitate, respondisse ferunt uere & ex animo, nolle libeter eum ibi uidere. Quod et dictum Chosro admiratū esse, hostemque ueritatis causa, uti merebatur, admodum amplexatum.

*De miraculo quod Apamea; honorabilis uinificij,
crucis ligni uirtute editum est.*

Caput XXV.

Sed quoniam in hunc sermonem nostra delapsa est historia, miraculum, quod Apamea factum fuit, quodque huic nostro operi est ualde accommodatum, commemorabo. Ut primum Apameenses intellexere Antiochia igne incensam, Thomam, quem dixi, rogabant, ut salutare uitaleque lignum crucis, licet consuetudo id minime pati uideretur, in medium proferret, inque omnium oculis statueret, quo iam cum supremum uitae diem uiderentur obituri, illud contemplantur, amplexarenturque, utpote in quo sola hominum salus posita esset: atque adeo ad alteram uitam iam profecturi, crucem uenerandam haberet pro uiatico, quae possit eos ad meliorem locum incolumes peruehere. Itaque Thomas facit, quod rogatum est, certisque diebus ad eam rem praestitit, uitale crucis lignum profert, uti omnes vicini ibi in unum conuenire possent, & salutis inde promanantis participes fierent. Eo etiam parentes mei una cum alijs commearunt, meque id temporis ad scholam euntem secum duxerunt. Postquam uero data nobis fuit potestas honorata crucem adorandi amplexandique, Thomas sublaris manibus, lignum crucis, quo uetus peccati maledictio deleta fuit, torum sanctuarii circumiens (uti in statis adorationis diebus fieri solebat) omnibus ostendit. Ad Thomam de loco in locum progredientem ingens flamma ignis splendescens, non ardentis sequebatur, adeo ut totus locus, in quo consistens uenerandam crucem populo ostendebat, conflagrare uideretur. Atque hoc factum est non semel, aut iterum, sed saepius, cum Thomas omnem illum locum circuiret, & populus congregatus eum, ut illud fieret, rogaret. Quae res salutem,

Salutem, quæ postea Apameensibus contigit, præsignificavit. Ob quam causam imago in restitudine sanctuarij statuta fuit, quæ in inscriptione in basi incisa hoc miraculum illis, qui eiusdem ignari erant, commonstravit, eaq; ipsa imago ad irruptionem ab Adepto & Persis in ea loca factam servata fuit, ac tum una cum sancta Dei Ecclesia quæ ibi fuit, & cum tota vix combusta. Atque hæc res huc quidem habuere exitum: Chosroes autem in ea incurfione, fœderibus violatis, alia præterea, (quoniam ita tum animo suo visum est) admittit scelera leuitati & inconstantia morum suorum admodum consentanea, non tamen viro rationis participi, nedum Imperatori fœderis ratione habenti conuenientia.

De Chosrois contra Edessam expeditione.

Caput XXVI.

IDEM porro Procopius literis mandauit, ea quæ sunt de Edessa & Abgaro à veteribus commemorata, & quem admodum Christus ad Abgarum scripserit epistolam: deinde quo pacto Chosroes altera facta incurfione, Edessam obsidere constituerit, ratus ea se falsa esse cõuicturum, quæ de ea ciuitate omnium fidelium ore ac sermone celebrantur, nempe Edessam nunquam ab hostibus subiugatam fore. Quæ res in epistola à Christo Deo nostro ad Abgarum scripta non ponitur illa quidem, (vti studiosi ex historia Eusebij cognomèto Pamphili, apud quæ hæc epistola ad verbum citata est, intelligere possunt) sed tamen eum exitum consecuta esse à fidelibus non decantatur solum, sed etiam creditur, ratusque eius euentus prædictionem illam veram esse confirmat. Nam postquam Chosroes urbem inuadere aggressus est, quanquam multos in eam impetus fecit, & aggerem adeo ingentem struxerat, vt moenia ciuitatis facile transgredi posset, aliasque complures machinas apparauit, re tamen infecta inde decessit. Sed quem admodum res gesta sit, exponam. Chosroes primum militibus suis imperat, vt magnam struem lignorum, qualiacunque illa essent, ad urbem obsidendam in vnum congerant. Quibus dicto ferè citius in vnum

coacer-

coaceruatis, inque orbem ductis aggerem in meditum iniicit, eumque versus vrbis murum recta dirigit: atq; extruit pedentim, ligno & alia materiei congerie imposita. Tum ita tollit in sublime, & eius altitudine ita moenia superat, vt tela in eos, qui in muro pro vrbis defensione capita sua periculo obijciebant, percommodè iacere possint. Vbi qui obfessi erant, vident aggerem inlar montis vrbis appropinquare, & verisimile esse hostes in eam pedibus ingressuros, primo mane è regione aggeris fossam struere molitur; inque eam ignem iniicere, ad eum plane finem, vti eius flamma ligna aggeris absumpta, ipsum aggerem solo æquarent. Quæ quidem machina confecta, rogoque accenso, neuiquam successit, quod intenderant, propterea, quod ignis erumpere, aëremque ad se admittere non poterat, quo struem lignorum occuparet. Ad extremum igitur cum desperatione debilitati ferè succumberent, sanctissimam imaginem diuinis fabricatam, quam non hominum manus effinxerant, sed Christus Deus Abgaro, quando quidem eum videre cupiebat, miserat, proferunt: eamque in fossam, quam contruxerant, importatam aqua conspergunt: ex qua non parum in rogam ac struem lignorum immitunt, atque diuina potentia fidei illorum, qui istud moliebantur, subsidio veniente, quod ab illis aut fieri neuiquam poterat, iam facile confectum fuit. Nam ex templo ligna inferiora concepere flammam, & dicto citius in carbonem redacta, ad ligna superiora, igne omnia vndique depascente eam transfere. Vbi verò qui obsidione premebantur, vident fumum in sublime erumpere, istam machinam ad hostes ludificandos excogitant. Paruas educunt lagenas, easque sulfure, stupa, & alia id genus materie ad flammam concipiendam apta farciunt: deinde conijciunt in aggerem. Quæ summum, igne ipsa iaciendi vi & impetu accenso, ex se emittunt, quo quidem fumus erumpens ex aggere adeo penitus obscuratus fuit, vt omnes, qui machinæ ignari erant, existimarent fumum illum non aliundè, quam ab ipsis lagenis effusum esse. At verò triduo post, flammula ignis, è terra erumpentes visæ sunt: actum quidem Persæ, qui in aggere pugnabant, intellexere, in quod discrimen deuenissent. Verum Chosroes, quasi diuine virtuti ac potentia re-

o

luctu-

luctaturus, aquæ ductus, qui extra urbem erant, ad rogum deriuat, eumque ita restinguere conatur. Atrogus aquam, velut oleum, sulphur, aut aliud quippiam eorum, quæ facile incendi solent, excipiens, magis magisque exarsit: usque adeo, ut rotum aggerem vastaret, inque cineres prorsus redigeret. Postremo igitur Chosroes de spe penitus deturbatus, cum reuera intelligeret se turpem admodum dedecoris notam propterea subijisse, quod in animum induxerat se deum, quem nos colimus, omnino superaturum, domum cum ignominia reuertit.

De miraculo quod Sergiopolis visum est.

Caput XXVII.

ALiam præterea rem alio tempore à Chosroë Sergiopolis gestam hoc loco commemorabimus: quippe quæ & explicari oratione, & sempiternæ memoriæ reuera commendari debeat. Hanc urbem quoque Chosroes inuadere, eamque obsidione expugnare parat. Ac simul ut mœnia aggreditur, sit vtrinque sermo & colloquium de seruanda ciuitate, conuenitque inter eos, uti sacris thesauris ac monumentis, inter quæ crux à Iustiniāno & Theodoro missa, fuit, vrbs redimeretur. Vbi ista fuere ad Chosroem apportata, percunctatur à sacerdote & Persis, qui cum eo ad eam res missi erant, ecquæ alia superessent. Cui quidam eorum, qui verum dicere minime consueuerat, respondet, alia etiam adhuc monumenta restare à paucis quibusdam ciuibus occulta. Relinquebatur autem ab his, qui thesauros & monumenta attulerunt, auri argentiue prorsus nihil, sed alterius cuiusdam materiæ multo præstabilioris, quæ Deo omnino dicata fuit: sanctiss. dico reliquias Sergij inuicti, Christi martyris, quæ in capsâ erant oblonga argenti que obducta repositæ. Itaque postquam Chosroes his verbis persuasus, totum exercitum ad urbem excidendam dimiserat, de repente in ipsis mœnibus magna hominum multitudo clypeis munita visa est ciuitatem propugnare. Quam qui erant missi à Chosroë, conspicati reuerterunt, ac tum multitudinē, tum armaturam admirati, ad Chosroem rem referunt. Vbi autem rursus certior factus est pau-

est paucos admodum in vrbe remanere, eosque vel ætate exacta esse, vel tenera & immatura (quippe omnes, qui firma fuere ætate & robusta, è medio sublati erant) pro certo nouit illud miraculum à sancto martyre editum: & propterea metu percussus, admiratusque Christianorum fidem, domum reuertitur: quem ferunt sub extremum ætatis tempus, diuino regenerationis lauacro tinctum fuisse.

De pestilente morbo. Caput XXVIII.

IAM venio narraturus historiam nunquam antea memoratam proditam de morbo, qui quinquaginta duos annos inter homines grassatus est, & ita inualuit, ut vniuersum orbem terrarum depasceret. Nam biennio post Antiochiam à Persis captam, pestifer morbus in eam inuasisse dicitur, in nonnullis rebus ei, qui à Thucydide describitur persimilis, in alijs quibusdam, ab eo multum discrepat: initium cepit in Aethiopia, sicut & ille, qui à Thucydide commemoratur, orbemque terrarum vniuersum, deinceps peragravit: neque quisquam mortalium fuit, qui eius effugerit contagionem. Ac nonnullas vrbes usque eo opprimebat, quoad eas omnibus suis habitatoribus orbasset: cum alijs autem, quas fortè occupauit, lenius egit & mitius. Neque certo definitoque tempore grassari cepit, neque rursus cum grassaretur, simili ratione & modo desijt: quippe nonnulla loca ineunte hyeme, alia sub finem veris, media ætate quædam, alia autumnoprogreddente occupauit: & quibusdam in locis cum partem vrbis attigisset, reliquas deseruit. Ac non raro licebat videre in ciuitate morbo illo laborante, quasdam familias prorsus extinctas: interdum verò vna & altera familia interempta, reliquam urbem integram incolentemque mansisse. Quinetiam familiæ, quæ integræ manserunt, sicut accurata obseruatione comperimus, sequenti anno solæ morbo vexabantur. Atque quod est omnium maximè mirandum, si qui fortè vrbes infectas incolentes ad alia loca, quæ morbus minime inuaserat, demigrarent, illi soli morbo opprimebantur; licet ex ciuitatibus infectis ad alias integras se, quò vitæ consulerent, transfuissent. Atque hæc quidem calamitas

ratis circularum conuersionibus, quos $\epsilon\omega\upsilon\mu\epsilon\sigma\tau\epsilon\omega\nu$ vocant, saepe tum in vrbes, tum in alia loca peruasit: sed tamen maxima omnium pernicijs secundo anno circuli, qui spatium quindecim annorum complectitur, in homines perlasa est: adeo vt me, qui ista literis prodo (placet enim eam historiam attexere, vt res, quarum aliam alijs apposita conueniunt, coniungam) me inquam dum scholas adhuc frequentarem, in initio huius contagionis abscessus illi, qui in inguine nasci solent, occuparent. Accidit quoque, vt morbo isto varijs grassante modis, tum complures ex liberis meis, tum coniugem, tum permultos cognatos partim in vrbe, partim in agris degentes amitterem, prout circuli $\epsilon\tau\tau\upsilon\mu\epsilon\sigma\tau\epsilon\omega\nu$ calamitates istas mihi distribuerant. Cum autem ista scriberem, quinquagesimo octauo anno scilicet aetatis, non biennio ante, morbus iste quater Antiochia occu-
 pauerat: ac cum iam quartus ad initio circulus dilapsus esset, praeter liberos, quos supra posui, filiam praeterea & nepotem perdidit. Morbus vero iste, ex varijs morborum generibus compositus fuit. Nam in nonnullis hominibus a capite primum exorsus, oculos cruentos, vultumque tumidum reddidit: deinde in guttur delapsus est, & quemcunque occupavit, e medio sustulit. Alijs fluxus alui contigit: quibusdam abscessus in inguine exorti, indeque febres in primis ardentes, adeo vt biduo, ad summum triduo mortem obirent, perinde tum animo, tum corpore affecti, atque illi, quibus nihil mali accidisset. Alij de mentis statu derurbati, vitam edidere: quinetiam carbunculi e carne erumpentes multos extinxere. Euenit etiam interdum vt qui semel atque iterum hoc morbo correpti, euasissent, rursus eodem oppessi, interiret. Quod autem ad rationem morbi contrahendi attinet, ea sane tam varia fuit, vt nulla possit oratione explicari. Nam alij solum vna versando, pariterque vitam degendo fuere infecti. Alij tangendo duntaxat, & in eandem domum ingre-
 diendo: alij in foro: non pauci, qui ex vrbibus contagione infectis fugientes, integri manebant, sanis & valentibus morbum impertierunt. Alij qui cum aegrotantibus versabantur, & non modo aegros, sed etiam mortuos attingebant, non omnino in morbum inciderunt. Alij, quibus tamen propter li-
 bero-

ΕΟΥΣ
 VES.

berorum, aut necessariorum iterum, in optatis fuit, morte occumbere, & maxime ob hanc causam se aegrotantibus ad miscuere, tamen perinde ac si morbus eorum aduersaretur voluntati, neutiquam eo occupati sunt. Morbus autem, vt ante a me dictum est, totum orbem terrarum iam ad spatium quinquaginta duorum annorum depastus est, omnemque morbos, qui vnquam extitissent, longè superauit. Philostratus autem demiratur pestem quae sua aetate viguit, ad quindecim annos continuatam esse. Verum quae futura sunt hominibus incerta sunt & incognita, eoque voluntur, quo Deo, qui & causas rerum, & quorsum tendant, cognoscit, visum est. At iam eo redeamus, vnde deflexit oratio, & ceteras res gestas Iustiniani deinceps persequamur.

De inexplebili Iustiniani pecunia cupiditate.

Caput XXIX.

In Iustiniano vero tam inexplebilis fuit pecuniae cupiditas, & tam turpis atque adeo absurda rerum alienarum appetitio, vt omnia subiectorum bona his, qui magistratus administrabant, qui tributa colligebant, qui nulla de causa insidias hominibus struere volebant, ob auri amorem vendiderit. Complures, imò vero innumerabiles, qui multa bona possidebant, causa falsa commentitiaque conficta, omnibus fortunis multauit. Quod si quae meretrix oculis cupiditatis ad alicuius bona adiciens, consuetudinem se vllam cum eo vel coniunctionem habuisse simularet, statim omnia iura ac leges, modò Iustinianum turpis lucri socium constitueret, eius causa euersa iacuerunt, facultatesque omnes illius, qui falso in crimine adductus erat, fuerunt in eius domum translatae. Erat porro tam largus in pecunia eroganda, vti multa sancta & magnifica templa in multis locis extrueret, aliaque sacra aedificia, quibus tum viri, tum mulieres, & aetate tenera, & exacta, tum, qui varijs morbis vexabantur, sedulo accurarentur, aedificaret, magnamque seorsum colligeret à suis pecuniarum vim, vnde ista perficerentur alia denique infinita exequeretur opera, quae sane pia Deoque accepta essent, si modò vel ille, vel alij, qui talia moluntur,

Philostratus diu ante hunc morbum vixit, & ei propria rea fuit incognitus. Idcirco magis miratur pestem illam suam te poris. quod si hunc morbum vidisset, non fuisset ea peste tanto opere miratur. Sed quae sunt, ea sunt, cuique ignota sunt.

de suis ipsorum bonis efficienda curarent, suarque vitæ actiones vacuâ à sceleris labe, tanquam hostiam deo offerrent.

De sanctæ Sophiæ sanctorumq; Apostolorum templo eminentissimo.

Caput XXX.

Idem Iustinianus Constantinopoli cum alias multas sacras ædes pulcherrimo artificio elaboratas deo & sanctis erexit, tum insigne illud & præ cæteris eximium ædificium, amplissimum dico, Sophiæ templum, extulit, quod quidē tale fuit, quale non aliquando visum fuisset, quodq; ornatu & splendore adeo excelluit, uti nulla dicēdi vi facile explanari posset. At ipse tamen illud pro virili describere conabor, Testudo sanctuarij quatuor fornicibus i sublimē erecta: & ad tantā sublata altitudinē, ut ad eius hæmisphærij fastigium acies eorum, qui infra ad basin consistentes, oculos sursum tollebant, egrè penetrare posset: & qui supra stabant, etiam si valde essent animosi, despiciere neutiquam auderent, oculosve ad basin deijcerē. Fornices à solo vsq; ad tectum (vsque eo namque eriguntur) penitus vacant. In dextro templi latere, sunt homini ingredienti ad Lavam columnæ ordine locatæ, quæ ex lapide Thessalico confectæ sunt, sunt etiâ alta tabulata alijs colūnis similibus sustulata, in quibus, si qui volunt, mysteria peracta videre possunt. In illis quoque imperatrix, diebus festis, dum sacrosanctæ mysteriorum celebrationi interesset, assidere solet. Quæ quidem partim versus orientem solem, partim occidentem versus sic diriguntur, ut minimè impedimēto sint, quod minus amplitudo talis operis spectari queat. Porro autem porticus eorundem tabulatorum, quæ infra columnis parvisque fornicibus operis extremitates ambiunt. Verum quo magis admirabilis ædificij fabrica velut ante oculos cuiusque versetur, visum est hoc loco intexere quot pedes eius longitudo cōtineat, quot latitudo, quot altitudo: & de fornicibus eodem modo, quot pedes vacuus eorum complectatur ambitus, quot denique eorum altitudo. Sic igitur se habent.

Longitudo à porta, quæ è regione sacræ conchæ, in qua incruentum offertur sacrificium sita est ad ipsam concham vsq; pedes continet CLXXX. Latitudo à parte septentrionali ad borealem, pedes CXV. Altitudo ab ipso puncto in vertice hæmisphærij ad solum vsque, pedes CLXXX. Latitudo autem cuiusq; fornicis pedes habet LXVI. Longitudo totius templi ab oriente ad occidentem, pedes CCLX. Latitudo verò τῶν ἡμισφαιρῶν illius pedes continet LXXV. Sunt præterea versus solis occasum aliæ duæ porticus valde eximie, & atria vndique sub dio posita. Ab eodem porro Iustiniano ædificatum est templum sanctorum Apostolorum, quod omnium facile primus fertur in quo imperatores & sacerdotes sepeliri solēt. Verum de ijs rebus ista hæcenus.

De amentia potius quàm amicitia Iustiniani immoediè fauentis Venetorū factioni.

Caput XXXI.

DE alio item Iustiniani factio mihi dicendum est, quod quidem siue ex naturæ vitio, siue ex formidine & timore ortum sit, non habeo dicere, eius tamen generis fuit ut omnem belluinam immanitatem longe superaret, duxit autē initium ab ea seditione populari, quæ Nica, hoc est vince, vocant. Placuit Iustiniano ita vehemēter in alterâ factionem eorum, qui Prasini dicuntur, animo propendere, ut impunè possent ipsa meridie, in media ciuitate aduersarios trucidare, & non modò non poenâs metuerent, verum etiam dignarentur honoribus, adeo ut inde multi homicidæ existerent. Licebat autem illis in ædes alienas irrumpere, thesauros diripere in illis reconditos, hominibus suam ipsorum salutem ac vitam diuendere. Et si qui magistratus illos cohibere moliretur, suo ipsius capiti creauit periculum. Vnde certe vir quidam, qui gessit in oriente magistratum, quoniam nonnullos eorum, qui rebus nouis studebāt, neruis coercere voluit, quo modestiores efficerentur, per mediam urbem circumductus fuit, neruisque grauiter cæsus. Callinicus porro præfectus Ciliciæ, cum duo Cilices, Paulus & Faustinus, homicidæ vtrique,

in eum impetum facerent; occidereque in animo haberent, quoniam poena ex legibus constituta eos multauit, in crucem actus est, hocque supplicio pro recta conscientia & legum obseruatione affectus. Inde factum est, ut qui alterius erant factionis, cum à domicilijs suis fugissent, & à nemine vsquam exciperentur hospitio, sed velut scelera vbique exagitantur, tendere insidias viatoribus, compilare, caedes facere coeperunt, vsque eo uti omnia loca nece immatura, direptione, & reliquis id genus maleficijs redundarent. Interdum animo in contrariam sententiam mutato, eius generis homines interfecit, legumque permisit potestati etiam eos, quos antè passus fuisset more Barbarorum in ciuitatibus impia scelera consciscere. Sed ad ista sigillatim persequenda, mihi nec tempus suppetit, nec facultas dicendi. Atque ea, quae diximus, satis esse poterunt ad coniecturam de reliquis eius facinoribus faciendam.

De Barsanuphio monacho Cap. XXXII.

Vixere per idem tempus viri plane diuini, qui multis in locis magna edebant miracula, & quorum gloria vbique peruagata fuit. Ex quorum numero erat Barsanuphios, genere Aegyptius. Ille vixit in monasterio prope urbem Gazam, & in carne vitam carni aduersariam degit, adeo ut multa memorabilia ederet miracula. Creditur porro eum in aedícula quadam conclusum aetatem egisse, atque à tempore, quo in eam ingressus est, ad spatium quin quaginta annorum & amplius neq; à quoquam visum esse, neque quicquam alimenti vel aliarum rerum in terra cepisse. Quibus rebus cum Eustochius episcopus Hierosolymorum, minime fidem adhiberet, cumque aedículam, in qua vir ille diuinus conclusus fuit, perfodere constituisset, parum aberat, quin ignis ex ea erumpens omnes, qui cum eo illuc venerant, combussisset.

De Symeone monacho, qui propter Christum se morionem esse simulauit.

Caput XXXIII.

Fuit Eme-

Fuit Emeſa vir quidam nomine Symeones: qui inanis gloriae cupiditate abiecta, quanquam sapientia cuiusque generis, & diuina gratia refertus fuit, tamen his, qui eum minime ignorabant, obliuiscere visus est. Ille maxima ex parte remotus ab aliorum conspectu, vitam transiegit, nec cuiquam omnino concessit potestatem cognoscendi, quando, aut quo modo Deum precaretur, neque quo tempore solus apud se vel abstineret cibarijs, vel eadem capesseret. Interdum verò cum in publica platea, aut in foro versaretur, visus est à pristina viuendi consuetudine deflexisse, imò verò etiam nihil omnino vel prudentiae habere, vel ingenij: quinetiam tabernam aliquando ingressus, esculentis, cum esuriret, & cibis quibuslibet vesceretur. Quod si quispiam inflexo capite eum salutabat, ira accensus, è loco illo celeriter excessit, veritus ne sua virtus à vulgo deprehenderetur. Atque ad hunc modum Symeones, dum esset in foro, se gerere consuevit. Erant tamen nonnulli, quibus sine vlla simulatione se familiarem reddidit. Ex quorum numero vnus forte habuit ancillam, quae stuprata à quodam & grauida facta, cum ab hero heraq; aperte dicere cogeretur, quis hoc fecisset facinus, respondet Symeonem clam cum ea concubuisse: & ab eo concepisse, velleque non iurare modò rem planè ita se habere, verum etiam si opus esset, perspicue probare. Quod cum Symeones accepisset, ita esse assensus est, seque carnem gestare, rem sane quam lubricam. Vbi verò facinus in omnium ore esse coepit, & Symeones propterea non exigua, uti videbatur, subierat notam infamiae, se tum ab hominum oculis subduxit, tum erubescere simulauit. Postquam igitur diem pariendi aduentauit, eaque de more in lecto sedit, labor pariendi tam asperum, tam ingentem, tam denique intolerabilem dolorem ciebat, ut hominem illum in extremum vitae periculum deduceret: & tamen partus minime procefferat. Itaque cum Symeonem, qui eò dedita opera veniret, orarent, ut preces pro illa ad Deum funderet, dixit palam mulierem non prius parituram, quam verè fateretur, quis infantem, quem gestat in utero, procreasset. Quod cum scisset, & verum ostendisset infantis patrem, ex templo infans velut veritate obstetricis munus exequente, ex utero

exilijs. Idem Symeonis à quibusdam visus est aliquando in domum meretricis intrare: qui ostio occluso, solus cum sola diu commoratus est. Deinde ostio refectato, abiit: atque vndique circūspiciens, equis eum videret, auxit magnopere suspicionem, adeo ut qui illum viderent, meretricem ad se accerferent, ab eaque sciscitarentur, quid sibi vellet Symeonis ad eam introitus, tantique temporis mora, Iurat illa se inopia rerum necessariorum, triduo ante illum diem nihil gustasse præter aquam solam: Symeonem autem opsonia, & cibos, & vasculum quoddam vini ad ipsam secum apportasse, & occluso ostio apposuisse mensam, iussisse, ut ecenaret, seque illis saturaret epulis, quippe quæ abstinentia à cibo satis pressa afflictataque fuisset. Quæ cum illis narraffer, reliquias cibariorum, quæ attulerat Symeones, profert. Porro autem idem ipse Symeones, cum terræmotus, qui Phœniciam maritimam conquassavit, appropinquaret (quo quidem tempore Berytus, Biblium, & Tripolis gravissimas patiebantur ruinas) flagello manu sublato, columnarum, quæ erant in foro, complures cædebat, sic vociferatus: consistite firmè, breui nanque estis saltaturi. Itaque quoniam nihil ab eo temerè fieri solebat, illi, qui huic rei gestæ intererant, accurate animo notarunt, quas columnas sine verberibus præterisset: quæ certè non multò post terræ motus violentia concussæ corruerunt. Multæ aliæ res ab eo præterea gestæ fuere, quæ opere separato egere videntur.

De Thomæ monacho, qui eodem modo satietatem fingebat.

Caput XXXIIII.

PER id temporis Thomas quoque vitam austeram in Cœlesyria coluit, qui Antiochiâ profectus est, ut subdium, quod inde quotannis monasterio suo suppeditari solebat, acciperet. Ab ea quidem Ecclesia presbyter fuerat ordinatus. Hunc Anastasius, qui illam procurabat Ecclesiam, quoniam non rarò multum ei facebat molestiæ, in maxilla cædit. Quam rem illis, qui aderant, ægrè ferentibus, dixit neque se ab Anastasio postea accepturum, neque Anastasium daturum. Quæ utraque ita acciderunt. Nam

Anasta-

Anastasio post unum diem mortem oppetiit: Thomas autem in hospitio infirmorum, quod fuit in Daphne Suburbio, dum abiret Antiochia domum, ad vitam immortalem migravit: cuius corpus conditum est in sepulchro, quod aduenis paratū fuit. Vbi verò vno & altero corpore in eodem sepulchro reposito, eius corpus, Deo post mortem illius maximum edente miraculum, illis superiectum fuit (nam ea corpora inde amota longèque depulsa fuere) homines sanctum illum admirati, rem significant Ephræmio. Itaque sanctissimum eius corpus cum solemnitate ac pompa transportatur Antiochiam, ibique in cœmeterio sepelitur: cuius virtute pestis, quæ illic tum grassabatur, sedata est. Ad cuius honorem, Antiocheni diem festū quotannis ad nostram vsque ætatem agere non desierunt. Verum ad institutam historiâ deinceps sermonē transferamus.

De Menæ Patriarcha, & miraculo quod ea tempestate in Hebræi puero factum est.

Caput XXXV.

ANthimo ex sede Constantinopolitana uti supra dixi, eiecto, Epiphanius eū capessit episcopatū, Epiphanius mortuo, successit Menas: cuius temporibus miraculum editum fuit planè memorabile. Vetus fuit consuetudo Constantinopoli, ut si quando multæ admodum particule puri & immaculati corporis Christi Dei nostri superessent, pueri imbuberes, qui scholas frequentabant, accerferentur, easque manducarent. Quod cum factum fuit, filius cuiusdam hominis, Hebræi quidem opinione, arte autem vitrariorij, vnà cum pueris versatus est: qui quidè parentibus percunctantibus ab eo causam moræ, respondit, vti res se habuit, seque cum alijs pueris pariter comedisse. Hebræus bile, furore, & iracundia inflammatus, in clibanum ardentem, in quo vitrum formare solebat, puerū conijcit. Postquā verò mater puerū quaritans, reperire non potuit, passim per totam urbē ibat, Deum cū gemitu obtestans, & flebilibus lamentis se dedens. Triduo autè post, ad ostrū officinæ viri sui consistens, luctu miserabiliter diuexata, nosse puerū cōpelat. Puer, matris vocē, ut agnuit è clibano responsū dat. Mater, effractis foribus, intro irrupit: videt puerū in medijs

carbo-

carbonibus cādentibus consistentem, illa sum ab ignis incendio. Qui cum rogaretur, quo pacto illaesus manserit, mulier, inquit, veste amicta pūrpurea, crebrō ad me venit, porrexit aquam, qua carbonum flammās corpus ambientes extinguerem: cibum denique dedit, quoties esuriebam. Quare ad Iustinianum perlata, puerum cum matre lauacro regenerationis tingendos decernit: patrem autem pueri, qui recusauit in numerum Christianorum ascribi, in Sycis cruci suffigendum curauit. Atque ista qui dem hoc modo.

Qui magnarum urbium id temporis fuerint episcopi. Cap. XXXVI.

Post Menam, Eutyechius ad sedem episcopatus Constantinopolitani ascendit: sedem autē Hierosolymorū obtinet post Martyriū Salustius. Cui successit Helias, Hunc Petrus, Petrum autem Macarius secutus est, imperatore nondū ei suffragante. Qui postea sede sua pulsus fuit. Nā ferebatur eum dogmata Origenis tutatum. Cui in eo episcopatu successit Eustochius. Theodosio porro, vt supra demonstratum est, exturbato, Zoilus, episcopus declaratus fuit Alexandriae. Quo mortuo, Apolinarius sedem illam capessit.

De sancto vniuersali q̄ concilio quinto, & quā ob rem institutum fuerit. Cap. XXXVII.

Post Euphrēmiū, sedes Antiochena Domnino cōcredata fuit. Iam verō cum Vigilius antiquae Romae, & Menas nouae primum, deinde Eutyechius, Alexandriae autē Apolinarius, & Dominus Antiochiae episcopatuū gefit, Iustinianus quintum concilium conuocauit, tali causa adductus. Eustochius, vbi illi, qui dogmata Origenis tuebantur, cum in alijs locis, tum maxime in noua laura (sic enim vocabatur) inualescerent, omnem curam ac studium suum eō contulit, vt eos expelleret. Qui ad nouam profectus lauram, omnes inde eiecit, & tanquam communem perniciem omnium longē fugauit. Illi in varia loca dispersi, multos in suam pellexerunt opinionem. Quorum patrocinium suscepit Theodorus cognomine. Afsidas, episcopus Caesareae, vrbis gentis Cappadocum primariae,

primariae, qui cum Iustiniano assidue versabatur, eique fidelis fuit & in primis necessarius. Cū igitur iste animos nobilium palatium incolentū incendisset contra Eustochiū, remque omni impietate ac scelere plenam asfirmaret: Eustochius mittit Constantinopolim Rufum, qui monasterio Theodosij praesuit, & Cononē abbatē Sabae: qui duo cū ob virtutis suae praesantiam, tum ob amplitudinem monasteriorum, quibus praerant, facile primas inter monachos solitudinem incolentes obtinuerunt. Eos comitati sunt etiam alij illis dignitate non multo inferiores. Hi potissimum de Origenis dogmatis, de Euagrio & Didymo disceptationem instituerunt. Theodorus autem episcopus Caesareae Cappadociae, istos ab ea disceptatione ad aliam traducere cupiens, causam Theodori episcopi Mopsuestiae, & Theodoritis, & Ibae introducit, idque non sine Dei clementissimi prouidentia, qui omnes illas res tam preclare administrauit, ad eum sane finem, vti omnis profana & impia doctrina vtrinque rejiceretur. Primò igitur quaestione proposita, si ne mortuis anathema denunciandum an non, Eutyechius, qui tum aderat, vir in sacris literis exquisitè eruditus, non tamen in numero illustrium (quippe iam tum munere functus est pro episcopo Amasiae respondendi) viuentē adhuc Menam, cum eos qui in vnum coacti erant non solum non sapere, sed desipere potius, animaduerteret, aperte quaestionem illam nulla egere deliberatione dixit. Nam Iosiam regem non modò sacerdotes, qui daemones colebant, quibusque vita adhuc suppetebat, trucidauit, sed eorum etiam sepulchra, qui iam pridem mortem obierant, effodi curauit. Haec ab Eutychio, dicta accommodate omnibus videbantur. Quae cum Iustinianus intellexisset, Eutyechium statim vt mortuus fuit Menas, ad sedem episcopatus Constantinopolitani extulit. Vigilius autem per literas consensit concilio, non tamen interesse voluit. Cum verò Iustinianus à cōcilio iam coacto sciscitaretur, quid de Theodoro, quid de his, quae Theodoritus contra Cyrillum & duodecim illius de fide capita disseruisset, quid denique de epistola Ibae ad Marin Perfam scripta ipsis videretur, vbi multae sententiae Theodori & Theodoriti perlectae erant, perspicueque demonstratum iam pridem Theodorum con-

demnatum fuisse, & eius nomen ex sacris tabulis deletum, & hæreticos post mortem etiam condemnari oportere, non Theodoro solum, verum etiam verbis Theodoriti contra duodecim capita Cyrilli & sanam veramque fidem habitis, & epistolæ Ibae ad Marin Persam scriptæ omnibus, ut dicitur, suffragijs anathema denuntiarent, hæcque proferrent verba. Quoniam à magno Deo & Servatore nostro Iesu Christo, ut est in Euangelij parabola, dictum est, & cæt. Et paulò post, Condemnamus & anathemati addicimus, non solum alios omnes hæreticos, qui sunt à quatuor sanctis prædictis concilijs, & à sancta catholica ecclesia condemnati, verum etiam Theodorum episcopum Mopuestiæ, & impios eius libros, & impia scripta Theodoriti, tum fidem veram, & duodecim sanctissimi Cyrilli de fide capita, tum sanctum concilium Ephesinum primum impugnata, & quæcunque ab eodem Theodorito pro defensione Theodori, & Nestorij literis prodita sunt. Præterea anathemate etiam damnamus impiam epistolam Ibae ad Marin Persam scriptam.

74. *Arti
ex his
intelligi*

Atque alijs quibusdam interpositis, quatuordecim veræ & sincerae fidei capita exposuerunt. De quibus rebus sic actum accepimus. Postquam autem libelli ab Eulogio, Conone, Cyriaco, & Pancratio monachis contra dogmata Origenis Adamantij, & eos, qui huius impietatem & errorem sequebantur, concilio oblato erant, percunctatur Iustinianus à concilio congregato quid de his statueret: adiungit etiam eodem, libelli vnus exemplar, quin etiam literas Vigilij de eisdem rebus perscriptas. Ex quibus animaduerti potest, quemadmodum elaboratū fuerit ab Origine, ut simplicem apostolicorum dogmatum doctrinam Gentilium & Manichæorum zizanij referret. Itaque vbi contra Originem & eos qui in eodem cum illo errore versati sunt, clamores editi fuerūt, res relata est ad Iustinianum per epistolam, cuius pars aliqua his verbis continebatur. Qui animum nobilitatis antiquæ participetenes, imperator Christianissime. Et paulò infra. Fugimus igitur, fugimus istam doctrinam. Nam voces eorum, qui sunt ab ecclesia alieni, non agnoscimus, imò verò si quis talis sit, eum, ut furem & latronem vinculis anathematis,

matris firmè constrictum extra sacra ecclesiæ mœnia eijcimus. Ac post, adiungunt ista. Actorum nostrorum vim, eorum lectione, facile intelliges. His adiungere capita, quæ patroni dogmatū Origenis didicerant: quæ non eorū solum consensum, verum etiam disensionem, atque adeo multiplicem errorem perspicue declararunt. Quorū quintum caput fuit blasphemiarum, quæ ex persona nonnullorum monachorum nouum monasteriorum incolentium proferebantur: quod ita se habet. Theodorus, qui Ascidas dicitur, episcopus Cæsareæ dixit. Si iam apostoli & martyres, qui miracula edunt, in tanto honore sint, quæ tandem erit illis restitutio in vltima carnis restitutione, nisi pares & æquales Christo efficiantur. Recensebantur porro ab illis, qui has res studiose admodum collegerunt, complures Didimi, Euagrii, Theodori, aliæ blasphemie. Post istud concilium, aliquo temporis intervallo interiecto, Eutychius sede episcopatus Constantinopolitani expellitur, Ioānes ex Sirime orrus, (est quidē Sirimis pagus Cynegicæ regionis Antiochiæ finitima) in eius locum surrogatur.

*Quod Iustinianus à recta fidei cultura excidēs, do
mini corpus omnis prorsus corruptionis expers
esse contendebat. Cap. XXXVIIII.*

Eodem tempore Iustinianus à recta sanæ doctrinæ via auersus, & semitam ingressus, quam nec apostoli, neque partes vnquam truerant, in spinas & tribulos delapsus est, quibus ecclesiam farcire instituens, id quod volebat minime est propterea consecutus, quod dominus regiam viam ita firmis munimentis sepeferat, uti homicidæ in eam, perinde ac si paries eius inclinatus, & maceries depulsa fuisset (in qua re expleta est quidem propheta) minime insilirent. Itaque cum Ioannes, qui etiam Cælinus dicebatur, Mortuo Vigilio, antiquæ Romæ, & Ioannes Sirimensis nouæ, & Apolinarius Alexandria, & Anastasius post Dominum Antiochiæ, & Macarius, qui ad propriam sedē iā restitutus fuit, Hierosolymorū episcopatū gubernaret, vbi concilium Origeni, Didymo, & Euagriō post

post Eustochij abdicacionem anathema denuntiauerat, Iustinianus edictum scripsit: in quo asseruit corpus domini non esse obnoxium internectioni, neque affectionum illarum, quae naturaliter insitae sunt, inque nullam incurrit reprehensionem, particeps esse, & dominum eodem modo ante passionem comedit, quo post resurrectionem comedit, & corpus eius sanctissimum nullam conuersionem mutationemve vel ex formatione, quae in matrice facta est, vel ex voluntarijs naturalibusve affectionibus accepisse, imò ne post resurrectionem quidem: quibus opinionibus vt Sacerdotes & Episcopi vbique assentiretur, compellere instituit. At omnes se Anastasij Episcopi Antiochia sententiam expectare respondendo, primum illius conatum depulerunt.

De Anastasio Antiocheno archiepiscopo.

Capit XXXIX.

Anastasio, vir quidem erat cum in sacrarum literarum cognitione apprimè disertus, tum in moribus & tota vitae ratione acèdè exquisitus, vt etiam rerum leuicularum magnam curam haberet, inque illis ne à constanti & stabili animi sui proposito decedere vellet, nedum in rebus maximi momenti & ponderis, & quae ipsam Deum videretur attingere. Quinetiam ita suum temperauit ingenium, vt neque propter lenitatem animi, atque comitatem, nimis facile his rebus, quae minus rationi consentientes erant, cederet, neque propter seueritatem & inclemetiam agrè his, quas recta ratio postulabat, assentiretur. Ac rebus serijs audiendis eius patebant aures, & vt sermone profluens, ita in quaestionibus dissoluendis acutus & perspicax. Rebus autem ineptis & nullius momenti occlusit aures: linguam verò sic quasi freno cohibuit, vt & sermonem ratione moderaretur, & silentium loquela praestabilius efficeret. Istum tanquam turrim imunitissimam oppugnare omni machinarum genere aggressus est, illud scilicet complectens animo, se si istum euerteret, nullo labore ciuitatem totam occupaturum, recta fidei dogmata redacturum rāquam in seruitutem, & oues Christi denique captiuas ab ecclesia abduciturum. Verum Anastasius sic diuina quadam animi celsitate elatus fuit: (nam supra firmam fidei petram constitit) vt Iusti-

Iustiniano per literas suas liberè & apertè cōtradiceret, tū perspicuè admodū, tū diserte ostēderet, diuinos apostolos, & sanctos patres cōfessos esse atq; adeo tradidisse, corpus domini interneccioni obnoxium esse, & affectionū, quae sunt natura in animis impressae, quaeq; reprehensione carent, particeps. Eodè modo etiā monachis Maioris & Minoris Syriae eius de hac resciscitantibus sententiam respondit: oēs confirmauit mentes, ad certamen ineundum praeparauit: in ecclesia denique lectitauit quotidie illam Pauli, vasis electionis, sententiam: Si quis vobis Euangelizauerit, praeter id quod accepistis, etiam si angelus de caelo sit, anathema esto. Quibus omnes, paucis exceptis, assenti, simile studium erga fidei defensionem declararunt. Idem porrò Anastasius cum accepisset Iustinianum velle ipsum in exiliū mittere, scripsit ad Antiochenos oratione qua eorum animos in fide cōfirmaret: quae certe tum ob sermonis elegantiam, tum ob crebritatem, sententiarum, tum ob testimoniorum à sacris literis petitorum frequentiam, tum deniq; ob historiam, quae tam commode in ea narrata est, optimo iure sanè permagnificanda est.

Gal. 1.

*λόγος
σωτηρίας
της πίστεως.*

De Iustiniani morte. Cap. XL.

Verum Iustiniani edictum diuina prouidentia, quae melius nobis prospectum fuit, minime diuulgatum est. Nam Iustinianus, qui Anastasio, & suis sacerdotibus exilium indixerat, ex improuiso perculsus, cum triginta octo annos integros, & menses octo regnasset, ex luce migravit.

QUARTI LIBRI FINIS.

Pp EVAGRII

EVAGRII SCOLASTICI, ECCLESIASTICAE HISTORIAE LIBER

QUINTVS.

De Iustini creatione, & eius moribus. Cap. I.

vide Cus.



V Justinianus igitur cū omnia omnino turba ac tumultu cōpleuisset, mercedemq; his rebus debitam in extremō vitæ suæ tempore reportasset, ad supplicia iusto dei iudicio apud inferos luenda profectus est. Iustinus autē fororis eius filius, qui præfectus palatij fuit, purpura induitur imperatoria, cū nemo præter suos, vel Iustinianū mortē oppetuisse, vel eum imperatorem declaratū esse, vsq; eo intelligeret, quō ad in circo munera, quæ ius imperij postulat, tum ipse exqueretur, tum alij ei præstarent. Itaq; his rebus confectis, cū nemo omnino esset, qui nouis rebus studeret, ad aulam reuertitur. Ac primū dat mandatum, vt omnes episcopi & sacerdotes, qui ex omnibus locis in vnum Constantinopoli conuocati erant, ad suas ipsorum dimitterentur sedes, vti consuetos cultus Deo sanctē religioseque adhiberent: nemoque quicquam quod ad fidem pertineret, nouare moliretur. Atque istud eius factū in laude quidē ponendū est. Verū quod ad vitæ eius rationem attinet, delirijs reuera diffusit & mollitie, in voluptatibus obscenis volutatus, alienæ pecuniæ adeo ardentē appetens, vti omnia iniqui qualis gratia diuenderent: imō vero etiā ipsa sacerdotia, diuinum numen minime reuerens, plebeijs hominibus venalia palam exponeret. Quinetiam audacia & timiditate duobus vitijs contrarijs irretitus, primū Iustinū cognatū, virū in magna gloria apud omnes, tum ob rerū bellicarū vsū, tū ob alia ornamenta, iā circiter Danubiū ideo cōmemoratē, vt Abaros, ne eo flumine traicō in fines Romanorū irrumperent, prohiberet, ad se accersit. Illi Abari, sunt ex

Pli. II. 4.
6. p. 12.

ECCLESIAST. LIB. V. 296

sunt ex gente Scytharum, qui Hamaxobij dicuntur, quiq; agros vltra Caucasum iacentes accollunt, oriūdi. Qui Turcas vicinos suos, ab illis grauib; affecti incōmodis, cū omnibus suis fugientes, primum ad Bosphorū venerunt: de inde litoribus Euxini Ponti relictis, (vbi multæ gētes Barbaræ habitabant illæ quidem, sed vrbes & castella à Romanis incolēbantur, atq; eō tū nōnulli milites rude donati adpentaueant, tum coloniæ erant de imperatorū sentētia ductæ) recto itinere cōtenderunt, oibus barbaris qui ante pedes erāt vsq; eō expugnatis quoad Danubij ad litora peruenirēt: vnde legatos miserūt ad Iustinianū. Ex eo loco Iustinus accersēbatur, eo nomine videlicet, vt cōditionibus inter ipsum & imperatorē Iustinū pactis frueretur. Nā quoniam ambo in simili vitæ splēdore positi videbātur, & imperiū ad vtrūque spectare, post magnam de rerū summa disceptationem & contouersiam, conuenit inter eos, vt vter illorū ad imperij honorem ascenderet, alteri deferret secundas, eatenus quidem, vti licet secundas ab imperatore, præcæteris tamē omnibus primas obtineret.

De Iustini cognati sui occisione.

Caput II.

Quapropter Iustinus imperator beneuolētia quadā frōte simulata alterū Iustinū cōplectitur, & criminibus paulatim cōtra eū cōfictis, & satellitibus, militibus sporianis, ac stipatoribus ab eo remotis, vetat, quō minus in publicum prodiret (domi enim assidue se continuit) & tādē mandat Alexandriam transportandū. In qua vrbe, nocte intempesta, cum iam decumberet in lecto, miserandum in modum interemptus est: istaque mercede tum ob beneuolentiā in reipub. tum ob res præclarē in bello gestas remuneratus. Atque non prius imperatoris eiusque coniugis furor, & iracundiæ flamma restincta fuit, quam caput eius ceruicibus abscissum oculis cernerent, inque illud calcibus insultarent.

De execrabilibus Addeo & Aerberio.

Caput III.

Pp 2

Non lon

Non lōgo tēpore pōst, Aetheriū & Addæū vtrūque ex ordine senatorio, qui principē locū apud Iustinianū diuenerāt, in iudiciū ob piaculū quoddā adducit Iustinus. Quorū alter, Aetheriū dico, cōfessus est se aīo instituisse, imperatorem veneno conficere, habuisseque Addæum illius conatus socium, & in omnibus adiutorē. Verūm Addæus graui cum iureiurando affirmat, se istius rei prorsus ignarum esse. At vterq; tamen securi percussus est: atq; Addæus, cum iam caput abscinderetur, dixit ingenuē, se licet falso de ijs rebus esset accusatus, iusta tamen debitaque à Deo facinoris cuiusque contemplatore & vindice sibi inflicta supplicia. Theodotum nanque aulæ præfectū se præstigijs quibusdam è medio sustulisse. Cæterum ista ita ne se habeant, an secus, non possum equidem pro certo affirmare. Attamen vterque scelestus fuit: quippe Addæus infano puerorum amore exarsit: Aetherius autem nullum talūniæ genus præteriens, tum viuos, tum mortuos nomine aulæ imperatoriæ, cui regnante Iustiniano præfuit, fortuitis spoliauit. Atque hæc res hunc habuere exitum.

*De fidei edicto, quod Iustinus ad Christianos
vbiunque scribendum curauit.*

Caput IIII.

Porro autem edictum omnibus vbiq; Christianis à Iustino scriptum fuit, his ferè verbis. In nomine domini Iesu Christi Dei nostri, Imperator Cæsar, Fl. Iustinus, fidelis in Christo, Manuetus, Max. Beneficus, Alamanicus, Gotthicus, Germanicus, Anticus, Francicus, Erullicus, Gepedicus, Pius, Fortunatus, Gloriosus, Victor, Triumphator, semper Augustus.

1647.14 Pacem meā do vobis, inquit Christus dominus, verus Deus noster: Pacem meam relinquo vobis, idem dominus omnibus hominibus prædicat. Atque istud aliud nihil est, quā vt credentes in eum, ad vnā eandemque ecclesiam se conferant: in recta Christianorum fide ipsi inter se cōsentiāt, eosq; qui ei cōtradiciunt, opinionēve aduersariā confectantur, penitus desistentur. Est enim prima oībus hominibus salus, ingenua veræ fidei confessio. Quocirca
nos qui

nos qui tum præceptis euangelicis, tum sancto Symbolo, id est, doctrinæ sanctorum patrum obsequentes, hortamur oēs, vt ad vnā eandemque ecclesiam & disciplinam se recipiant, credentes in patre, & filium, & spiritum sanctum, trinitatem consubstantialē, vnā deitatem, id est naturam & substantiam, ratione & re ipsa vnā, vim, potentiam, & facultatem vnā, in tribus personis glorificantes, in quas baptizati sumus, in quas credimus, quibus in vnum cōiungimur, Vnitatem in trinitate, & in vnitatem trinitatem adoramus, tum diuisionem habētem, tum coniunctionē plane admirabilem: vnitatem secundū substantiā, id est, diuinitatē, trinitatē secundū proprietates, id est, personas (Diuiditur enim ratione vt ita dicam indiuidua: cōiungitur autem indiuidua. Siquidem diuinitas, vnum est in tribus, & tres vnū, in quibus est diuinitas, vel vt accuratius dicam, quæ sunt ipsa diuinitas) Deum patrem, Deū filium, Deum spiritum sanctum: quandoquidem singulæ personæ per se cōsiderantur, mente, ea quæ seiungi non possunt, seiungentē, deū nimirum tres esse personas, quæ in vnum motus & naturæ, vt ita dicam, identitate coniunctæ intelliguntur.

Nam oportet & vnum confiteri deum, & tres personas, siue proprietates prædicare. Confitemur etiā ipsum vni-genitum filium Dei, Deum verbum ante secula & ab æternitate à patre genitum, non factum: & in nouissimis diebus propter nos, & propter nostram salutem descendisse de cælis, & incarnatum ex spiritu sancto, & ex domina nostra, sancta & gloriosa Deipara, semperque virgine Maria, & natum ex ea, qui est equalis patri & spiritui sancto. Nam quartæ personæ accessionē, id est, Dei verbi incarnati, qui est vna persona trinitatis, sancta trinitas nō admittit: sed est vnus & idem dominus noster Iesus Christus, qui est consubstantialis patri secundum diuinitatem, nō bis autem consubstantialis secundum humanitatem, patibilis quidem carne, diuinitate autem impatibilis. Non enim alium Deum verbum, qui miracula edidit, & alium qui passus est agnoscimus, sed vnum & eundem confitemur dominum nostrum Iesum Christum, Dei verbum, incarnatum, & verè hominem factum, & tum miracula, quæ edidit, tum afflictationes, quas sua sponte pro nostra salute carne susti-
Pp 3 nui,

nit, vnus & eiusdem fuisse. Nam non homo aliquis se ip-
 sum pro nobis tradidit, sed ipse Deus verbū, qui sine diu-
 nitatis mutatione factus est homo; & sua sponte, passio-
 nem & mortem pro nobis subiit. Quapropter dum deum
 illum confitemur, non inficiamur hominem esse: & dū il-
 lum confitemur hominem, deum esse non negamus. Vnde
 dum vnū dominū nostrum Iesum Christum ex vtraque na-
 tura, diuinitate & humanitate consistere asserimus, non con-
 fusionem in vnitatem introducimus. Etenim quod secun-
 dum nostram naturam factus sit homo, non desinet Deus
 esse: neque quod Deus sit secundum suam naturam, simili-
 tudinemq; habeat nostrae similitudinis haud capacem, ho-
 mo esse detrectabit, sed manet, sicut deus in humanitate, sic
 non minus in diuinitatis praesentia, homo. Ambo igitur
 in eodem, & vnus Deus pariter & homo qui est Emanuel.
 Eundem porro dum perfectum in diuinitate, perfectum
 quoque in humanitate, ex quibus duabus rebus constat,
 concedimus, vni eius compositae personae diuisionem se-
 ctionemue particularem non inferimus: sed naturarum sig-
 nificamus differentiam, quae propter copulationem vni-
 nimè tollitur. Siquidem neque diuina natura mutata
 est in humanam, neque humana natura in diuinam con-
 uersa, sed quia vtraque in propria naturae finitione rati-
 oneque melius intelligatur, existatque, idcirco copulati-
 onem factam in persona dicimus. Copulatio autem,
 quae est in persona, ostendit deum verbum, hoc est, vnā
 ex tribus personis in diuinitate, non homini, qui ante
 extitit, coniunctum fuisse, sed in vtero dominae nostrae
 sanctae & gloriose Deiparae; & semper virginis Mariae sibi
 ex ea in propria persona carnem nobis consubstantialē,
 & eidem nobiscum affectionibus, peccato excepto, ob-
 noxiam, eaque anima rationis & intelligentiae participi im-
 butam fabricasse. In se namque propriam habuit perso-
 nam & factus est homo, & est vnus & idem dominus no-
 ster Iesus Christus eiusdem cum patre & spiritu sancto par-
 ticeps gloriae. Ac dum mente complectimur inexplica-
 bilem eius copulationem, Confitemur verè vnā naturam,
 Dei verbi incarnatam carne, anima rationali & mentis par-
 ticipi imbuta. Rursus autem cum cogitatione compre-
 hendi-

hendimus naturarum differentiam, duas naturas nulla ta-
 men induta earum diremptione asserimus. Nam in eo v-
 traque inest natura: & propterea vnū & eundem confi-
 temur Christum, vnū filium, vnā personam, siue vnā
 proprietatem essentiae diuinæ, deum pariter & hominem.
 Quocirca omnibus, qui istis contraria vel senserūt, vel sen-
 tiunt, denūciamus anathema, alienosq; à sancta, Catholica,
 & apostolica Dei ecclesia iudicamus. Et cum recta veraque
 dogmata, quae sancti patres nobis tradiderunt, nobis prædi-
 cata sint, hortamur vos omnes, imò verò etiam obsecra-
 mus, vt in vnā eandemque catholicam & apostolicam ec-
 clesiam coalescatis. Nam non grauamur, licet simus in
 hoc eximio imperij gradu locati, eiusmodi verbis pro om-
 nium Christianorum concordia & coniunctioe vti, eo qui-
 dem consilio, vt omnes vno ore laudē & gloriai dei. Opt.
 Max. & seruatoris nostri Iesu Christi celebrent, & nemo de
 reliquo vlla de causa, vel de personis trinitatis, vel de vlla
 syllaba in ea comprehensa digladietur: quandoquidem i-
 psae syllabae nos ad vnā & synceram fidem, sententiamq;
 ferunt, & eadem consuetudo & modus in sancta, catholi-
 ca & apostolica dei ecclesia hactenus omnino firmus & mi-
 nime nouatus mansit, & in vniuersum posterum tempus
 mansurus est. Huic edicto quanquam consensere omnes,
 illudq; sicut vera fides poscit, editum dixere, membra tamē
 ecclesiae, quae opinionum varietate distracta erant, minime
 fuerunt ad concordiam reductae, propterea, quod editum
 plane & apertis verbis significauit vnā cōsuetudinem in
 ecclesijs firmam & minime nouatam hactenus māsisse, & in
 posterum tempus mansuram.

*De Anastasii episcopi Theopolitani, id est, Antio-
 cheni eiectione. Caput V.*

IVstinus porro Anastasium, his illi obiectis criminibus,
 primum quod sacrum thesaurum extra modum, & in
 nullum vsum necessarium profuderat, deinde quod con-
 uitiis in ipsum iecerat (Anastasium enim, cum rogaretur
 quid causae esset cur sacrū thesaurū tā effulse absumpserit,
 ingenuè respondisse ferunt, ne à Iustino communi totius
 orbis pernicie diriperetur) Sede Antiochena extur-
 batur,

bavit. Quinetiam dicitur Iustinum Anastasio succen-
fuisse, quod postulanti ei pecuniam, cum episcopus esset
designatus, Anastasius dare noluit. Alia præterea crimina
à quibusdam, qui imperatoris instituto, credo, inferuire stu-
debant, ei intendebantur.

*Quod Anastasio successit Gregorius episcopus, &
quibus moribus præditus fuerit.*

Caput VI.

Post illum, Gregorius ad sacrum episcopatus gradū e-
latus fuit, qui ob poeticam facultatem magnam apud
omnes gloriam consecutus est. Hic ineunte ætate mo-
nasticam viuendi viam ingressus, adeo viriliter & excelsio
animo in ea decertauit, vt cum iam primum pubescere in-
ciperet, ad summum & perfectissimū gradum peruenerit:
præfueritque monasterio Constantinopoli, in quo vitam
inopem & austeram degit. Deinde mandato Iustini, mo-
nasterio in monte Sina præfectus fuit: vbi obsessus à barba-
ris Sceneticis Arabibus, in grauissima incidit pericula.

Ac cum, in illis locis pacem constituisset, inde ad episco-
patum capefcendum accersitus fuit. Erat vir quidem, siue
prudentiam, siue virtutē spectes, omnino præstantissimus,
& ad quancunque rem animam suam applicaret, in ea per-
ficienda longe diligentissimus: atque vt metu percelli non
poterat, sic nullo modo adduci, vt vel sententia cederet,
vel hominum pertimesceret potestatem. Ita porro magni-
ficas pecuniarum fecit largitiones, (liberalitate namque
& beneficentia in quenque vsus) vt cum aliquo pro-
dired, ingens multitudo præter eos qui illum comitari cō-
sueuissent, eum sequerentur, & qui vel viderent, vel audi-
rent eum quopiam iturum, frequentes confluerent. Atque
ad eximiam illius dignitatis amplitudinem, in qua colloca-
tus fuit, hæc velut secunda adiecta fuere ornamenta, quod
videlicet homines sua sponte inducti tam sæpe vel propē
in eum intueri, vel verba facientem audire cuperent. Erat
enim ad desyderiū sui in animis oīm, qui quacūq; de cau-
sa, vel quocūque modo ipsum cōpellassent, inferendū aptis-
simus: admirabilis cum primis aspectu: sermone propter le-
porem iucundissimus. Et sicut ad rem quampiam in-
telli-

vellentis acumine ex tempore eliciendam peracutus:
sic ad optimum consilium capiendum, & ad iudicandum
tum de suis rebus, tum de alienis, solertissimus. Vnde
etiam euenit, vt tot & tam egregia facinora gereret: nihil
enim distulit in crastinum. In magnam præterea traduxit
admirationem, nō solum imperatores Romanos, verum et-
iam reges Persarum, propterea quod, omnibus ita vti po-
terat, sicut tum poscebat necessitas, tum occasio, quam non
aliquando omisit, postulabat. Cuius quidem rei singulæ e-
ius res gestæ argumento esse possunt. Erat quoque in eo
multa seueritas, & interdum ira: non exigua rursus, imò ve-
ro etiam permagna comitas & mansuetudo, vt illud pruden-
s Gregorij Theologi dictum in eum optimè conueni-
ret: seueritas sic cum pudore temperata fuit, vti neutra res
læderetur ab altera, sed vtraque alterius ope maximam con-
sequeretur commendationem.

*Quod qui Persarum diēli sunt, se dittoni Ro-
manorum tradiderunt, atque hinc bel-
lum in Persas susceptum esse.*

Caput VII.

Primo anno, quo iste episcopatum administravit, qui
Maiorem accolebant Armeniam (sic enim olim appel-
lata est, postea tamen Persarmenia, quæ ante fuerat Ro-
manis subiecta, & à Philippo, qui Gordiano successit, Sa-
poræ prodita: atq; vt Armenia, quæ Minor dicitur, fuit in
ditione Romanorum, sic reliqua tota Persis paruit) qui in-
quam Maiorem accolebant, fidem Christianam professi,
quoniam à cæteris Persis miserè, & potissimum religionis
sue gratia vexabantur, clandestinam ad Iustinum miserè
legationem, supplicaturi, vt Romanorum subijcerentur
imperio, quo liberè, nemine impediēte diuinos cultus
exequerentur. Quam legationem cum Iustinus admisit-
set, & quædam conditiones in literis, quas ad eos dabat, ex-
plicatæ essent, & sacrosancto ac solenni iureiurando con-
firmatæ, Armenij suos ipsorum principes trucidant, & se
cum suis omnibus Romano adiungunt imperio. Quibus-
cum regio finitima, in qua homines cum eiusdem gentis,
tum peregrini habitabant, vna Romanorum dittoni ac-

cessit, ducem Vardane, qui apud eos tum ob generis & honoris splendorem, tum ob peritiam rei militaris facile primas obtinuit. Itaque Iustinus, Chosroem his de rebus eum infimulantem hac oratione repulit: præfinitum pauci tempus effluxisse, nec fas esse, vt Christiani Christianos in tempore belli ad se confugientes desertos esse patiantur. Atque Iustinus, tametsi istud dedit responsum Chosroi, tamen ad bellum gerendum nequam se parat, sed consuetis delitijs tenetur irretitus, omniaq; sue voluptati postponit.

De Martiano duce, & obsidione Nisibis.

Caput VIII.

Interea Martianum, cognatum suū, mittit ducem in Oriëtem: cui neque exercitum aptum ad præliandum, neq; res alias ad bellum gerendum necessarias suppeditat. Qui non sine aperto discrimine, & extremo de summa rerum periculo petit Mesopotamiam, ductis secum per paucis militibus, ijsq; inermibus: inter quos habuit & fofores & bulbecos nonnullos ex numero vectigalium exemptos. Leuem igitur pugnam circiter Nisibin contra Persas quosdam instituit, reliquis Persis nondum ad arma paratis: atque superiores adeptus, obsidet ciuitatem. At Persæ ne portas quidem occludere operæ prænum putarunt, sed exercitum Romanum turpissimis affectum contumelijs penitus contemnere visi sunt. Ac quanquam multa alia prodigia calamitates futuras portendentia visa fuere, inter cætera tamen in ipso belli initio, Vitulus recens editus visus est, qui duo capita habuit ex vna ceruice excrefcentia.

Quod Chosroes vbi cõtra Romanos Adaarmanem ducem emiserat, qui illos magnis multisque cladibus affectis, ipse Nisibim profectus est.

Caput IX.

Chosroes verò, vbi satis ad bellum gerendum instructus fuit, Adaarmané aliquousque perductū trans Euphratem qui in ditione sua erat, mittit cum exercitu: qui eius iussu in fines imperij Romani per urbē, quæ Circesium dicitur, irumpit. Circesium autem est vrbis Romanis

oppor-

opportunitissima, in extremis oris ditionis Romanæ sita: quæ non solum mœnibus firmè munita est ad immensam altitudinem erectis, verum etiam Euphrate, & Abora fluuijs circumdata, & ab eisdem velut insula facta. Deinde ipse Tigrem fluuium vna cum copijs suis transgressus Nisibin recta contendit. Quæ res gestæ diu Romanos latuerunt, adeo vt Iustinus fame Chosroem aut mortuum esse, aut ad extremum spiritum edendum venisse loquenti, fidem adhiberet, iniquoque animo & grauius ferret obsidionem Nisibis tardatam esse, misisseque quosdam qui Martianum incitarent, & elauis vrbis quam primum ad ipsum adferret. Verum vbi res minime procedit, sed Iustinus grauem subit turpitudinis & infamiae notam, propterea quod in tanta & tam ampla vrbe obsidenda, cum tam ab icchio præsertim exercitu rem, quam nullo modo conficere poterat, tentare videbatur, primum de ea sit certior Gregorius episcopus Antiochiæ. Nam huic episcopus Nisibis amicissimus fuit, magnis muneribus ab eo donatus, & propterea cum insanam Persarum contumeliam contra Christianos admissam, qua semper ferè premebantur, ægrè admodum pateretur, & magnopere cuperet ciuitatem, cuius ipse fuit episcopus in ditionem Romanorum venire, omnia, quæ extra fines Romanorum circiter Nisibin gerebantur, significauit, opportuneque exposuit. Quæ quidem Gregorius illico ad Iustinum retulit, eique quam celerrimam declarauit Chosrois incurfionem. At verò ille in consuetarum voluptatum sordibus volutatus Gregorij literis neq; animum attendere, neque fidem habere voluit, illud duntaxat verū arbitratus, quod ipse in animum induxerat. Nā hominum intemperantium & luxu perditorum consuetudinem imitabatur, in quorum animis sicut ignauia insita est, ita de prospero rerū euentu nimis magna fiducia, & si quid contra ipsorum voluntatem acciderit, ei nolunt villo modo fidem adiungere. Itaq; scribit Gregorio, resque ad se relatas, quasi omnino veræ non sint, rejicit. Quod si veræ sint, Persas non ante suos, obsidionē occupaturos: sin autē ante occuparet, cū magno suo malo discessuros. Deinde mittit Acaciū, hoïem superbū & cõtumeliosum ad Martianū cū hoc mādato, vt si Martianus alterū pedē in ciuitatē ante in

tuhf-

uulisset, honoris sui gradu eum abdicaret. Quod quidem factum est ab eo sedulo, idque non sine reip. detrimento, quò imperatoris mandato inferuisset. Nam profectus ad castra Romanorum, Martianum extra fines imperij versantem insciente exercitu spoliat dignitate. Praefecti autem manipulares, & ceteriones, ubi peractis vigilijs didicerant ducem suum de honoris gradu dimotum, copias non ulterius ducunt, sed clam se inde subducentes, sparsi fugiunt, obsidione cum omnium irrisione dimissa. Adaarmanes igitur, qui Persarum & Schenetarum barbarorum fatis magnum & validum habebat exercitum, Circesium praeteriens, res Romanorum incendio, occisione, & alijs omnibus vattationis generibus populatur, nec quicquam clementiae omnino vel cognitione complexus est, vel factus de claravit. Capit castella, & pagos multos, nemine propterea repugnante, primum quòd copiae Romanae nullum ducem habuere: deinde, quòd militibus circiter Daras à Chosroë circumclusis, populationes agrorum, & incursiones absque ullo timore fiebant. Inuadit porrò Chosroes Antiochiam per suos duntaxat milites (ipse naq; eo nõ venit) qui praeter omnem spem inde fuere repulsi: cum tamen nemo, vel pauci admodum in ciuitate remanerent, cumque episcopus inde fugisset, secumque eduxisset sacrum ecclesiae thesaurum, propterea, quòd magna pars muri ceciderat, & populus, ut fit in eiusmodi praesertim temporibus, seditione confata nouis rebus studebat: quibus fugientibus vrbs deserta relicta fuit, neque quisquam erat, qui vel ad machinas vllas contra hostes fabricandas, vel ad eisdem ullo modo resistendum animum intenderet.

*Vide sequens
capitulum.*

De Apamea & Daras expugnatione.

Capitulum X.

POSTEA verò q̄ hic conat⁹ Adaarmani minime successit ex sententia, vrbe, quae olim Heraclea, postea autē Gallica nominata est, incensa, Apamea, quae Seleucus filius Nicanoris habitatoribus compleuit, ciuitatē quondā beatā, tēporis tamen diuturnitate multū diminutā & prope labefactatā, iter capit. Ac cū vrbe, quibusdā pactis cōditionibus

nibus acquisiuisset, quoniam ciues resistere minimè poterant, muro prę vetustate ad terram collapso, eam totam igni absumpsit, & direptis omnium fortunis, & omnibus rebus contra pacas conditiones vastatis, & vrbe ipsa agrisque finitimis in seruitutem redactis, abiit. Simulque non Episcopum solum, sed praefectum vrbs etiam viuum secum abduxit. Quinetiam in itinere suo inde suscepto grauissima patrauit mala, obstante nemine, aut omnino resistente, paucissimis copijs exceptis à Iustino eò missis. quibus Magnus praefuit, qui ante mensae argentariae Constantinopoli praefuisse dicebatur, postea verò vnam ex aedibus Imperatorijs Iustini mandato procurasse: quae quidem copiae illinc profugientes attonitae, parum aberat, quin capti fuissent. Itaq; Adaarmanes, his rebus confectis, ad Chosroem se recipit, qui ciuitatem obsessam nondum expugnauerat. Hic eius copijs adiunctus, & eas effecit valentiores, & suorum confirmauit animos, & hostes denique perterrefecit. Vrbem autem offendit vallo circumdatam, & aggerē ingentem prope cœnia factū, & machinas ad vrbes capiendas accommodatas, & catapultas, tela ex locis superioribus commodè iaciētes, quae vulgò balistae vocantur. Quibus rebus adiutus Chosroes, urbem tempore hyberno vi capit, Ioanne Timostrati filio, qui ei praerat, nullam curam ad hostem propulsandum suscipiente, imò verò eam prodente: Vtrumque enim dicitur. Obsederat autē urbem Chosroes amplius quinq; menses, nemine resistente. Omnibus igitur de ciuitate promiscuè eductis, & quibusdam miserandum in modum ibi interfectis, quàm plurimis autem viuis captis, urbem vtpote sibi suisque opportunam praesidio muniuit, ipseque domum regressus est.

Quòd Iustinus Imperator cum in phrenitidem incidisset, Tiberius totius imperij administrationem cepisset.

Capitulum XI.

HIS rebus auditis, Iustinus praenimia insolentia ac superbia, sanitate animi, & prudentia ex mentis domicilio exturbata, casum qui acciderat, multo acerbius, quàm humana fert consuetudo, tulit: indeque in morbum,

bum, quem Graeci *φρενιδας* vocant, id est, mentis alienationem & insaniam incidit, adeo ut de cætero rerum, quæ gerebant, nullum omnino sensum haberet. Itaque Tiberius genere Thrax, qui facile primas apud Iustinum obtinuit, reip. capeffit administrationem. Hunc Iustinus, ingenti collecto exercitu ad congregiendum cum Abaris iam pridem miserat. Qui quidem, militibus aspectum Barbarorum haud ferentibus, parum aberat, quin captus fuisset, nisi diuina providentia eum præter omnium opinionem seruasset, & in fines imperij Romani reduxisset incolumem. Quippè temerarijs Iustini institutis obsecutus, ipse cum tota Romana rep. in periculum venit penitus intereundi, & amplum imperij Romani decus Barbaris cõcedendi ad occupandum.

Quod Traianus ad Chosroem legatione fungens, res Romanorum in integrum restituit.

Caput XII.

PROinde in initum est mature consilium, rebus Romanis peropportunum & accommodatum, quo illud, quod temeritate peccatum erat, in integrum restitutum est. Nam mittitur ad Chosroem Trajanus, vir eximius, ex ordine Senatorio, magno in honore ab omnibus tum ob canos, tum ob singularem prudentiam habitus, non ex persona imperatoris, aut reip. legationem obiturus, sed pro Sophia duntaxat imperatrice verba factururus. Nam scripsit illa literas ad Chosroem, quibus apud illum de viri calamitate, deque rep. Principe orbata conquesta est, & quod non oporteat illum in mulierem viduam, in Imperatorem iacentem & afflictum, in temp. desertam opeque destitutam impetum facere. Nam ei olim morbo diuexato non modo patrem benignitatem declaratam, verum etiam optimos quoque medicos a rep. Romana ad ipsum missos, qui eum morbo leuarent. Quibus verbis persuasus fuit Chosroes: & quamquam in res Romanorum extemplo erat incursum facturus, tamen ad triennium patiscitur inducias pro partibus versus orientem, simulque decretum fuit, ut Armenia simili frueretur conditione, nullumque bellum ibi gereretur, neque quisquam partibus ad Orientem vergentibus quicquam faceretur molestiæ. Dum hæc geruntur, in Oriente, Ser-

mium

mium oppidum à Barbaris capitur: quod quidem fuerat iam olim à Gepædis occupatum, postea ab eisdem Iustino traditum.

De cooptato in imperium Tiberio & moribus eiusdem.

Caput XIII.

INTERea temporis Iustinus de consilio Sophiæ Tiberium, Cæsarem declarat: taliaque verba in eo declarando locutus est, qualia à nulla historia vel vetere, vel recentiore sunt omnino commemorata, Deo videlicet propitio ei tempus largiente tum ad sua ipsius peccata cogitanda, tum ad explicanda ea, quæ ex usu reip. forent. Nam cum Ioannes Episcopus vnâ cum suis, cumque principes ac magistratus, cum denique milites prætoriani in atrio sub dîo, ubi eiusmodi negocia de more inueterato agi solent, in vnum cogerentur, Iustinus Tiberium tunica induens imperatoria, & læna circumuestiens, Sic clara voce locutus est: ne te in errorem inducat vestis splendor, neque illuistris ornatus istarum rerum, quæ sub aspectum cadunt, decipiat: quibus ipse in fraudem impulsus, imprudens me ipsum grauissimis supplicij obnoxium reddidi. Itaque tu in rep. summa cum mansuetudine & animi lenitate regenda, mea vitia præstato. Atque digito magistratus demonstrans, non oportet, inquit, horum consilij morem gerere: nam hi me in istas, quas cernis, miseras deduxerunt. Aliaque eius generis prouult verba, quæ omnes eum in maximam traduxere admirationem, tum ad immensam vim lachrymarum profundendam impulere. Erat iste Tiberius corpore maximè procerus & robustus, & pulchritudinis excellentia omnium opinione maiore, adeo ut non Regibus solum & Imperatoribus, sed omnibus etiam hominibus facile præstaret. Ac primò quod ad corporis formam attinet, ea principatu planè digna fuit: quod autem spectat ad animum, illum mansuetudo & benignitas exornant. Primò ipso aspectu omnes videbatur ad se diligendum inuitare. Diuitias eas putauit, quæ cuique satis essent ad largiendum, non solò ad necessitatem, verum etiam ad affluentiam. Nam non istud modò cõsiderabat, quòd qui opis indigeat, illis beneficia accipièda sint, sed quò impera-

toriam

torem Romanum deceat liberaliter dare. Aurū verò adulterium existimauit, quod cum subiectorum lachrymis collectum est. Qua re inductus, tributum vnus integri anni vectigalibus condonat. Quinetiam prædia, quæ Ardama-nes tributis impositis ferè labefactauerat, quasi in libertate vindicauit, & non modò damnum pro eius magnitudine, sed etiam cum scenore sarciniit. Atque iniquas largitiones, pro quibus alij Imperatores suos subiectos magistratibus pro libidine abutèdos exponere et quodà modo diuèdere cõsueuerant, remisit: cavitque per leges ne quid eiusmodi in posterum committeretur.

Quòd Tiberius imperator coacto magno contra Cosroem exercitu, illum Ductore militum Iustiano, ab Romanorum ditone repulit.
Caput XIII.

IDEM Tiberius, cū pecuniam male & iniquè partam ira collocasset, sicut ratio & æquitas postulabat, res ad bellum faciendum necessarias parare, ingentem cogere exercitum virorum facile præstantissimorum tam ex gentibus transalpinis circiter Rhenum incolentibus, quàm ex cisalpinis, quinetiam ex Massagetis, alijsque ex genere Scytharum, ex Pæonia præterea, Mysia, Illyria, & Iauria collectorum, adeò vt propè centum quinquaginta turmas equitum lectissimorū instructas haberet: quorū subsidio Chosroë, qui statim post Daras expugnatās, tempore æstiuo in Armeniam inuaserat, indeque iter versus Cæsaream urbem Cappadociæ primariā susceperat, penitus profligauit: Ille Chosroes tam insolenter se gessit aduersus imperium Romanum, vt cum Imperator legatos ad eum misisset, illis ne se quidem adeundi potestatem facere dignaretur, sed iuberet eos Cæsaream vsque sequi. Ibi nanque se cõcilium de eorum legatione initurum dixit. Postquam verò exercitum Romanum ex aduerso sibi occurrentem, & à Iustiano fratre Iustini, qui tam miserabiliter interfectus fuit, gubernatum, & armis firmè munitum, & tubas classicum canentes, & signa ad pugnam sublata, & milites acutè vociferantes, &

tes, & in acie pulchro ordine locatos iram & furorem anhelantes, & tantum ac tam egregium equitatum, quantum nemo aliquando ex Imperatorum numero vel ipsa cogitatione conceperit, animaduertit, vehementer obstupefactus, præ re tam insperata inexpectataque ex intimo pectore ingemuit, & prælium exordiri noluit. Eū igitur pugnam differentem, cunctantem, terentem tempus, & callidè ludificantem Curs Scythæ, qui dextro cornu exercitus Romani præfuit, adortus est: & cum Persæ impetum eius ferre non possent, sed aciem penitus deferefēt. Curs magnam eadem hostium fecit. Postremum agmè à tergo inuadit: vbi apparatus tum Chosrois, tum totius exercitus locatus fuit. Caput thesaurum Regis vniuersum, & omnem præterea apparatus bellicū, idque Chosroë inspectate toleranteque, atque hoc potius perpetiendum arbitrate, quàm Curs impetu factò in ipsum irrueret. Curs igitur cum suis magna pecuniæ vi, & multis spolijs potitus est: iumenta cum sarcinis, inter quas ignis fuit, quem pro Deo coluit Chosroes, abducit: atque Persarum exercitu repulso, lætum pæonia canens, sub crepusculum redit ad suos, qui iam stationes, in quibus ordine locabantur, reliquerant. Et adhuc neque Chosroes, neque illi præliari cœperant, sed quædam duntaxat velitares pugna factæ sunt, Sicubi singuli ex utroque exercitu, vt fieri solent, cum singulis congregerentur. Chosroes autem ingenti rogo noctu accenso, prælium nocturnum instituit. Ac cum Romani duos haberent exercitus, illum, qui versus septentrionem erat, intempesta nocte adortur. Quo repente & de improviso pedem referente, Melitinam urbem sitam in proximo, præfidijs nudatam, atque prorsus desertam, à ciuibus inuadit, qua igne absumpta, parat se ad Fluum Euphratem traiciendum. Vbi verò copiam Romanorum in vnum coactam, eum sequi cœperunt, ipse metuens de salute sua, conscenso elephante, fluum transmittit: magna autem pars exercitus sui tranando flumine, vndis obruta est. Quam submersam cum accepisset, maturè decessit. Itaque Chosroes hoc postremum supplicium pro insana temeritate contra Romanos admitti lucēs, vnà cum suis, qui supererant, in orientem reuertit. Ibi autem pactas habuit inducias, ne quis eū inuaderet. Iustianus verò

EVAGR. HISTORIAE

nus verò incurfione cum toto exercitu in fines ditionis Perfarum facta, tota hyeme ibi commoratus est, nemine quicquam omnino ei exhibenti molestiarum. Circiter vero Solstitium æstiuum redit, nulla parte exercitus amiffa: atque in finibus, quibus Romanorum & Perfarum imperium terminatur, cum magna vitæ prosperitate & rerû gestarum gloria totum ætatis tempus contriuit.

Quod Chofroes cum se superatum pugna dolenter tulisset, mortuus est, filio suo Hormisdæ Perfarum imperio relicto.
Cap. XV.

Chosroes autem ingenti doloris cumulo oppressus, animo fracto & ancipiti cura debilitato languens, crebris deniq; & varijs ægritudinis fluctibus demersus, miserandum in modum interiit: ac legem, quam scripsit, ne rex Perfarû in posterum contra Romanos arma ferret, velut sempiternum suæ fugæ monumentum post se reliquit. Quo extincto, Ormisdæ eius filius regnum capescit: de quo in præsentia omitto dicere, quandoquidem res deinceps exponendæ, me ad se vocant, & sermonis nostri cursum eo transferri expectant.

Quinam tum temporis præcipuarum ecclesiarum Episcopi fuerunt.
Cap. XVI.

Benedictus vocatur à Platina.

Cum Ioannes, qui alio nomine Catelinus dicebatur, cex vita migrasset, Bonofus episcopatus Romani suscipit gubernacula: cui successit Ioannes alter: hunc rursus secutus est Pelagius. Episcopatum autem Constantinopolitanum, post Ioannem, Eurychius, qui etiam antea eundem rexerat, capescit. In sedem vero Alexandrinam, Apollinario mortuo, Ioannes successit: post quem Eulogius. Ad episcopatus Hierosolymitani gradum post Macarium ascendit Ioannes, qui in monasterio

ECCLESIAST. LIB. V. 304

ἐκκοιμητῶν dicitur, vitam valde inopem & austeram traxerat: cuius temporibus nihil in statu ecclesie nouatum fuit.

De terramotu Antiochiæ regnante Tiberio.
Caput XVII.

Antiochiæ porro, & Daphnæ, quæ est illi finitima, ad tertium annum imperij Tiberij Cesaris tam ingens terræmotus in ipsa meridie extitit, vt Daphnæ tota, eius vi & impetu concideret, & Antiochiæ ædificia tam publica, quam priuata ad terrâ vsque disrumperentur illa quidem, sed non ita tamen, vt ad solum ruerent. Acciderunt præterea tum Antiochiæ, tum Constantinopoli alia nonnulla, quæ longum sermonem requirunt: quæ quidem certe vtraque urbem grauiter exagitarunt, & in maximas turbas coniecerunt: atque vt ex diuino quodam zelo orta sunt, sic exitum habuere planè admirabilem, de quibus deinceps verba facturus sum.

De tumultu qui propter scelestum Anatolium fiebat.
Cap. XVIII

Anatolius quidam, vir primum quidem plebeius & mollis, postea verò ad magistratus & alia munera obeunda subdolè, nescio quo modo, arripit, & Antiochiæ ætatem traduxit. Quo in loco res, quas habebat in manibus, sedulo executus est. Vnde cum Gregorio eius vrbs antistitæ maximam conflauit familiaritatè: persæpeq; illû adiit, partim gratia de negocijs suis colloquedi, partim vt maiorem authoritatem ex crebra eius consuetudine sibi conciliaret. Iste Anatolius hostias simulachris immolasse fortè deprehensus est: qui cum vocaretur in quæstionem, homo impius, præstigiator, & infinitis inuolutus sceleribus repertus fuit. Et tamè parû aberat, quin & ipse, & sui oēs (habuit nãq; alios sui similes, quidolis itidè sacrificasse manifestò tenebatur) liberi dimissi fuissent, nisi populus excitato tumultu, omnia turbis ira miscuisset.

Qq 2 vt cor.

EVAGR. HISTORIAE

vt consilium de illis impiis initum eo pacto diremptū esset. Quineriam contra Gregorium Episcopum clamores tolluntur: eum consilij Anatolij participem fuisse palam praedicatur. Porro autem execrabilis damo, humanae vitae perturbator, nonnullos induxerat, vt victimis immoladis eum Anatolio se socios adiungerent. Hinc Gregorius in maximum venit discrimen, populo eum grauissimè exagitantè insectanteque: hinc etiam tam vehemens in illum mouebatur suspicio, vt Imperator ipse Tiberius coram ex ore Anatolij rei veritatem expiscari laboraret. Mandatum igitur dat, vt Anatolius & sui omnes Constantinopolim quam celerimè aduentarent. Quibus rebus cognitis, Anatolius ad imaginem quādam Mariæ Deiparæ fune in carcere sublimem appensam accurrens, manibus à tergo complicatis se ei supplicare precesque adhibere ostendit. Illa autem eum velut sacrilegum detestata, & vt Deo iniuriam coarguens, penitus abs se auertit: spectaculum planè horribile, & semipiternæ memoriæ prodendum. Quod quidem à praesidiarijs militibus, & ab his, quibus illius custodia cōmissa fuit visum est, & ab eisdem, omnibus alijs diuulgatum. Apparuit item Deipara re ipsa nonnullis alijs fidelibus, eosque contra scelestum illum incitauit, inquiens, Anatolium filium suum contumelijs afficere. Vbi verò Anatolius ad urbem Constantinopolim deductus fuit, & ibi verberibus supra modum cæsus, nihil contra Episcopum potuit dicere, ipse cum suis maioris tumultus & seditionis planè popularis ciuitati author & causa extitit. Nam cum quidam illorum sententiam haberent de se pronuntiatam, vt non morte, sed exilio duntaxat multarentur, populus diuino quodā zelo incensus, omnia turbare, bile & iracundia exardescere, exilioque; damnatos rapere cœpit: qui in nauem piscatoriam impositi, totius populi suffragijs viui ignis tradebantur incēdio. Contra Imperatorem porro & Eutrichium Episcopum suum, tanquam fidei proditores grauiter vociferari. Nec dubium quin & Eutychem, & eos, quibus potestas in Anatolium cum suis inquirendi permessa fuit (istos nanque in singulis locis conquerere, & vndique circumferere cœperunt) prorsus è medio sustulissent, nisi Dei prouidentia, quæ omnium salutem prospicit, illos è quærentium ma-

ἀνατία
Vide
Βαυσίη.

ECCLESIAST. LIB. V. 305

tiū manibus eripuisse, & tam ingentis populi multitudinis furorem pedetentim sedauisset: Siquidem ita factum est, vt neque vllum atrox facinus eorum manibus ederetur, & Anatolius primum in amphitheatro bestijs expositus, ab eisdem dilaniaretur: deinde ageretur in crucē. Neque tamen ita finem suppliciorū sibi inflictorum reperit. Nam lupi corpus eius in terram disturbantes, (quod ante nunquam visum fuisset) pastu crudeli membratim deuorauerunt. Erat autem quidam è nostris hominibus, qui prius, quam res ista contēctæ essent, dixerat, se secundum quietem vidisse, sententiam contra Anatolium ac suos à populo latā. Quin etiam vir illustris, qui Imperatoris palatio praefuit, qui que partes Anatolij acriter admodum tuebatur, dixerat quoque se vidisse Deiparā Mariam, eaque sic ipsi locutam: quousque defendis causam Anatolij, qui tum me, tum filium meum tantus onerat contumelijs? Sed de his hoc modo.

De Mauricij praefectura, & eius virtutibus.

Caput XIX.

Tiberius, Iustino mortuo, corona decoratus imperatoria, Iustinianum honore propterea spoliatus, quod non tam feliciter atque antea cōtra barbaros depugnaerat. Ducem verò Orientis designat Mauritium, qui & genus & nomen traxit ab antiqua Roma: verum ob parentes, ex quibus proximè oriundus est, Arabissum urbem Cappadociae patriam agnouit. Vir erat prudens, ingeniosus, in rebus quibusque diligens, animo constans ac stabilis: ipsa vitae ratione & moribus compositus, beneque cultus. Ventris etiam cupiditates sic coercuit, vt non modo rebus necessarijs & facile parabilibus, verum etiam alijs omnibus, quibus vita intemperans se insolenter offerre solet, abstinuerit. Vulgus hominū nō facile admisit ad colloquiū: neque aures cuiusque; sermonibus patefecit, quippe qui sciret alterum contemptū, alterum assentationem parere. Rarò se adeundi concessit potestatem, eamque non nisi vehementer oratus largitus est. Aures sermoni superuacaneo obr-

293

rauit,

rauit, non cera, vt est apud Poetam, sed ratione, vt illa pro clauī existeret, quæ eas hominū sermonibus commodè rum aperiret, tum occluderet. Inscitiam autem matrē audacia, & timiditatem, quæ ei vicina & finitima est, sic ab se depulit, vt in temeritate periculum, in cunctatione securitatem esse censeret. Quippe fortitudo & prudentia, quæ in eius animo infidebant, sic ferebantur ad res gerendas, sicut temporum momenta postulabant, habenasque appetitionis ita direxerūt, vti vltus rerum requirebat, adeo vt in ea tum remittenda, tum intendenda modus quidam & moderatio conseruaretur. Sed de hac re postea accuratius disputabimus. Nam quam egregius quisque sit, & qualē naturam moreque habeat, ex eius imperio cōsiderandum est: quæ vna res hominem solet perspicue, qualis sit, ostendere: quandoquidem cum libera sit ei viuendi potestas, ea, quæ sunt in animi domicilio recondita, omnium oculis subiicit ad contemplandum.

Iste Mauricius cum bellum in exteris regionibus gereret, ciuitates & arces Percis accommodatissimas cepit, tantamque prædam inde auexit, vt insulas, vrbes, agrosque; diu ab hominibus deferros, captiuos, quos abduxerat, cōpleret: terramque quæ ante cultura omnino caruerat, iam sedulo coli efficeret: atque adeo ex illis hominibus ingentem cogeret exercitum, qui contra alias gentes valde viriliter & excelso animo dimicarunt: denique quanque familiam domesticis ministerijs implet, quoniam captiuū quam minimo comparari poterant.

Quod Mauricius Chosroem & Adaarmanem Persarum duces superauit. Cap. XX.

Porro autem idem Mauricius cum præstantissimis quibusque Persarum, utpote cum Tamo Chosroem & Adaarmane, qui copias ingentes ad bellum faciendum ducebant prælijs decertauit. Verum quo modo, quoue tempore, & qua fortuna res istæ ab eo gestæ sint, vel alij literis persequantur, vel nos in alio opere separato, (præsertim cum in opere, quod in manibus est, aliarum re-

aliarum rerum explicationem simus polliciti) fortasse exponemus. Tantum tamen hoc loco dicam, Tamo Chosroem in acie non exercitus Romani fortitudine, sed sola lucis pietate, & in Deum fide cecidisse. Adaarmanem autem viribus in prælio profligatum, ac multis amissis copijs versum in fugam, idque cum non solum Alamundarus, barbarorum Scenetarum dux Mauricius propterea prodiderat, quod fluium Euphratem traicere, & contra Scenetas barbaros, qui ex aduersis partibus militabant, ei subsidio venire noluit (isti enim Scenetae ab alijs propter equorum velocitatem euinci non possunt, neque sicubi interclusi sint, capi, sed hostes, dum fuga sit ipsis facienda, longè præuertunt) verumetiam Theodoricus dux Schytharum, qui intra telus iactum consistere non audebat, sed se cum suis illico fugam mandauit.

De signis quæ Mauricij imperium indicabant.

Caput XXI.

Signa quoque diuinitus ostentata antegressa sunt, quæ Mauricius Imperatorem fore præsignificauerunt. Nam ad multam noctem ei intra sanctuarium templi sanctæ & castissimæ virginis, & Deiparæ Mariæ dedicati, quod quidem ab Antiochenis templū Iustiniani nuncupatur, thus incensum offerenti, auleum sacræ mensæ igne conflagrare visum est, adeo vt ingens admiratio ac stupor illum incesse, visionemque magnopere extimuerit. Cui astans Gregorius illius vrbis Episcopus dixit, visionem cœlitus demissam esse, & summum ei splendorem atque eximium portendere. Apparuit præterea versus Orientem re ipsa Christus Deus, visionem de hostibus requirens. Qua quidem visione imperium Mauricij perspicue præmonstratum est. Nam a quo, quæso, nisi ab imperatore & ab homine, qui ipsum pie colebat, rem eiusmodi postulare? Quinetiam mihi de his rebus percontanti, aliæ res sanè memorabiles, & dignæ historia, à parentibus suis narratæ sunt. Nam pater eius memorauit, se eo tempore, quo Mauricius conceptus fuit, in somnio vidisse vitem maximam ex suo

cubili pullulacere, & botros ferè innumerabiles & maturos ex ea dependere. Mater autem narrauit, terram tempore partus sui suaueolentem odorem, peregrinum, & alternis vicibus variatum ex se efflasse: atque saepe laruam, quam Graeci *Ἐμψυσαύ* vocant, infantem de loco in locum mouisse, tanquam illum voraturam, minime tamen ei nocere posse. Itemque Symeones, qui propè Antiochiam in columna habitauit, vir ad res quasque prudenter ac studiosè exequendas aptissimus, & omnibus diuinis virtutibus eximie ornatus, multa cum verbis, tum factis expressit, quae Mauricium imperatorem fore plane iudicarunt. De quo Symeone, quae sunt ad commemorandum accommodata, proximus liber explicabit.

De Mauricij & Augustae creatione

Caput XXII.

CUM autem Tiberius iam propè ad extremum spiritum edendum veniret, Mauricio, qui ad imperium gubernandum iam elatus fuit, filiam Augustam collocauit in matrimonium, & imperium pro dote tribuit: qui tametsi ad exiguum tempus in administrando imperio gratiam propagauit, tamen pro rebus praclarè à se gestis (quas quidem hoc sermone commode complecti non possumus) tum immortalè nominis sui memoriam, tum optatam reip. hereditatem, Mauricium nempe, quem imperatorem declarauerat, reip. reliquit: qui quae etiam sua ipsius nomina illis impertiuit: siquidem Mauricium, Tiberium, Augustam, Constantinam appellauit. Quae verò res ab illis gestae sunt, proximus liber, Dei iuuante gratia, perdocebit.

De temporis, à Iustino Iuniore vsque ad Mauricium, supputatione.

Caput XXIII.

VT autem ordinem temporum accuratissimè completamur, intelligendum est, Iustinum Iuniorem per se solum ad annos duodecim & menses decem cum dimidio regnasse, atque vnà cum Tiberio ad annos tres & vndecim menses, totumque tempus regni sui annos sedecim &

cim & nouem menses cum dimidio complexum esse. Regnauit autem Tiberius per se solum annos quatuor, cū Iustino autem annos tres & menses vndecim: adeò vt si annos à Romulo ad declarationem Mauricij imperatoris in vnum colligere volumus, erunt sicut tum numerus annorum antegressus, tum hic, quem in praesentia subduximus, manifesto declarat.

De Historia serie ad nos vsque seruata.

Caput XXIII.

QUOD autem ad seriem temporum, quam ecclesiastica postulat historia, attinet, ea quidem in monumentis eorum, qui eandem historiam scripserunt Aristum & breuiter tradita est. Nam tempora à Christo ad Constantinum complexus est Eusebius à Constantino ad Theodosium iuniorem, Theodoritus, Sozomenus, & Socrates: de cuius imperatoris rebus gestis etiam hoc opus, quod habemus in manibus, multa disseruit. Quod verò spectat tum ad veterem tum ad externam historiam, quae res ab initio mundi gestae continentur, est illa quidem ordine à diligentibus scriptoribus literis mandata. Etenim primum Moyses historiam scribere exorsus (vti est ab illis, qui has res in vnum colligunt, perspicuè demonstratum) res à primis mundi iactis fundamentis gestas, verè sicut à Deo, qui cum iam monte Sina collocutus est, didicerat, literis prodidit. Deinde alij, qui hunc secuti, viam ad nostram religionem muniebant, res deinceps gestas sacris monumentis exposuerunt. Longam porro Iosephus scripsit historiam, eamque referentem vtilitate cuiusque generis. Quae verò vel fabulis commentitijs redundantia, vel re ipsa à Graecis & veteribus Barbaris gesta, qui & ipsi inter se, & alteri contra alteros multa praelia commiserunt, referuntur, aut si quid aliud post homines natos factum constat, haec omnia tum à Charace, Theopompo & Ephoro, tum ab alijs ferè infinitis conscripta sunt. Quod autem pertinet ad res gestas Romanorum, quae totius penè orbis terrarum historiam complectuntur, aut si quid aliud acciderit, siue ex mutua inter ipsos discordia, siue ex bellis contra alios susceptis, sunt ista à Dio-

Desideratur aliquod in graeco codice. Vide C. Numer. annorum desideratur. vñ de Christo. Euseb.

Esdrae & Prophetarum.

nyſio Halicarnaſſæo accuratè ſcriptis prodita : qui hiſtoriam ab illorum ætate, qui Aborigines vocantur, ad Pyrrhum regem Epiri deduxit. Ex cuius temporibus ad euerſionem Chartaginis, Polybius Megalopolitanus res geſtas explicauit : quarum ſingulas ſcitè & ſolerti cum iudicio diſtinxit Appianus, eaſque licet varijs temporibus confeſtas in vnum congeſſit : quinetiam, quæ poſt illorum ætatem facta ſunt, itidem cômemorauit. Porro res vſq; ad Iulium Cæſarem geſtæ, à Diodoro quoque Siculo ſunt expoſitæ, & à Dione Caſſio, qui hiſtoriam ad Antonium ex Emefa ortum deduxit. Eadem ferè aut ſimilia ſunt ab Herodiano, qui ad mortem Maximi finem ſcribendi fecit, explanata. Itemque Nicoſtratus Sophiſta ex Trapezunte, res geſtas ab imperio Philippi, qui Gordiano ſucceſſit, vſque ad Odæmathum ex Palmyra fatum, turpem ignominioſamque Valeriani contra Perſas expeditionem narrauit. De eiſdem quoque, Dexippus ſcripſit plurima, qui hiſtoriam oriſus eſt à regno Medorum, & ad imperium Claudij, qui ſucceſſit Galieno, eam continuauit. A quo literis etiam conſignata ſunt ea, quæ Carpi, & aliæ gentes Barbaræ in Hellade, Thracia, & Ionia bello gerendo confeſcerunt. Eufebius item initium ab imperatore Oſtauiano capiens, ad Traiani & Marci tempora, quinetiam ad mortem Cari hiſtoriam prouexit. De eiſdem temporibus quædam ſunt ab Ariano & Aſinio Quadrato notata. Tempora autem, quæ ſunt deinceps confeſcuta vſque ad Arcadium & Honorium imperatores, pertexuit Zoſimus : res verò poſt eorum ætatem geſtas, Prifcus Rhetor & alij complexi ſunt. Quas res omnes Eufathius Epiphaneſis ſtrictim quidem, ſed præclare tamen in primis, duobus voluminibus perſecutus eſt : quorum alterum res geſtas à mundi primordio, ab Ilij vaſtationem, alterum ab eo tempore ad duodecimum annum imperij Anaſtaſij comprehendit. Quæ deinceps ad tempora Iuſtiniani facta ſunt, ſcribit Procopius Rhetor. Tempora quæ poſt ſecuta ſunt, eſt Agathius Rhetor, & Ioannes tum ciuis, tum cognatus meus ordine expoſuerunt, ad

runt, ad tempus, non ſolum quo Chofroes Junior ad Romanos profugit, verum etiam quo in regnum reſtitutus eſt per Mauricium, (qui ad eam rem conſiciendam minimè languere, ſed ſtrenue, vt decebat imperatorem, aggredi viſus eſt, & Chofroem cum magna pecuniæ vi & exercitu in regnum deducere), tamen hiſtorias ſuas hæcenus non ediderunt. De quibus poſtea etiam, benigna Dei gratia nobis facultatem largiente, ea, quæ ſunt conſentanea, diſſerere aſſumus eſt.

FINIS LIBRI QVINTI.

EVAGRII SCOLASTICI, ECCLESIASTICAE HISTORIAE LIBER

S E X T V S.

De Maurity & Augusta nuptiis.

Caput I.



MAVRICIVS, susceptis imperij gubernaculis, primum ea, quæ ad nuptias spectabant, apparuit: deinde Augustam, alio nomine Constantinam appellatam, ritibus, quos decus exigit imperij, solemniter celebratis, vinculo matrimonij sibi copulavit: tū pompam magnifice ac splendide egit nuptiarum: postremo conuiuia publica cum summo splendore per totam urbem agitata curavit. Aderant autem his nuptiis vera pietas & regia magnificentia, quæ eas, & præclarissimo comitatu, & muneribus honorificentissimis adornauere. Nam altera non solum vtrumque Mauricij parentem (quod nulli ante imperatori euenisse aliquando traditum est) nuptias decora canitie, & rugis planè venerandis cohonestaturum, verum etiam fratres pulchritudine & forma eximios, ea solènia exornaturos adduxit. Altera verò vestè auro intertextā, purpura & lapidibus Indicis collustratam, coronas multo auro & magna lapidum pretiosorum varietate ac splendore illuminatas, & omnes nobiles tam qui in militiam, quàm qui in aulam ascripti erant, attulit: qui quidem & tædas accendebant nuptiales, & splendide ornateque, quò se magis in luce & in oculis omnium collocarent, solemnem illam nuptiarum celebritatem decorabant: sic vt pompa illa nihil inter homines vel illustrius, vel beatius vnquam factum esse memoriæ prodirum sit. Quinetiam Damophilus rerum Romanarum scriptor ait Plutarchum, Charoneum scitè quidem dixisse, quòd hu-

ius v-

ECCLESIAST. LIB. VI. 309

Ius vnus vrbs gratia (Romam dico) virtus & fortuna societatem inter ipsas conuerūt: at ipse equidem dicerem, pietatem veram & felicitatem in vno Mauricio ad hunc modum propterea coiuisse, quòd vera pietas felicitatem vi sua adesse coegit, & neuiquam omnino eam euertere labefacturæ passa est. His rebus confectis, Mauricius deinceps non corpus modo, verum etiam animum eximia purpura & corona vestiuit. Nam solus ferè ex imperatorum numero sibi ipsi imperare nititur, & imperator reuera factus, primū popularem perturbationum statum ex animo suo exigere: deinde statum optimatum in rationis domicilio constituens, viuum se virtutis exemplar præbere, quo subiectos ad se imitandum erudiret. Atque ista dicuntur à me quidem, non vt eum blanditijs & assentatione deliniam (cur enim amabo hæc à me ad eum finem dicerentur, cum ille, quæ ipse literis prodo, penitus ignoret) sed quòd tum dona à Deo ei tam munifice tributa, tum res, quæ tam varijs modis adeo prosperè & feliciter acciderunt, ea ira se habere liquidò ostendunt. Quæ sane omnia ex animo & ingenùe Deo accepta referre debemus.

De Alamundaro Saraceno & nato eius Naamane. Caput II.

ISTE imperator præter cæteros omnes operam dabat, vt nullius sanguis, qui lætæ maiestatis reus fuit, omnino funderetur: & propterea ne Alamundarum quidè Scene tarum Arabum ducem, qui ipsum (vt ante commemorauit) prodiderat, multauit morte, sed vna sola infula expulsam cum vxore & quibusdam liberorum, iussit multæ loco in Siciliam demigrare. Quinetiam Naamanem huius filium, qui infinita mala in remp. inuexerat, qui vtranque Phœniciam & Palæstinam populatus fuerat, qui denique easdem regiones opera barbarorum, quos circum se habebat, eodem tempore, quo pater Alamundarus capiebatur, in seruitutem redegerat, cum omnes morti addixissent, in libera tenuit custodia, nulloque præterea supplicio affecit. Eadem quoque clementia erga infinitos alios ab eo ostentata est, vti singillatim, cum locus opportunus incidere, declarabo.

De Io-

EVAGR. HISTORIAE

*De Ioannis praefectura, & Philippico, & qua ab
eis gesta sunt. Caput III.*

DVX vero copiarum in Oriente militantium primum Ioannes, genere Thrax à Mauricio missus est, qui in nonnullis praelijs male rem gerens, in alijs rursus, quod antè peccauerat, faciens, nihil, quod sit in laude ponendum, transegit. Deinde Philippicus, affinitate cum Mauricio (vnam namque ex sororibus duxerat vxorem) coniunctus: qui extra fines imperij Romani in regiones alienas egressus, omnia, quae ante pedes erant, depopulatus est, magnisque spolijs potitus, multos tum ex nobilibus & patitijs Nisibis, tum ex alijs, qui cis Tigrim fluiuium accolebant, interfecit. Congreditur porro cum Persis, & graui commisso praelio, multos è Persis eosque illustres prostravit, complures viuos cepit, atque vnam turmam, quae in collem opportuno in loco situm confugerat, cum capere posset, dimisit illaefam: quae quidem pollicebatur, se quam primum ad regem suum legatos de pace missuram. Alias praeterea res, dum copias Romanorum ductabat, confecit, militesque à luxu & delitijs vindicauit, & velut freno ad modestiam & obsequentiam assuefecit. Quas res his, qui vel de eiusmodi modo scripserint, vel scribere sint aggressuri, eatenus si placet persequendas relinquimus, quatenus vel auditione acceperint, vel cõceperint opinione: quorum oratio praë ignoratione labi, atque adeo claudicare, & vel praë nimio partium studio remissa, vel praë nimio odio cæcata à vero aberrare solet.

*De Prisci praefectura, & qua factò repente à
militibus suis in eum imperu, perpeßus sit.
Caput IIII.*

POR Philippicum, illud ducis munus capessit Priscus: ad quem sine causis grauibus & necessarijs non facilis & expeditus patebat aditus. Quippe existimauit, si modo multum ipse secum solus versaretur, tum se omnia ex sententia gesturum, tum copias, quibus praëfuit, eo pacto inductas ad metuendum, multo facilius eius mandatis obtempera-

ECCLSIAST. LIB. VI. 309

temperaturas. Verum cum ad exercitum, supercilij elatis, insolenti obrytu, & toto corporis habitu ad nimiam arrogantiam composito accederet, militibusque nonnulla de militum in bellis gerendis tolerantia, de exquisita armatura, denique de praemij, quae essent à rep. accepturi, exposisset, illi antè de ijs rebus satis persuasi, palam suae irae furorem ostendere, simulque eò prorumpentes, vbi tentorium sibi posuerat, omnem magnificum eius apparatus, & thesaurum pretiosissimum barbarorum more diripere ceperunt: atque parum certè aberat, quin eum ipsum confecissent, nisi equo quodam vectario conscenso, Edeßam prope confugisset: quam urbem, missis quibusdam copijs, obfidebant, Priscumque repetebant.

*De Germano, qui imperij summam, inuito re-
lanteq, animo suscepit. Caput V.*

VBI vero ciues Edeßae Priscum reddere noluerunt, milites, eo relicto, Germanum copiarum in Phoenicia Libanensi militantium duces vi manumque captum, suum duces atque adeo imperatorem designant. Cum autè is id muneris recusaret, illiq; instarent acrius, & grauis cõtentio vtring; oriretur, partim quòd hic cogi noluit, illi eum compellere conati sunt, & cum illi minaretur se eum interfecuturos, ni spòte munus illud susciperet, hicque planè declararet, se neque metuere, neque vlla ex parte attonitum esse, tandem eum verberibus cadere, & corporis membra mutilare aggrediuntur: quos cruciatus illum minime toleraturum (nam eum neutiquam plus habere duritiæ ad plagas ferendas, quàm quod natura eius ætasque praë se ferebat) in animu induxerunt. Eum igitur aggressi, & quid pati posset, experti, cautione quidem & clementia, ne eum grauius læderent, adhibita, tandem eorum instituto ascensuri, & iusiurandum dare, se re vera fidem illis seruaturum cogunt. Itaque ad eum modum, illum, cui ipsi imperauerant, imperare, & quem rexerant, regere, & quem velut captiuum duxerant, ipsis dominari compellebant. Quin etiam alios omnes ordinum praefectos, duces manipularum, tribunos, centuriones, & decuriones de gradibus suis deturbant, sibi que quos volunt, praeficiunt: imperium denique

denique maledictus figunt. Et quanquā erga vectigales gerebant se moderatius, quā barbari solent, tamen erga locios & reip. administratos animo erāt plane alieno. Nā neq; commeatum mensura, aut ponderē accipere, neque drierforijs sibi præsstitis contenti esse voluerunt, sed mens cuiusque cuique lex, & voluntas pro regula præscripta fuit.

Quod cum rursus Philippicum imperator amittet, exercitus illum recusavit.

Caput VI.

Imperator igitur mittit Philippicum, qui istas res corrigeret: quem milites non solum non admiserunt, sed se quem eius partibus fauere suspicarentur, cum in grauisimum vitæ discrimen adduxerunt.

De Gregorio Theopolitano, hoc est, Antiocheno episcopo, & intentata aduersus eum calumnia, & quomodo falsam illam redarguerit.

Caput VII.

His rebus hoc loco cōstitutis, Gregorius Antiochiæ episcopus, Constantinopoli domum reuertitur, graui confecto certamine, de quo iam dicturus venio.

Cum Asterius Orientis gereret præfecturam, & contentiō inter eum & Gregorium orta esset, primum omnes ciuitatis primores, partibus Asterij se addixerunt. Deinde adiuncti sunt etiam ei, si qui populares erant, & artes exercebant in ciuitate (singuli enim se aliquid damni à Gregorio accepisse affirmabant) postremo plebi vt conuitia in Gregoriū racerent permissum erat. Ambo igitur, & optimates, & populares in eandem cum plebe quasi pedibus iniere sententiam: & tum in plateis, tum in theatro probra & contumelias in episcopum Gregorium intorquere non cessauere: quinetiam ne à Scena quidē talis absit petulantia. Quapropter Asterius abdicatur præfectura, ad quam administrandum Ioannes deligitur: cui imperator dabat mandatū, vt de seditione illa accurate inquireret. Hic Ioannes vir quidem erat, ne ad minima quidem negocia procuranda, nedum ad tam grauem prouinciam suscipiendam idoneus.

Itaque

Itaque cum ciuitatem tumultu ac perturbatione referisset, edictumque publicasset, cuique liberum esse pro arbitrato Episcopū infimulare, libellum contra eū à quodam argentario recepit, quo accusabatur cum propria sorore alteri viro in matrimoniū data rem habuisse. Recipit item ab alijs eius generis hominibus, quod prosperum ciuitatis statum non semel, sed sapius labefactauerat. At Gregorius cum de eo se purgauit crimine, tum de alijs ad Imperatorē & concilium prouocauit. Me igitur cum eō assidue versante, presenteque, iter capit Constantinopolim de criminibus hisce se purgaturus. Ac cum Patriarchæ omnes, partim per se, partim per vicarios quæstioni de Gregorio habitæ interessent, & causa esset coram sacro senatu, & multis sanctissimis primarum vrbiū Episcopis cognita, post multas & graues contentiones secundum Gregorium sententia pronunciata est, vt eius accusator neruis excruciat, & circum ciuitatē actus, exilio multaretur. Itaq; Gregorius inde ad suam sedem reuertitur: interea loci milites tumultus ciere non desinūt, Philippico circiter Beroeam & Chalcidem urbem commorante.

Quod iterum terramotibus Theopolis concutiebatur.

CAPVT VIII.

Quatuor mensibus post reditum Gregorij dilapsis, anno sexcentesimo, trigesimo septimo post nomen Antiochiæ vrbi impositum, & anno sexagesimo primo post terramotum, qui proximus ante in ea ciuitate extitisset, cum ipse pridie Calend. Octobris teneram virginē vxorem ducerem, & ciuitas propterea festum celebraret, & publicos conuentus cum pompa circiter thalamum iugalem agerent, tertia hora post crepusculum, turbatio & terramotus simul cum impetu irruens, totam ciuitatem concutit. Multaque loca, conuassatis fundamentis, deturbat: adeo vt omnia ædificia circa Ecclesiam sanctissimam ad terram prosternerentur, excepto solo hemispherio, quod Euphræmius ex lauro construendum curauerat, quodque terramotum temporibus Iustini factō non parū acceperat incommodi, quod denique terramotibus, qui deinceps acciderunt,

R r

grauiter

grauiter agitatae versus septentrionem ita inclinabatur, ut trabes lignae cisceret, quae cum ingenti fragore conciderunt, hemisphaerio in proprium locum resiliente, & velut perpendiculari quodam directè locato. Multae etiã partes Ostracinae, & Psephium, de quo supra diximus, & omnia illa loca, quae Brisia vocantur, quineriam aedificia sanctissimi templi Deiparae Mariae corruerunt, media quadã porticu mirum in modum cõseruata. Porro autẽ oēs turres quae in plano constructae erant disiectae sunt, reliquo aedificio, pinnis muri exceptis, integro stante manenteq; Pinnarum autẽ lapides nonnulli retro pulsi, minime tamen prolapsi sunt. Alia praeterea templa, & vtrunq; balneum publicum, quod duobus distinctis temporibus inseruit, eadẽ oppressit calamitas. Multitudo quoq; promiscue est eadẽ inuoluta clade: & ut quidam cõiecturã ex pane, quod in tota ciuitate cõsumi solet faciunt, hæc lues sexaginta hominum millia extinxit. Verum episcopus praeter omnium expectationem euasit incolumis, toto domicilio, in quo sedebat, ruinam passus, & solis illis, qui eum circumstitebant seruatis, alio praeterea nemine: qui illum omni festinatione profugeret, per funem demissum è periculo eripuerunt. Accidit autem in hoc infelici casu res quaedam ciuitati persalutaris. Nam clemẽtia Dei propitij furorẽ suum mitigãtis, & virga miserationis & misericordiarum peccata populi corrigentis, nullum incendium factum est, cum ingens flamma, quae partim ex foco, & lucernis tam publice, quam primatim accensis, partim ex culinis, balneis, & alijs locis propè infinitis erumpebat, totam urbem circuiret. Hoc terræmotu oppressi fuere tum nobiles & illustres viri quàm plurimi, tum Asterius vnã extinctus. Quam cladem urbi inflictam pecunia sarfit imperator.

Quod Barbari propter exercitus Romani defectionem, ad daciã sumentes, illum ad orientem à Germano fusi prostratique sunt. CAPVT IX.

Quod autẽ ad exercitum attinet, eodem fere loco fuit: adeo ut Barbari persuasum habentes, neminem eos prohibiturum, quod minus suo more grassaretur, in fines Romanorum irruerent. Verum Germanus cum suis copijs illis obuiam profectus, vi manuq; sic profligauit, ut ne vnus feret reliquus

reliquus, qui cladem ceteris Persis nuntiaret.

De imperatoris Clementia in eos qui duces suum deseruerant. CAPVT X.

Exercitum igitur pecunia remuneratur quidem imperator, sed Germanum aliosq; in iudicium vocat: & tametsi contra omnes mortis pronuntiata fuit sententia, tamen neminem eorum villo affici incommodo passus est; sed munera illis impertijt. His rebus ita constitutis, Abari bis vsq; ad locum, qui longus murus appellatur, irruptione facta, Singedonem, Anchialum, totam Helladem, & alias praeterea ciuitates & arces expugnant, sibiq; subiiciunt, omnibus rebus ferro & igne vastatis, idq; cum multae copiae Romanorum in Oriente versarentur. Itaque imperator Andream suorum satellitum facile principem mittit, persuasurum exercitui, ut duces manipulares, & alios praefectos, quos antea habuerat, admitteret.

Quod Gregorius Theopolitanus episcopus, ad reconciliandum exercitum mittitur, & eius apud milites oratio.

CAPVT XI.

Accum milites Andream hortationem ne audire quidem sustinerent, negocium ad Gregorium transferatur, non solum quod res maximas commode conficere poterat, sed quod multum honoris ei iure debebat exercitus: quippe nonnulli milites ab eo pecunia liberaliter donati erant, alij vestitu, cibo, & alijs rebus adiutum, cum in album militum relatum, & per eum admisi fuerunt. Itaque nuntijs in loca singula missis, totius exercitus facile principes Litarbis (qui locus Antiochia abest circiter trecenta stadia) in vnum congregandos curat. Ad quos cum accessit, genibus humi positus talem habuit orationem. Iam pridem mecum de creueram, o Romani, (qui hoc nomen verè usurpatis) ad vos iter suscepisse, quod tum de rerum praesentium statu vobiscum communicarem, tum illud vnã inire consilium, quod mea erga vos beneuolentia, quam vos vestris animis sine dubio percepistis satis iam tum confirmatam, cum naualem pugnam à vobis susceptam, tempestatemque inde excitatam subsidijs opportunis ac necessarijs subleuauit. Verum hactenus illud à me dilatum est, diuina fortasse prouidentia ne utiquam potestatem concedente, quod tum Persae vires ac fortitudinem Romanorum, à quibus etiam

EVAGR. HISTOR.

duce destitutus erant profligati, penitus perspicerent, tum vester syncerus & benevolus in temp. animus & tempore exploratè cognitus, & rebus gestis comprobatus, omnino confirmaretur. Nam illud planè omnibus notum ac testatum effecistis, quòd quavis aduersus duces vestros alienato sitis, & offensa animo, nihil vobis rep. existit antiquius, Quod cum ita sit, deinceps iam quid agendum sit, videamus. Imperator vos ad amicitia vocat: pollicetur omnium, quæ ante hac à vobis peccata sunt, se prorsus obliturum: vestram in temp. benevolentiam, & animorum in bello gerendo magnitudinem satis putat habere ponderis ad veniam vobis iure impetrandam: atque ista omnia velut certissima pignora dat, se vobis vestra errata condonasse. Atque, si vestra erga temp. benevolentia Deus tantum tribuebat, ut propterea perficeret uti post peccata depulsa non minor quam ante in vobis eluceret fortitudo (quod quidem evidens culpæ remissa argumentum est) qui fieri potest, ut ipse meam voluntatem non dirigam eò, quò diuinus instinctus eam inclinauerit. Mihi igitur, ò Romani, quam celerimè obsecundate: & ne prodamus occasionem nobis in præsentia oblatam, neque nostra incuria eam præterlabi sinamus. Etenim cum prætergrediatur, odit moram, & ægrè admodum ferens, quod negligentia præterita sit, se rursus præhendi omnino non patitur. Quocirca paternæ & auitæ obedientia estote hæredes, quemadmodum estis & fortitudinis, ut in omnibus rebus vos verè Romanos declaratis: atque nullus obtrictator vel nominis vestri perstringendi causam habeat, vel vos filios degeneres esse ac spurcos ostendèdi. Nā patres ac maiores vestri à Consulibus & Imperatoribus gubernati obedientia, & animi celsitate vniuersum orbè terrarū in potestate ac ditione suam; redegerunt. Quid Manliū Torquatū cōmemorè, qui filiū suum, licet res præclaras gessisset, tamen propter neglectā ab eo obedientiam è medio sustulit? Nam prudenti ducū consilio, & militum alacri obedientia magnæ & præclaræ res cōfici solent. Verū cum altera istarum rerum alterius ope careat, negocium susceptū claudicat, labat, & omnino male geritur, nec immeritò: præsertim cum duæ res, quæ necessariò coniungi debent, penitus dissociantur. Ne sit igitur vlla in vobis mo-

bis mora, sed mihi quàm primum morè gerite (quippe episcopus inter Imperatorè & exercitū causam agit) & declare, quod in vestris conatibus nulla in sit tyrannidis exercendæ significatio, sed quod iustū odiū à vobis ad tempus contra duces, qui vos iniuria affecerint, susceptū sit. Quod si ita sit, ut non quā celerimè his consiliis assentiāmini, ipse tamen videbor cū benevolentia in temp. tum amicitia erga vos officio perfunctus esse. Illud porro cum vestris mentibus considerate, quales tyrannorum exitus fuerint. Cogitate præterea, qua ratione res, quas habetis in manibus, expeditè possitis, præsertim cū mea quidem sententia, ut oēs vnā cōsistatis fieri nullo modo potest. (Vnde nanq; vel firmamētū, vel res, quas mare ad hominū subsidii continenti suppeditare solet, vobis apportabuntur) nisi Christianos bello oppugnantes, & vicissim ab illis oppugnati, turpissimum dedecus tum admittere, tum subire volueritis? Et quis tandem futurus est exitus? Certè in varia loca dispersi dissipatiq; vitam miserè transigetis. Atque inde è vestigio vltio sequetur, quæ vobis de cætero veniam cōcedi nō sinet. Quare date mihi dexteræ, & mutuo inter nos cōsideremus, quid tū ex nostri ipsorum, tū ex reip. vsu futurū sit: præsertim cum festos dies tū salutaris passionis, tū sanctissimæ resurrectionis Christi Dei nostro instituto quodammodo opem ferentes habeamus?

Quòd post habitam Gregorij orationem, milites mutata sententia, denuò Philippicum imperatorè exercitus recipiunt. Caput XII.

CV M hæc dixisset Gregorius, magnamq; viam lachrymarum profudisset, omnium illorum mentes, velut diuina quadā vi ac virtute momento temporis mutatae sunt: adeo ut postularent potestatem è consensu exeundi, quò separatim ipsi inter se quid agendum esset, deliberarēt. Itaq; haud diu post, veniunt, se episcopi voluntati atq; arbitrio dedituros. Ac cum Gregorius Philippicū illis nominaret, quem voluit, ut sibi ducem peterent, respondent, tū se tum reliquum vniuersum exercitū sanctè iurasse, nunq; se illud facturum. Tum ille sine mora aut vlla omnino cunctatione, episcopo, inquit, concessum est, & potestas data soluèdi

& ligandi in cælo & in terra, sententiamq; euāgelij illis cōstituit. Cum verò illi etiam in hac re eius arbitrio cederent, Deum idcirco precibus & obsecrationibus placare cōspit. Atq; immaculato Christi corpore eis distributo (erat enim sacrosancta illa dies, quæ sanctæ domini passioni proxima est) cum omnes, qui circiter duo millia erant, toris in herba ad eam rem confectis accubentes, cœna excepiisset, post die domum redijt: decreuitq; vt illi quo loco vellent, in vnum conuenirent. Itaq; Philippicū interim Tarsi Ciliciæ atatem degentem accersit, vt Constantinopolim maturè cōtendat: deq; his rebus refert ad imperatorē, eiq; postulata exercit⁹ de Philippico per literas significat. Milites autē Philippico postea Antiochiā profecto occurrūt, & hoībus, qui lauacro diuinæ regenerationis tincti erant, sibi, vt pro eis deprecarentur, ascitis, ad genua Philippici accidunt. Qui cum dexteram illis dedisset, se præteritæ culpæ memoriam obliuione penitus deleturum, cū eo denuò in militiā proficiuntur. Atque istæ res ad hunc exitum peruenire.

De capta Martyropoli.

Caput XIII.

Sittas quidā vnus ex decurionibus Martyropolis, quoniam animo aduersus quendam militum præfectum exulcerato fuit, ciuitatē prodidit, tempore, quo milites prædijarij aberant, ad eam rem obseruato. Atq; cohorte Persica, Romanæ cohortis specie in urbem introducta, eā occupauit, urbem Romanis planè opportunissimā: ac mulieres complures ætate florente integraq; intra urbem continuit, aliosq; omnes, seruis quibusdam exceptis, exegit. Quare ex templo Philippicus eo iter maturè facit: urbem milite circūdans obsidet. Et quamuis res ab oblidionem necessariā ei deessent, tamen illis, quæ suppetebant, depugnauit. Atque quibusdā fossis excisis, vnā turrim disturbat. Verūm ciuitatem capere propterea non poterat, quod Persæ de nocte vigilantes, quod dirutum erat, denuo refarciebāt. Vbi verò Romani crebro in murum impetu facto repulsi sunt (tela enim ex locis superioribus exquistē in eos cōijciebantur, & plus incommodi accepere ipsi, quàm illis, qui erant in vrbe intulere) dimittunt oblidionem, & paululum inde digressi, castra ponunt: illudq; duntaxat agunt, vt illis, qui urbem defendebant, nulli alij Persæ adiungerentur.

Cate-

Cæterum Gregorius madato Maurinjad castra profectus, suadet, vt ad oblidionem reuertatur. At nihil amplius efficere poterant, præsertim cum nulla machina bellica ad vrbes expugnandas accomodata eis suppeteret. Idcirco dimittitur exercitus ad hyberna: inq; finitimis castellis multa præsidia relinquuntur, eo quidē consilio, vt Persæ nō claudestino introitu in urbē ingrederentur. Proxima autē æstate, exercitu collecto, & Persis ex aduerso dimicantibus, circiter Martyropolim fit grauis pugna. Et quāquam Philippicus in eo prælio superior fuit, & multi Persæ, vno ex illorum principibus deuicto, ceciderunt, tamen satis magna eorum multitudo (de qua re vna potissimum ab illis laboratum est) in Martyropolim introijt. Inde ergo Romani tametsi de vrbe per oblidionem capiendā profusū desperare ceperunt (fieri enim haud poterat, vt eam viribus obtinerent) tamen alteram urbem septem inde stadia è regione in loco montoso & natura cōmunito, extruunt, vt machinationes quasdam & aggressiones in Martyropolim committerentur: Atque hæc res æstate ab illis gestæ sunt: hyeme autem dimittitur exercitus.

De Cōmentiolli ducatu & Ocbas deuictione. Cap. xiiij.

Cōmentiolus autē genere Tharx, mitritur in Orientē ad Philippico in ducatu succedendū: qui tametsi bello felicissime cōtra Persas depugnabat, parum tamen abfuit, quin ipse præceps vnā cum equo delapsus, vitā amisisset, nisi vnus ex satellitibus, equo vectario cōscēso, eū è prælio subduxisset. Persæ verò, qui supererant, oībus suis ducibus amissis, terga dāt, & Nisibin cōfugiūt. Ac quoniam ad regē suū redire extimescebāt, (mortē em illis minatus fuerat, nisi duces suos saluos & incolumes reducerent) ibi cōtra Ormisdā cōiurare instituunt: atque etiā Barames dux Persarū qui iā cū suis ex prælio cōtra Turcas cōmisso reuertetur, idē ipsum suadet. Interim Cōmentiolus, Martyropolim obsidens, maiorem partē copiarū ibi relinquit: ipse autem cum quibusdam lectissimis militibus excursionem facit ad Ocbas, arcem munitissimā in ripa vltiore è regione Martyropolis in rupe abrupta sitā: vnde tota ciuitas Martyropolis facile conspici potest. Quam arcē oblidione cingens, nihil, quod ad eam expugnandā facere

R r 4

vide-

videbatur intétatum reliquit, sed quibusdã muri partibus catapultis deturbatis, illac transgressus, arcem vi capit. Pro inde Persæ de reliquo cœpere de Martyropoli desperare.

De cede Hormisdæ.

Caput XV.

DVm hæc geruntur, Persæ Ormisdam regem oïum sceleratissimum iniustissimumque propterea trucidant, quòd subiectos suos nõ modo pecunia, sed varijs eam mortis generibus multasset.

De Iunioris ad nos Chosrois fuga. Cap. XVI.

ORmisdæ extincto, Chosroë eius filium regē creant, contra quē Barames cum suis copijs armã fert. Chosroes igitur cum exiguo exercitu illi obuiam itat: cū suos ab se deficere cerneret, capessit fugam, rectaque cū deum, vti ipse aiebat Christianorum inuocasset, vt equus ipsum eo deportaret, quò ab illo duceretur, Circæsiũ cõ tendit. Vbi autem cū vxoribus, duobus tenellis liberis, & quibusdam Persis nobilibus, qui eum sua sponte comitabantur, eo venisset, inde legatos mittit ad Mauritium imperatorē. Ille, cum de hac re consiliũ accuratissime iniurisset, & inconstantē volubilēq; vitæ humanæ rationē, & repētinas tũ eius tũ aliarũ similitũ rerũ mutationes vicissitudinesque pòderasset, supplicē admittit legationem: & Chosroem, hospite pro exule, & pro fugitiuo filiũ efficit: muneribus plane regalibus donat, quibus eũ ad se diligendũ inuitaret. Atque nõ Mauritius solũ tam magnifica dona mittit ad Chosroem, sed imperatrix etiam erga Chosrois coniuges, & liberi Mauritij, erga liberos eius, paria benignitatis officia præstiterunt.

Quòd imperator Gregorium & Domitianum in Chosrois occursum emisit.

Caput XVII.

Porro Mauritius omnes satellites suos, & totum exercitum Romanum cum duce, qui Chosroem, quocunq; vellet, comitarentur, mittit. Quin etiam, quò plus honoris ei defèret, mittit quoque Domitianum episcopum Melitinæ, suum cognatum, virũ prudentia & ingenio præstantem, & tum verbo, tum reipsa ad res maximas gerendas maxime idoneum; & ad grauissima obeunda

negog

negocia aptissimũ. Mittit præterea Gregorium, qui Chosroem cum ob prudentes sermones, quos de alijs rebus omnibus cum eo conferebat, tum ob munerũ magnificentiam, & consilia quæ pro rerum quibus perturbatus erat conditione peropportunè ei impertiebat, in maximam traduxit admirationem.

Quòd rursum Persarum imperium Romanorum ope recepit Chosroes.

Caput XVIII.

CHosroes verò cum Hierapolim, quæ primaria Euphratensia ciuitas est, peruenisset, rursus reuertit.

Quòd cũ intellexisset Mauricius, pluris faciens commo dis Chosrois supplicis, quàm suæ ipsius gloriæ consulere, ingenti pecuniæ vi (quòd non antè aliquando visum fuisse) eum iuuat: atque ex Persis conscribit exercitum, & impensis omnibus de suo suppeditatis, Chosroem vtroque exercitu, Romano scilicet & Persico instructum extra fines imperij Romani ad Martyropolin vsq; pducẽdũ curauit. Cui Sittas primũ traditus est: deinde à Martyropolitano lapidibus obrutus, postea ab eisdem in crucē actus. Traditum est ei quoque Daras oppidum, à quo clam exiuerant Persæ: atque Barames à Romanis solis vnico prælio superato, & solo cum ignominia in fugam verso, Chosroes ad suum ipsius regnum reductus fuit.

Quòd id temporis sancta martyr Golauduch viuebat.

CAPVT XIX.

Eodem tempore vixit apud nos Golauduch martyr, quæ multa tormenta perpeffa, & à Magis Persis grauitè excruciatã, martyrij coronam post magna miracula, quæ ediderat, assecuta est. Cuius vita ab antiquiore Stephano, Hierapolis Episcopo, literis mandata est.

De donarijs quæ ad sanctum Martyrem Sergium misit Chosroes.

Caput XX.

CHosroes autem iam ad suum regnum restitutus, mittit ad Gregorium crucem multo auro & lapidibus pretiosis exquisitè elaboratã, qua honorem Sergij martyris inclyti illustrari voluit. Hanc crucem primum Theodora cõiunx Iustiniãni ei dedicauerat: deinde Chosroes senior cum alijs monumentis, vti à me supra commemoratum

Rt 5 moratum

moratum est, inde abripuerat. Mittit quoque aliam crucem, auream, in qua literis Græcis ista curauit inscribēda, Hanc crucem ego Chosroes, Rex Regum, filius Ormisdæ misit. Cū enim diabolico conatu, & veteratorio infelicissimi Baramis & suorum Caballiorum in Romaniam confugere eramus compulsi, & propter aduentum scelerati Zadespram cum exercitu ad Nisibin, quō Caballarios qui à partibus Nisibensium stabant, subduceret, Caballarios cum duce ad Charchas vsque, qui Zadespram resisterent, eiusque vires frangerent miseramus, ope & præsidio comminuti S. Sergij, martyris honoratissimi & in primis memorabilis, quoniam acceperamus eum res ab se postulas solere largiri, primo anno regni nostri. Septimo Id. Ianuarij, postulauimus opem ab eo, votumque fecimus, si Caballarij nostri Zadespram, vel interficerent, vel captiuum secum ducerent, nos auream crucem lapillis distinctam ad eius templum missuros, qua venerandum eius nomen illustraretur: atque ad quintum Id. Februarij caput Zadespram ad nos perlatum fuit. Itaque postulationis nostri facti comotes, quo res gesta nemini dubia esset, ad venerandum sancti Sergij nomen illustrandum hanc crucem à nobis fabricatam, ad templum eius misimus vnā cum cruce, quam Iustinianus Imperator Romanus ad idem templum misit, quamque Chosroes Rex Regum, filius Cabadi proauis nostri, temporibus, quibus Romani & Persæ grauissimè inter se disiderent, huc aduexit, quam denique nos in nostris thesauris inuenimus, & ad ædem sancti & venerabilis Sergij mittendam curauimus. Has cruces Gregorius cum de sententia Mauricij Imperatoris accepisset, cum magna pompa ad sacrum martyris templum defert, inque eo reponit. Haud ita multo post, alia dona ad sanctum illud templum misit Chosroes, inter quæ erat discus ex auro confectus, in qua inscribēda curauit hæc verba. Ego Chosroes Rex Regum, filius Ormisdæ hæc in hoc disco inscribenda curauit, non vt spectentur ab hominibus, neque vt amplitudo tui venerandi nominis ex meis verbis cognoscatur, sed partim propter rerum in eo inscriptarū veritatem, partim propter multa beneficia, & liberalia, quæ abs te accepi. Nam mecum feliciter

Nota

*πατερὸς
Vide ca.
15.5. lib.*

*Operculum ca-
lids.*

feliciter actum puto, quod nomen meum in tuis sacris vasis extet. Cum forte Beraiays essem, perēbam abs te, sancte Sergi, vt mihi subsidio venires, & Sira coniunx conciperet. Ac cum Sira Christiana esset, & ego Gentilis, & lex nostra non permitteret nobis potestatem, mulierem Christianam in vxorem ducendi, tamen ob meum singularè erga te amorem, legem in hac muliere neglexi; & eam de die in diem inter cæteras vxores ingenuè diligere non desisti, neque desisto. Quamobrem visum erat tuam bonitatem, sancte Sergi, deprecari, vt grauida fieret. Quinetiam votum tibi nuncupauit, sumque pollicitus, si Sira conciperet, me crucem quam illa gestat ad sanctissimū templum tuum missurum. Quapropter ipse equidem & Sira hoc apud animos nostros proponebamus, vt hanc crucem in memoriam nominis tui, sancte Sergi, ipsi teneremus, & visum erat pro illa, pretium eius, quod quatuor millia & quadringentos stateres miliaresios non excederet, mittere, & sic idem augere, vt eius summa quinque millia staterum complecteretur. Atque ex eo tempore, quo istam postulationem animis nostris concipere, hæcque cogitare cœperamus ad tempus, quo Rhoson Chosron venimus, non amplius decem dies præterierant: ad quod quidem tēpus tu, sancte Sergi, non quod ipse, dignus essem, sed propter tuam ipsius bonitatem mihi noctu secundum quietem visus es, & iam tertio dixisti Siram concepturam. Atque ego in eadem visione tertio aperte tibi quæ erant consentanea respondi. Ac quoniam tu rerum abs te postularum largitor es, ex eo die Sira morbum, quo mulieres laborare solent, non sensit. Ego autem etsi hac de re animo hæsitabam, vtrum verbis tuis fidem haberem an non, cum sis postulationum largitor, postea tamen ex eo quod morbus muliebri Siram non attigit, tum vim exploratam habui visionis, tum tuorum verborum veritatem. Quocirca crucem hanc illico, & eius præmium vnā ad tuam sanctissimam ædem mihi: dedi que mandatum, vt ex eius pretio discus vnus, & vnus calix fierent, qui diuinis mysterijs celebrandis inferrent. Quinetiam vt crux fieret, & thuribulum fabricaretur.

M. Struc.

*Vide sui.
εὐτυχον*

caretur, vtrumque aureū in vsum sacræ mensæ, & vnicū v-
trinque apertū conficeretur auro collustratum. Quod autē
de summa pretij restaret, ad necessarios vsus tuæ sacræ æ-
dis referuaretur, vt mihi & Siræ tu sancte Sergi, cum in a-
lijis rebus opitulareris, tum maxime in hac petitione sub-
sidio venires, & quod per tuam intercessionem nobis eue-
nerit, idem ipsum per tuam clementiam & bonitatem mi-
hi & Siræ ex sententia penitus succedat, quo tum ipse, tum
Siræ, tum alij omnes denique in toto orbe terrarum, tua in
virtute spem ponamus, & in te deinceps credamus. Hæc
donaria à Chosroë oblata ea loqui videntur, quæ cum pro-
phetia Balaam consentiunt: quod plane dei prouidentia fa-
ctum est, vt Gentilium linguæ verba salutaria proferrent.

De Naamane Saraceno. Cap. XXI.

PER id temporis Naamane gentis Scenetarum tribu-
nus, Gentilis adeo nefarius & sceleratus, vt propria
manu homines demonijs suis mactaret, ad sanctum ac-
cessit baptismum, statuatq; Veneris auream igne liquefa-
ctam pauperibus erogauit, & omnes, qui ad eum spectabant,
ad veram in deum fidem traduxit. Gregorius aurem, post-
quam cruces à Chosroë donatæ erant, de sententia impera-
toris, omnia monasteria in solitudine, limetarum dicta, &
maxime in quibus peruersa Seueri dogmata regnabant, per-
lustrauit, exposuitque illis vera ecclesiæ dogmata, & multa
castella, pagos, monasteria, & gentes integras ad dei eccle-
siam adduxit.

*De sancti Symeonis qui columnam incolebat
morte. Caput XXII.*

INterea loci cum Symeones sanctissimus tam grauitet
lagrotaret, vt nulla esset spes vitæ reliqua, Gregorius à
me de hac re certior factus, maturat, vt Symeoni extre-
mum spiritum agentem adesset. Verum quod volebat, mi-
nime est consecutus. Erat autem iste Symeones propter
eximiam virtutem omnium hominum suæ ætatis facile præ-
stantissimus: qui in columna vitam seueram coluerat, ad-
eum à teneris, vt aiunt, vnguiculis, vti dentes suos in ea
mansione commutaret. Ad vitam autem in columna de-
gendam tali causa inductus fuit. Cum adhuc valde te-
nella ætate esset, & puerorum more per montis iuga lu-
dendo

dendo saltandoque pererraret, forte fortuna incidit in par-
dum cuius collo cingulo circumiecto, eo velut freno be-
stiam, quæ iam suam feram naturam exuerat, ad suum mo-
nasterium secum ducit. Quod cum magister eius, qui æta-
tem agebat in columna, videret, percontatur, quid sit. Re-
spondet puer felem esse, quem vulgo catum nominat. Hinc
igitur coniecturam faciens quantopere virtute esset in po-
sterum præstaturus, ad vitam in columna degendam eum
induxit. In qua columna, simul, & in altera, summo in mon-
tis vertice cita, sexaginta octo annos vixit, omnibus gratiæ
donis repletus: quippe dæmones expulit, sanauit omnem
morbum & omnem languorem, res futuras perinde ac præ-
sentes præuidit. Qui prædixerat Gregorio, illum eius mor-
ti minime adfuturum, atque adeo ignoraturum, quid post
ipsum mortuum eueniret. Quinetiani cum ipse mecum co-
gitarem de liberorum amissione, quæreremque quid causæ
esset, cur Gentilibus, qui liberis abundarent, idem ipsum
neutiquam accideret, Symeones, quamuis hanc cogitatio-
nem nemini omnino patefecissem, scripsit ad me, vt ab eius-
modi cogitationibus, vt pote Deo minime probatis desiste-
rem. Porro autem cum vxor scribæ mei, quoniam lac illi,
postquam pepererat, ita obstructum fuit, vt infans in maxi-
mum vitæ veniret periculum, Symeones, vbi manum dex-
tram viri eius tetigerat, iussit, vt ad vxoris vbera iniiceret.
Quo facto, extemplo lac velut ex fonte erupit, adeo vt ves-
tem mulieris totam madefaceret. His accedit, quod puerum
à viatoribus, quibuscum iter fecerat Symeones, in tempesta
nocte à tergo relictum, Leo dorso imposuit, & ad monaste-
rium Symeonis aduexit. Itaque ministri Symeonis iussu e-
gressi, puerum à Leone apportatum introduxerunt. Multa
alia præterea gessit, plane memorabilia: quæ & linguam di-
sertam, & vacuum tempus, & separatam tractationem defy-
derant: quæ certe crebro hominum ore sunt atque sermo-
nibus decantata. Nam cuiusque nationis homines, non
Romani solum, sed etiam Barbari ad eum aduentarunt, re-
rumque postularum compotes facti sunt. Huic Symeo-
ni rami quidam fructibus in monte crescentis & cibi & po-
tionis loco fuerunt.

De

EVAGR. HISTORIAE.

*De Gregorij Theopolitani Episcopi ab hac vita
migratione. CAPVT XXIII.*

NON longo tempore post, Gregorius podagra correptus, quæ maximè torquebatur, cum medicamentum ex Hermodactylo (sic enim vocatur) confectum, quod medicus quidem ei dedisset ebibisset, exijt è vita. Moritur autem tempore, quo Gregorius, qui successerat Pelagio, episcopatum antiquæ Romæ gessit, nouæ autem Ioannes, & Alexandria Eulogius, vt supra dixi, & Anastasius Antiochiæ, qui post viginti tres annos ad suam sedem restitutus fuisse, & Hierosolymorum Ioannes, qui paulo post, obiit mortem, & nemo adhuc ad illius Episcopatus gubernacula capefenda designatus est.

Hoc loco historiae finem imponere animus est, anno scilicet duodecimo regni Mauricij Tiberij imperatoris Romani, resque quæ deinceps sequuntur, his quibus libitum fuerit, narrandas, monumentisque literarum prodendas relinquere. Quod si quicquam à nobis vel omisium negligentia, vel minus accurate expositum videatur, nemo nobis crimini det, illud secum cogitans, nos historiam dispersam dissipatamque in vnum collegisse, quod vtilitati hominû quorum gratia tantos & tam graues labores suscepimus, inferuimus. Aliud præterea opus à nobis elaboratû est, quod relationes, epistolas, decreta, orationes, disputationes, & alias res nonnullas compectitur. Relationes autem, quæ in eo cõtinentur, sunt maximam partem ex persona Gregorij episcopi Antiochiæ factæ. Pro quibus duos honoris gradus consecuti sumus, Quæsturam à Tiberio Constantino, & munus tabularum seruandarum, in quibus præfectorum nomina inscribebantur, à Mauricio Tiberio, quo regnate, eas relationes composuimus, idque eo ipso tempore, quo Theodosium, qui tum ei tum reip. principium felicitatis cuiusque generis dabat, in lucem edidit.

FINIS.

L A V S D E O !